4 books in one
Rare

Text in Latin
Italian
&
Spanish

34 coperplate engr.
30 heraldic devices
1 portrait
1 triskelian tailpc.
2 titlepages
5 woodcut tailpc.

D. FRANCISCI BARONII AC MANFREDIS.

DE MAIESTATE PANORMITANA LIBRI IV.



Imprimatur. De la Riba. Vic. Gen. *Imprimatur. De Blasobis P.*

PANORMI

APVD ALPHONSVM DE ISOLA, M. DC. XXX.

MAIESTAS PANORMITANA.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM
DON MARIVM GAMBACVRTA MARCHIONEM MOTTAE
Prætorem, D. Ioannem Roxas, D. Ioseph Antonium de Ballis, & Sollima Baronem Calattuui, Langellottum Castelli Baronem Gruttaliarum, Don Franciscum Rossel, Cap. Martinum de Pinedo, D. Vincentium Gambacurta
SENATORES PP.Q. CONSCRIPTOS.

E *LVCVBRATIONIBVS elaboratum assiduis opus, quod moliti sunt plurimi, sed adhuc intentatum nemini nomini tuo, SENATVS Illustrissime sacrum auspicatioris lucis euocat in lucem dies. Panormitani SENATVS aurea tutelaris Aquila Siculis gloriosius, exteris per exteras oras dissitis suspiciendum præfert. Habent id certè vel populares, vel ciues nobilitate florentes, quo profectò, vobis iam Panormitanæ Reip. prouinciam summa cum laude gerentibus, iure glorientur. Habet & Orbis terrarum, qui vel suspiciat augustiorem maiestatem, vel augustam planè maiestatem colat. Tantum enascentis gloriæ decus tibi dumtaxat vni, SENATVS Illustrissime tribuendum; cum vestrum quiuis Patriæ studio succensus communem Patriam siue adumbrandam calamo, siue scriptione exprimendam vel curauit, vel innuit. Exiguum quidem opus impar tantæ Maiestati, ac nomini, nedum numini tuo. Breuibus conclusa terminis Maiestas augustior, & in Maiestate nomen excelsius. Hoc non Scriptoris ingenio, sed potentiæ adscribendum tuæ. Quod enim contineri laxiore ambitu non potest, strictiore huiusce operis sinu vestra opera circumscriptum. Panormitana Resp. te, SENATVS Illustrissime, & Patriæ, & gloriæ, & communis dignita-*

tis amantiorem tum prædicat, tum euehit, tum colit. Si annorum consequentium ætas Vrbis Maiestati moliatur iniuriam, iniuriæ tua singulari prudentia immortalis obiectus est clypeus. Si quis de Panormitana Vrbe nonnihil gloriæ, vel detrahat, vel demat, ad gloriam vel amplificandam, vel retinendam tibi comparata sunt arma. Si quis denique Vrbis Maiestatem nunquam vidit, nunquam inspexit, iam, Auctore te, verum Regiæ Maiestatis theatrum summa cum dignitate depictum. Sic profecto Vrbis æterna Maiestas. æternum, & nomen tuum. hæc vera SENATVS dignitas, hæc germana Vrbis gloria: singularis illa; hæc perennis. MAIESTAS par nomini, nomen haud impar MAIESTATI. Vale. Pan. Pridie Idus Iunias à Virginis puerperio XXX. supra CIƆ DC.

Illustriss. Dom. Vestr.

Seruus Addictissimus.

D. Franciscus Baronius, ac Manfredi.

RERVM OMNIVM, AC SENTENTIARVM INDEX locupletiſſimus, qui in hoc primo de Maieſtate panormitana libro continetur.

A

B.

C.

D.

eius

G.

H.

I.

L.

Moyses

M.

No-

N.

O.

P.

Q.

R.

Tur-

FINIS.

OPERIS SYNOPSIS.
LECTORI.

PAnormitanæ Vrbis pulchritudini, quam penicillo vbique Natura depinxit, quam omnibus omnium rerum copijs exornauit, quam singulari cæli clementia prouexit, quam Montium propugnaculis, arcibusquè defendit, quam varijs hinc inde prodigijs exauxit; tandem aliquando scribentis calamus accessit. Porro panormitanæ Maiestatis ita longe, latequè diuagata magnitudo, vt quæuis exterarum gentium natio vel in extremis orbis terræ partibus constituta incredibili cum laude & Panormi nomen vsurpet, & Panormũ venerabunda suspiciat, & colat. Atque id mirum planè videri non debet, cum Panormus vere sit Naturæ delitium, *Siciliæ* paradisus, Principum cuna, Imperatorum altrix, Regum Regia, Præsulum procreatrix, Purpuratorum Patrum Patria, Pontificum parens. Et licet hæc, pleraque alia tuam mentis aciẽ, mi lector, non effugiant, itaquè omnibus sint explorata, ac certa; vt nullus dubitationi relictus sit locus; ne tamen isthæc omnia inposterum intermissa recordatione moriantur, quattuor in duo volumina diuisos libros mihi conscribendos, & Panormitani Senatus ære imprimendos putaui. Et vero primus Panormitanæ Vrbis maiestatem Agrorum, Fontium, Templorum, Montium, aliorumquè id genus descriptione contractam, sed haud iniucunda scribendi ratione proponit. Angusta enim vero maiestas; at minus angusta, & fortasse etiam augusta in secũdo, qui panormitanam Vrbem singulari semper Senatus, Reiquè Pub. gloria vel ab ipsis enascentis vrbis incunabulis ad hæc vsquè tempora florentem vera, breuique ratiocinatione demonstrat. In tertio demũ, & quarto paulo augustior. Ille .n. qua viros omnes præstãtissimos virtutum asseclas Panormi ortos Pictores, Sculptores, Organarios, Poetas, Oratores, Medicos, Doctores, Philosophos, Theologos, Milites, Præsules, Pontifices, aliosquè vel fama sanctitatis illustres, vel sanctitate præstantes; qua Equites nobilitatis nota præclaros, eorumquè maiores rerum præclarè gestarum vestigijs nobilitatos siue nunc temporis Panormi versantes, siue etiam Panormi procreatos luculenter exponit. Hic vero Reges Panormi natos, Regni diademate insignitos, Panormum diplomatibus illustrantes, Vrbem totius Siciliæ Metropolim, Ecclesiam Ecclesiarum omnium Siciliensium principem statuentes fir-

missima ratione confirmat. Atque hoc institutum est operis a me duorum fermè annorum spatio, nullo adiutore, confecti. Tantum est. Si minus placet. lege.

APPROBATIO.

Maiestatem Panormitanam D. Francisci Baronij, ac Manfredis vidi, nec quicquam in ea ab Orthodoxa fide, morumquè regula dissonum cognoui. Imo opus apprimè eruditum, ac panormitana vrbe non minus dignum, quam vtile, quod iure typis excudatur. Panormi 25. Maij 1630.

D. Petrus Vassallo Paleologo. Sanctissimæ Inquisitionis qualificator Cler. Regularium.



AVCTORVM, IMPERATORVM, AC REGVM ELENCHVS, qui in hoc primo de Maiestate panormitana libro passim, sparsimquè laudantur.

A.

S. Ambrosius.
Augustinus Steuchius Eugubinus.
Aristoteles.
Alciatus.

B.

S.Bernardus.
Berosius.
Beneuenustus Himolensis.

C.

Cæsar Baronius C.
Callias.
Cicero.
Q. Curtius.
Cornelius Tacitus.
Cælius Rhodiginus.

D.

Diodorus Siculus.

E.

S.Epiphanius.

F.

Fredericus Imperator.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Bertelli.

G.

Guilelmus Rex.
Geruasius Tornacæus.
Galenus.
Georgius Graun.
Georgius Gualterius.

H.

Henricus Imperator.
Homerus.
Hippocrates.
Horatius.
Hugo Falcandus.
Hieronymus Aprea.
Hieronymus Brancius.

I.

S. Io: Chrysostomus.
S.Isidorus.
Iacobus Rex.
Ioannes Paternio Arch. Pan.
Ioannes Buterus.
Ioannes lætus.
Ioannes Nasus.
Iacobus Grassus.
Io: Maria Rosciolus.
Iustus lipsius.
Iulius Frontinus.

L.

Ludouicus Rex.
Ludouicus de Tena.
Lactantius Firmianus.
Leander Alberti.
Leonardus Aretius.
Liuius.
Lucanus.

M.

Manfredus Rex.
Martinus Rex.
Marianus Valguarnera.
Marius Aretius.
Matthæus Syluagius.
Montoia.
Michael Ritius.

O.


Origenes.
Octo Frigiensis.
Onuphrius Panuinius.
Ouidius.

Phi-

Erratum si quod irrepsit, opem, lector, implorat tuam.
Corrige dumtaxat mendum illud, quo nihil mendosius.

f.10.posuerunt.	l.posuerint.
f.11. Illustrissimo.	l.Illustre.
f.17.decretatione.	l.decertatione.
f.37.Populis.	l.Populeis.
f.49.Prætoria.	l.Præconia.
f.57. Procula.	l.Pocula.
f.59.Baronis.	l.Marchionis.
Ibid. recrearet suo.	l.recrearet sese.
f.97.Perfectos.	l.Perfecta.
f.103.Poteri.	l.Posteri.
f.127. fluit.	l.fleuit.
f.140.prælia.	l.præmia.
f.189.sedes.	l.sodes.
f.199.decubut.	l.decubuit.

PANORMITANA MAIESTAS



LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Quam latè pateat Panormitanæ Maiestatis nomen.

PAnormitanæ Reip. ita longè, latèquè diuagata felicitas, vt, præterquam quod omnes omnium regionum fines comparatæ gloriæ luce lustrauit, non scriptorum modo in admirationem induxerit, sed Regum, Imperatorum, ac Pontificum animos incredibili quadam voluptate compleuerit; cum in celebrandis illi tantæ Vrbis laudibus eloquentiæ exhausisse thesaurum; isti vero Regiæ, Imperatoriæ, Pontificiæquè liberalitatis effudisse videantur ærarium. Non solum.n.& Siculi,& Germani, sed antiquiores illi scriptores, vbi multa de Panormitana felicitate scripserunt, eos longè plura & nobiliora, & grauiora in scribendo reliquisse testati, cum profectò sic locuples PANORMVS existat, ac diues, vt quò certè ex eius sinu petuntur encomia, eò indies gloriosiora laudum argumenta promãtur. *Ad te*, inquit Hugo Falcandus, *mihi veniendum est Vrbs famosissima totius Regni Siciliæ Caput, & gloria, quam & si dignè laudare non valeo, tacere tamen omnino non possum tam accepti memor beneficij, quam singularis gloriæ tuæ miraculo prouocatus. Quis.n. tanto non succumbat oneri, vel quem ingentis ausi aliquando non pæniteat, si* PANORMVM *laudibus extollere, & eius gloriam verbis æquare contendat? Quia vero semel conceptum verbum intra pectoris claustra continere non possum, tentabo facultate, qua valeo, pauca de laude ipsius breuiter, succintèquè præstringere.* Quasi vero Falcandus edisserat. Est ita PANORMVS laudum ferax, vt si quis ad eam laudibus efferendam lætus accedat, tantamquè sibi pro dignitate persuadeat obire posse prouinciam, in errore versatur; cum quicquid PANORMVS sinu continet suo non vnum scribentis calamum, nec vnam dicentis orationem suo sibi iure vendicet, cum sine vlla dubitatione exarescet & scribentis calamus, & di-

Geor. Graun in Ciuit. orbis terræ tom. 1.f.1. Philip. Cluuer. lib. 2. Sicil. antiquæ. Marianus Valguar. de primor. vrbis Panormit. Philip. Ferrar. in Epitom. geograph. Thomas Porcacci in descrip. Insulæ Sicil. Franciscus Bertelli in theat. Italiæ Procopius

Polib.lib.1 Fazel. Dec 1 lib. 8. Petrus Ranzan. Iacobus Grassus in sua collect. Ioannes lætus in orat. de antiquit. Sic. F. Leander Alber. in hist. Italiæ. & alij tum antiquiores cum recentiores. Hugo Falcand. in hist. Sicil. f. 8.

dicentis oratio; vt non immeritò Hugo dixerit, *Quis tanto non succumbat oneri, vel quem ingentis ausi aliquando non pæniteat?* Et sanè cuinam ausus non videatur audentior quempiam velle præstantiam capitis vel orationis adumbrare penicillo, vel dictione consequi, vel exæquare scribendo? Deus opt. max. in sibi conditis vsquequaquè rebus nulla arte elaboratis, sed solo suæ voluntatis imperio, nutuquè perfectis brachium exhibet, ac præfert suum. In moderandis sapiētiam, in distribuendis prouidentiam, in stabiliendis fortitudinem, in tolerandis misericordiam, in puniendis iustitiam, in creādis deniquè potētiam, quæ profectò ita se habet, vt iugi creatione semper eadem contemplanda, suspiciendaquè proponatur. At in capitis humani effectione mirabilior existit, ac laudabilior; quicquid.n. in cæli regno suspicitur, inspicitur in capite. Quid ibi? Augustissimum Augustissimæ Triadis numen in Personis triplex, in natura vnum. In triplices hic potentias seiunctus animus; at natura dumtaxat vnus. Illud ibi cuncta moderatur, ac regit, omnes hic corporis motus administrat animus. Ad hæc. mens motrix assistens cælo cælum versat, ac torquet. oculi pupulæ oculos quasi cælum agunt. Cælum nebulæ obsident, oculos sæpiunt palpebræ. cælo erumpunt imbres, oculis emanant lacrimæ. Cometæ cælum pingunt, oculos supercilia. Vt tandem aliquando sciant omnes, quod cum difficilè maximè sit cælum laudatione complecti, cum plura contineat, quæ laudationis ambitu contineri non possunt; difficilè itidem sit consequi posse dicēdo, quæ capiti indidit summus rerum omnium opifex Deus. Iam maximus ille moderator, ac Parens, cum de mundi totius effectione decerneret, totamquè hanc inter ceteras Siciliæ molem concrearet, Sicularum Vrbium caput hanc Panormi partem designauit, inquā tot bona peculiari cum liberalitate congessit, tot delitijs ornauit, tot prærogatiuis insigniuit, de quibus suo loco, vt iure Falcandus dixerit: Si quis laudandi Panormitanā Vrbem studio exardescat, nō verendum, quin eum ingentis ausus aliquando pæniteat. Et quidem si progrediamur vlterius, vt rectè progrediendum, illud quidem mihi nec vulgare, nec exiguum proponitur: Caput videlicet duplici oculorum insignitur officio: Panormus & Præsule, & Præside. Oculi de corpore calamitates deturbant, exterminant. Præsul morbos animi fugat, Præses nefarios hominum motus Panormo arcet. Oculi pulchritudinē corporis reddunt pulchriorem. Præsul, ac Præses Panormi felicitatem parant feliciorem. Oculi tamquam excubiæ mala speculantur, Præsul, ac Præses mala præuident, vt sibi prouideat Panormus. Capiti inest animus, Panormo Regiæ Maiestatis consilium. Natura

D. Chrysost. lib. 3. de Sacerd.

vnus

vnus ille,potentia triplex. Vnum & istud cum Regis quamuis segregatum fungatur officio.triplex itidem. Regius Regiæ Curiæ Magistratus, Summa Summæ Curiæ Archiepiscopalis sedes,Sacer Inquisitorum Senatus.Pulchra itaquè Falcãdi de Panormitana Vrbe laudatio.Pulchrum itidem & Ioãnis læti præconium.*De hac celeberrima,* ait,*Vrbe quid dicam?cuius nomen me plurimum mouet. Nam si* PANORMON *interpretere Regula est,& ad alios formandos specimen*.ac si dicat. Omne felicitatis genus intra panormitanos limites viuit, Ciuiũ moribus alitur,Equitum humanitate confouetur, Principum multitudine perficitur,Præsidis dignitate firmatur, Præsulis præsentia stabilitur.Metropolicæ Vrbis gloria amplificatur; sed hisce quidem rebus celebrior efficitur;at celeberrima;quod Regula sit,& ad alios formãdos specimen,redditur.Capiti.n.aptãda sunt membra, ne tam nobile,tamquè præclarum caput deformibus sit aptatum membris, & cõsitum,ne fortè sequatur illud Horatij. *In orat. de antiq.Sicil.*

Humano capiti ceruicem Pictor equinam
Iungere si velit,ac varias inducere plumas
Vndiquè collatis membris,vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè
Spectatum admissi risum teneatis amici?

In arte poetica.


Quarè rectè quidem Panormus nomenclatura felicis Vrbis insignitur,cum ea omnia,quæ felicitatem pariunt, seruet; itaquè seruet, vt ex huiusce felicitate ceterarum Vrbium felicitas oriatur. Mirandum igitur nullo modo est, si Panormitanæ gloriæ nomen vbiquè terrarum summa cum mortaliũ admiratione circumferatur; cum angustus satis sit Vrbis Panormitanæ limes, & carcer; alios certè orbis terræ fines sibi vendicat,quò facilius honoris curriculo euectum per vniuersum terrarum orbem summa cum inuidorum, æmulorumquè inuidentia diuagetur. Et diuagatum planè, cum nulla mundi pars, nulla regio, nulla gens tam ab hominum Societate seiũcta reperitur, quæ Panormitanæ felicitatis, ac Maiestatis gloriam non agnoscat, non efferat, non prædicet.


Nihil hoc loco de Imperatoribus, nihil de Regibus, nihil de Pontificibus; qui Remp. Panormitanam singularibus exornauere diplomatibus, miris auxere priuilegijs, ac inauditis post hominum memoriam locupletauere beneficijs. Recenserem & hic eorum omnia omnium nomina,sed suus hic recensendi locus non est. Exploratum id omnibus,ac certum plura in Remp. Panormitanam ab Imperatorum,

Regum, ac Pōtificum liberalitate profecta, quam à qualibet alia fuisse obtenta beneficia. huiusce dicti veritas suo satis loco demōstrabitur. pergamus ad cetera.

CAPVT II.

Vnde nam Panormitanæ Vrbis Maiestas, & gloria oriatur.





SI quis rectè, verequè perpenderit, ac mentis aciem in Panormitanam Vrbem cogitabundus intorserit, vberrimorum fontium erumpentes venas sine dubitatione scrutabitur, ex quibus tota, quanta, quanta est, quæ quidem maxima est; Panormitana videatur emanare felicitas. Felicitas. n. omnis, Vrbiumquè beatitudo quamuis in plura, maximè tamen in hæc tria capita, In loci naturam, In Ciuium dignitatem, In primam primæ Vrbis gloriam optimo quidem iure segregatur. Quænam. n. potest esse felicitas, si qua forte Ciuitas circumsepta situ suapte natura muniatur, atquè optimo ciue spolietur? Vel quanam gloria, quaue beatitudine potest affici, si ceteris ista ciuitatibus non præsit, si obsessa hostibus pateat? Vt. n. & rectè ait Aristoteles, vera corporis pulchritudo in recta membrorum proportione consistit, ita & Vrbium felicitas, ac Maiestas in illa triplici partitione continetur. Nihil profecto concitatos tantæ gloriæ cursus retardare, nihil ingentem tantæ felicitatis magnitudinem opprimere videbitur satis. Quæ quidem omnia cum in vrbem Panormitanam maximè cadant, vt rectè dixerim cum Propertio

p. Rhet.

lib. 3.

Natura hic posuit quicquid vbiquè fuit.

vel cum familiari illo Anonymo.

Quicquid sparsum alibi est, sola Panormus habet.

hæc, inquam, omnia ea claritate, qua potero, pro virili demonstrare contendam, vt tandem aliquando Panormitanam felicitatem, Maiestatemquè exteræ gentes admirentur, Siculi pernoscant, æmuli non inuideant, ac Panormitani ciues perfruantur.

Satis scio a plerisquè vel adscriptis nominibus Vrbes efferri, vel easdem conditorum antiquitate, vel opum affluentia, vel primorum hominum habitatione, ciuiumue studijs apprimè celebrari. Secuti

ſanè Mantuanum, qui adamuſſim eorum carminum anfractu Vrbis illius gloriam, felicitatemquè iſthæc omnia percenſendo deſcripſit.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago Italiam contra, Tyberinaquè longè
Oſtia, diues opum, ſtudijſquè aſperrima belli. *Aeneid. p.*

Sciant velim Panormitanos ciues iſthæc laudationum argumenta a Panormitana Vrbe non deſiderari; nam ſi auctores glorioſis nominibus Vrbem panormitanam inſignientes velint, iam habent; nec eſt, cur ad nugas, vetularumquè fabulas animum adijciant.

Et quidem Thucidides, Polybius, Marcus Tullius, Diodorus, Strabo, Melæ, Plinius, Silius, Frõtinus, Ptolomæus, Procopius, Stephanus, alijque non pauci ita magnificè, præclarèquè de panormitana Vrbe ſcripſerunt, vt nihil certè magnificentius, nihil certè præclarius; Qui, vt opinor, varijs pellecti locupletantis naturæ beneficijs ad panormitanam maieſtatē, & gloriam vel euehendam, vel immortalitati ſcriptione commendandam memoriæ prodiderunt. Hinc illa. Regum Sedes, Imperatorum cuna, Deorum altrix, Deorum delitium, Vrbium Metropolis, ac Mater, Heroum educatrix, Naturæ ſpeculum, Naturæ miraculum, Siciliæ theatrum, Siculi Orbis decus, & ſingulare ornamentum, vt non immeritò Romana Reſp. tantis allecta titulis, & titulos, & inſignia Panormitanæ Reip. volens, lubenſquè communicarit.

Tacta fides; Sociam ſtatuit ſibi Roma Panormum,
Hinc Aquila, & Prætor, ac decus Vrbis adeſt. *Ioãnes Naſus Siculus.*

Hinc & illud Tullij, qui profecto ſemper, & vbiquè de Panormitana Vrbe cum ſcriberet, eam ſemper Reip. nomine illuſtrauit; vt dictum nobis ſupra non immeritò ſit ab Romana Vrbe Panormitanæ Vrbi & inſignia, & nomina fuiſſe conceſſa, vt ſi hinc ſcriptum inuenias S.P.Q.R. Romana Reſp. grandioribus inde exaratum characteribus leges S.P.Q.P. Panormitana Reſp. Oportebat profecto Panormitanam Remp. tãtis amplificari honoribus; tum quia titulis inſignita nobilibus hanc ſibi gloriam aſſecuta, tum etiam quia Vrbs ſemper extitit immunis, ac libera, vt libertate donata hoc etiam munere donata videretur. *Fæderatæ Ciuitates*, ait Tullius, *duæ ſunt, quarum decumæ venire non ſoleant; Mamertina, & Taurominitana. Quinquè præterea ſine ſædere immunes Ciuitates, ac liberæ; Centuripina, Haleſina, ſegeſtana, Halyſienſis, Panormitana.* *In ver. act. tertia.*

Ne-

Neque verò putet quis velim hoc tam præclarum, dignumque nomen a Tullio fuisse duntaxat vsurpatum, cum aurea illa ætate sit certum a sapientibus illis inscriptos in lapidibus fuisse hosce characteres: RESP. PANORMII. cum constet, inquit Cluuerius, *hanc vrbem apud Veteres* PANORMIVM, *& gentiles Panormitenses appellatos fuisse*. Haud absimile quia lapides itidem illi vel temporum vetustate consumpti, vel doctiorum studio, curaque seruati legendum præferunt. Panormi pro rostris.

In lapide Aurelij Cæsar. Sacro. lib. 2. Sic. antiquit. Geor. Gual. in antiq. tabulis, quas primo Panormi typis excudit.

: : : : : : : : : : Fratri. Diui. M. Aureli.
Antonini. pij. Fil. Diui. Pij Nepoti.
Diui Hadriani. Pro. Nepoti. Diui. Traia
ni. Abnepoti. Diui. Neruæ. Abnepoti.
Res. P. Panhormitanorum.

Iuliæ Aug.
Imp. Cæs. L. Septimi
Seueri. Pertina
Cis. Aug. Pij. Parthi
Ci. Arabici. Et. Parthi
Ci. Adiabeni
Ci. P. M. Tr. Pot. III
Imp. V. Cos. II. P. P.
Res. Publ. Panhormi
tanorum.

D. N. Galerio. Val.
Maximino. Nobi
lissimo. Cæs.
Resp. Panhorm.
D. N. M Q eius.

Diuo. Claudio.
Resp. Panormit.

Imp. Cæs. L. Septimio Seuero
Pio. Pertinaci Aug. Arab. Adiaben.
Part. Max. Pont. Max. Tr. Pot. VI. Imp.
XI. Cos. II. P. P. Procos. Imp. Cæs. Diui.
M. Antonini. P. I. Germ. Sarmatic. F.

Di-

Diui. Commodi Fratri Diui. Antoni
ni. *P*. I. Nepoti. Diui. Hadriani.
*P*ronepoti. Diui. Traiani *P*arthici. Abn.
*D*iui Neruæ. Adnepoti. Indulgen
tiſſimo. Et. Clementiſſimo. *P*rincipi.
Domino Noſtro. Reſp. *P*anhorm.
IIVIR. *P*. Satyri Donati. Et. M. Mæci.
Rufini. *D*. *D*.

Imp. Cæſ. *D*iui
Magni Antoni
ni. *P*ij. Diui. Septimi
Seueri : : : : : : : :
: : : : Seuero Et
: : : : : : *P*io. Fel.
Aug. *P*ont. Max. Tri
*P*o. II. Coſ. III Col
Aug. *P*anhorm.
D D.

M. Aurelio.
Antonino. Cæſ.
Imp. L. Septimi Se
ueri. *P*ij. Arabici. Adi
Abenici. *P*. *P*. Ng. Etiud.
Reſp. *P*. *P*anhor. Ded.

imp. Cæſ. M.
aurelio. Anto
nino. Aug. *D*iui
aNtonin. F. *D*iui. Hadri
nep. Diui. Traiani. Parth
*P*ronepoti. Diui. Neruæ
Abnep. Pon. Max. Trib. *P*. XVII.
Coſ. III R*P*. *P*anormit.

Imp. Cæſ. L. Septimi Seueri
*P*ij. *P*ertinacis. Aug. Arab. Adi
Aben. *P*arth. Max. *P*ontif. Max.
Trib. *P*ot. VII. Imp. XI. Coſ. II. *P*. P.

Et.

. . Et. Imp. Cæſ. *M.* Aureli. An
Tonini, Aug. Trib. *Pot.* . . . .
Domino. Indulgentiſſimo
Reſp. *P*ubl. *P*anhormitan
II. Vir. *P.* Satyri Donati
Et . M. Mæci . Rufini. D. D.

Ti. Claudio. Herdi
Ano. C. V. leg. *P*rou. *S*i
cil. Iudici rariſſi
Mo. *P*atrono Col.
Panhormit. *P*rinci
pales Viri Ex. Aere col
lato . D. D.

In vico Celſi in æde Simonis *P*ariſij, & Bononiæ Baronis Melochæ, nobilis Siciliæ Chorographi. effoſſa A. 1618. nunquam ante exſcripta.

Imp. Cæſ. C. Valerio
Diocletiano. *Pio.* Fel.
in V. Aug. *P*ontif. Max.
triB. *P*ot. Coſ. III. *P.P.* *P*roCoſ.
Reſp. Panhormit. D N M Q
D Eius D.

Plura ſubſcriberem. Sed ne videar lectorum eruditioni diffidere, lubens omitto. Illud autem animaduertatur velim ex hiſce inſcriptionum varietatibus non deduci ſolum Panormitanæ Vrbis gloriam, ſed ipſius etiam exiſtimationem, ac Maieſtatem, cum diuerſis tempeſtatibus diuerſi primæ notæ ſcriptores ſemper idem de panormitana Vrbe ſenſerint, idem prædicarint, idem vnanimi conſenſione conſcripſerint.

Nequè verò exhiſce allatis elogijs quis deducat velim Panormitanam Vrbem eorum Imperatorum tempeſtate excitatam vel fuiſſe, vel floruiſſe; ſi in ea quidem is opinione verſatur, errat, ac vehementer errat. Ad vetuſtiores ſunt reuocanda conditores huiuſce Vrbis inchoamenta, ad poſteros quidem incrementa, ad ceteros cetera ornamenta. Accipite amabo vos, lectores optimi, ijdemquè arbitri

Pe-

Petrum Ranzanum superioris sæculi virum eruditione præstantem, vt inde manifesta consequutio inferatur quam malè senserint ij, qui ad posteriores Phænices panormitanæ Vrbis primordia retulerunt. Sic igitur habet. *Vrbem ipsam esse vetustissimam vel constat ex eo, quod nemo eius auctorem satis affirmare sit ausus. Quamquam .n. constat eam fuisse a rerum græcis, latinisquè scriptoribus, qui de Sicilia literis aliquid prodiderunt, inter nobiles vrbes numeratam; eius tamen primordia, conditorisquè nomen vel eo ab ipsis, vt opinor, prætermissum, quod ob vetustatem nihil potuit haberi, quod certò mandari literarum monumentis potuerit. Ceterum antiquitatis eius, atque magnæ claritatis argumento, prudentissimo cuiquè esse satis potest murus ille vetustissimus in multis partibus ad hanc vsquè diem integer, amplo, quadratoquè lapide structus, qui latè, atquè prealtè circumductus Vrbem ipsam combibit. Erant portæ eius septem, quantum ex vestigijs, quæ extant, coniectura assequi possimus, quarum unaquæque singulis amplissimis turribus, quæ inexpugnabilium arcium speciem præbebant, muniebatur. Viarum Vrbis celebriorum (eius .n. vestigia hoc tempore apparent) aliæ candido marmore, aliæ verò rubeo quodam lapidum genere stratæ videbantur.* Hæc Ranzanus.

Petrus Ranzanus de antiq. & primord. ac progressu felicis vrbis Panormi.

Quid hoc dicendi genere vel clarius, vel præclarius, Quid ad hanc rem comprobandam illustrius? Quid ad eorum non bene de nostrę vrbis antiquitate sentientium opinionem vel conuincendam, vel refutandam apertius? Vultis ne plura? plura subscribit Ranzanus, quæ nec grauabor ipse subscribere. animum, quæso vos, aduertite; estote vt dixi, arbitri. ferte opportunam, congruamquè sententiam.

Thucidides, inquit idem loco supra laudato, *satis erit demonstrare testimonio, eos errare, qui Panormi primordia in Græcos referunt; is .n. postea quam earum gentium mentionem habuit, quæ primum Siciliam incoluere, de Phænicum tandem in eandem Insulam aduentu mentionem habens his vsus est verbis. Phænices præterea per eamdem Insulam passim habitauerunt occupatis promontorijs, & paruis circa Insulam negotiandi cum siculis gratia. Atquè postquam permulti Græcorum illuc cum nauibus traiecerunt omissa nauigatione Motiam, soloentum, ac Panormum, &c. positis sedibus incoluerunt. tot igitur numero barbari, atque in hunc modum habitauere Siciliam.* Hæc Thucidides. *Ex his autem Thucididis verbis duo hæc sine vlla controuersia possum ipse deligere. Panormum videlicet non extitisse græcam vrbem, hoc est non fuisse a græcis primum habitatã, sed ante fuisse conditam, quam Phænices in ea sedes posuissent. Condita .n. iam erant Motia, soloentum, & Panormus, antequam eam Phænices incolerent. His reiectis, explosisquè sententijs quidnam de eius vrbis au-*

ctoribus visum aliquando sit, paucis deinceps exponendum mox ad id, quod ea in re sentio esse pro certo proponendum, breuissimè.n. vtebar ratione, cui prudentissimus quisquè facillimè, ac iure potuisset assentire, à qua profectò non dissensit Antonius Panormita vir mea ætate & Poeta, & Orator, & historicus sapientissimus, atque præclarissimus, vnusquè omnium omnis antiquitatis vestigator diligentissimus. Ex Thucididis.n. verbis, quæ modo adducebam, sic argui posse arbitrabatur. Cum neque a Græcis, neque a Phœnicibus condita Panormus sit; antecesserit autem earum gentium in Siciliam aduentum, quid reliqui est, nisi vt eam aut à Siculis, aut a Sicanis fuisse conditam arguatur? Ceterum non deerat argumentum, quo facilè comprobari potuisset Sicanis potius, quam Siculis eius rei gloriam tribuendam. Namque Thucidides, ceteriquè, qui luci ista prodiderunt, affirmant, Sicanos incoluisse primum Siciliæ loca ad occasum vergentia, quod ego ita intelligendum arbitrabar, vt traijcientes in eamdem Insulam Sicani non tenuerunt loca proxima Pachino, & Peloro promontorijs, quorum alterum ad Aquilonem, alterum ad Austrum vergit, sed ea potius, quæ ex Hispania in Siciliam nauigantibus occurrere solent, illa videlicet, quæ nõ multum distant a Lilybæo, quod est vnum è tribus Siciliæ promontorijs ad occasum vergens, a quo Panormus sexaginta millia distat, cum à Pachino, & Peloro centum, & sexaginta & eo forte amplius passuum millibus absit. Eodem item auctore Thucidide Troiani, qui capto Ilio in Siciliam traiecerunt, in Sicanorum finibus sedes posuere, qui & vniuersi Elymi sunt appellati. Vrbes autem eorum fuerunt Eryx, & Agesta sitæ haud longè ab Vrbe, & a loco, quem a litoris curuitate Drepanum vetustissimi nominarunt. A quibus quidem locis parum abesse Panormum *siculis hominibus est longè notissimum, Ob hanc itaquè regionum propinquitatem coniectura me assecutum putabam Sicanos potius, quam Siculos* Panormi *primum mænia posuisse.* Præterea *si vel sicani ipsi ad eam eiusdem Insulæ partem profecti, quæ idonea visa sunt condendis nouis vrbibus loca permulta delegerunt, nunquid negligendus fortè ab eis erat locus omnium visu speciosissimus, omnium longe amænissimus? Antonius* Panormita *cum aliquando in eius rei memoriam incidisset, non tantum quod ipse iudicabam, probauit, sed & quod ipse arbitraretur adijciens, Ego* inquit, *non tantum probo, quod sentis fretus tam antiqui, tam celebrati nominis historici testimonio, quando* Panormi *primordia refers in Sicanos, sed etiam tibi vehementer assentior. Illud item adijcio* Panormitanum *agrum ea amænitate fuisse semper insignem, vt non affirmare non possim, quin Sicani in Siciliam primum appulsi, eaquè illecti prima in eo mænia posuerunt, ideoquè fortasse non mentior affirmans esse* Panormum *Sicularum omnium Vrbium vetustissimam. Cuius rei vel maximo iam argumento fuerit murus ille, de quo mentionem*

supra

supra habuisti. Silentio tamen illud prateriјsti, quod a te in primis fuit commemorandum. Est quippe murus ipse mira quadam arte congestis, quadratis, atquè ingentibus illis saxis absquè vllo calcis glutino, sed luto interlitis structus; qui struendorum murorum vsus solum apud priscorum sæculorum homines fuit, quemadmodum structos fuisse sagunti muros T. Liuius tradit. In eo tamen illius vrbis murus a muro Panormi meo iudicio differebat, quod ille quidem cimentis non calce duratis, sed luto interlitis structus erat; ideoquè dolabris facilè subrui ab Annibale potuit; hic autem non cementis, sed saxis, vti dixi, ingentibus, & eis quadratis, luto tamen interlitis structus est, quod antiquæ structuræ genus esse liquet. Hæc vbi ex Antonio accepi, incredibili sum affectus lætitia; quandoquidem intellexi meam sententiam probari a magno ingenio, excellentiquè doctrina viro, cuius summa est in toto penè terrarum orbe auctoritas. Probasse itaque videbar Vrbem Panormum a Sicanis fuisse conditam, & ante Siculorum hominum in Siciliam aduentum. Nec obstat si græco nomine eadem vrbs sit appellata; fieri .n. potuit, vt quoniam Græci facilius, atquè significatius, quam cetera nationes vno verbo multa complecti possint græco vocabulo eiusdem vrbis situm primi conditores expresserint. Quod quidem & in alijs permultis factum antiquissimis satis constat. Siciliam .n. ante Sicanorum, & Siculorum, & græcorum in eam transitum græco vocabulo Trinacria appellata. Drepanum quoquè Vrbs est in ea Insula antiqua, & a Græcis non condita, græco tamen nomine nominata. Latini praterea permulti præstantes auctores eorum opera græcis titulis inscripsere. Non igitur mirum si ijs de causis, quas ante exposui, homines non græci græcè Vrbem Panormum nominarunt. Nihil tamen detrahitur Panormitanorum gloriæ, si in barbaram aliquam nationem Patriæ eorum referant antiquissima primordia. Est hoc quidem complurium nobilissimarum, florentissimarumque ciuitatum, de quibus constat, quod orbis olim Principes Romani in barbaros populos suorum auctorum genus retulerunt. De Panormi itaque auctoribus prout alij, alijquè aliter, atquè aliter opinati sunt, prout item ipse aliquando sensi, satis quantum ad rem attinet videor mihi dixisse. Reliquum est, vt quid pro certo affirmandum sit, quanta maxima breuitate fieri poterit, expediatur. Cũ primum ad maturiores ætatis annos perueni, ac peruestigaui lõgè plura, quã antea feceram de re, quam & diu, & magno cum studio conquisiueram; facilè mihi persuasi non esse alienum a viri prudentis officio a priori sententia dipelli. Sentire igitur cæpi Caldæos, ac Damascænos, & Phænices, atquè alios nonnullos eis finitimos populos, Panormi auctores extitisse; nec difficilis est probatio eius, quod sentio. Caldæis namquè literis, quæ incisæ spectantur in vetustissimis, quadratisquè saxis illis, quibus excitata initio fuit,

& adhuc integra permanet turris, supra vetustæ Vrbis portam, quam vulgò recentiores Panormitani Patitellorum appellant, hoc legitur Epigramma.

Non est alius Deus præter vnum Deum,
Non est alius potens præter eumdem Deum,
neque est alius victor præter eumdem, quem
nos colimus, Deum. Huius turris Præfectus est Sepho Filius Eliphaz, Filij Esau,
Fratris Iacob, Filij Isaac, Filij Abraham.
Et turri quidem ipsi nomen est Baych,
Sed turri huic proximæ nomen est Pharat.

Quis est obsecro (prosequitur Ranzanus) mentis adeo inops, qui per epigrammatis huius verba non facilè colligat tempus, per quod iam condita Panormus spectabatur? Non fingimus hæc Panormitani, eius quod affirmamus publica extant monumenta, quicumquè id putauerint incredibile, accersant Caldæarum literarum peritos homines, a quibus perlegantur patrijs characteribus sculptæ literæ, & inuenietur Panormitanorum non inanis esse iactatio, qui a tribus millibus, & quingentis fermè annis, vrbis, quam tenent, primordia repetunt. Fuit quidem Abraham natione Chaldæus, quamquam extra Chaldæam nati eius posteri sunt; qui tamen Chaldæis literis vtebantur, antequam Hebræarum literarum vsus, & characteres inuenirentur. Illud autem velim animaduertant viri prudentes, Sepho, Eliphaz Filium, non conditorem, sed præfectum fuisse turris, cuius facta est in epigrammate mentio. Quò fit, vt arguere nequaquam verear ante Sepho tempora conditam fuisse Panormum. Id tamen fiet multo magis perspicuum paulo post, vbi alterum epigramma, quod ad rem maximè attinebit, afferetur in medium. Ceterum nomina ipsius Sepho nepotis, & Eliphaz filij Esau, quorum meminit, Epigramma, quod adductum est, expressa sunt a Moyse in capitulo sexto, & trigesimo libri Geneseos. Extare huiuscemodi epigramma ego iam pridem ex nonnullis Iudæis, qui habitant Panormi, affirmantibus se id a Patribus accepisse ab eis præsertim, qui cum omni doctrina, atquè magna auctoritate, tum vero maximè Chaldææ linguæ peritia ceteros, apud eos antecelluisse putati sunt; nec minus affirmant nonnulli ex eis extare in hanc diem vetustissimum Hebraicum codicem, in quo idem annotatum ab eisdem eorum patribus inuenitur. Ego vero deridendos semper putaui

Ludouicus de Tena scribit oppositum in sua Isagoge in totã scripturã. consule. rectè id probat, ac doctè.

taui

taui omnes, qui talia affirmabant, cum delirare mihi prorsus viderentur. Et quamquam Iudæus quidam, natione Pisanus, qui Panormi habitabat (Isaac Villelmo nomen ei erat) mihi domum suã aliquando accersito, codicem, in quo id, de quo est sermo, notatum erat, ostendisset, epigrammaquè ipsum, & Hebraicè pronunciasset, & in vulgarem linguam esset interpretatus, adduci tamen nunquam potui, vt verum esse crederem, quod ab Hebræis hominibus prodebatur, & permansi ad hunc vsquè annum in ea sententia (id.n. conscribebat ait Valguarnera anno 1470) Ceterum ab ea tandem me depulit diligentia, ac summa in Patriam pietas Petri specialis, viri profecto immortalitate dignissimi, de quo supra mentio non sine egregia eius laude facta est. Nactus .n. is syrum quemdam Chaldæarum literarum peritum hominem, curauit, vt ab eo epigramma, cuius memini, perlegeretur, & in latinum sermonem verteretur. Quod vbi est factum, dedit operam, vt eius exemplar Neapolim ad me transmitteret eo consilio, vt quæ vera essent Panormi antiquissima primordia, a me, qui de panormi auctoribus aliquid prodidi, nequaquam ignorarentur. Ad huius rei longè maiorem credulitatem sum vehementer motus testimonio alterius cuiusdam epigrammatis, de quo fiebat in eodem Hebraico codice mentio; quod quamquam nihil habere fidei semper existimaui, cum tamen satis compertum nunc mihi sit non pro incerto habendum, quod superiore illo epigrammate tradebatur, non censeo pro incertis a Panormitanis habenda, quæ epigrammate, quod subijciam, produntur. Ceterum illud antequam rem proponam, sciendum. Cum Isaac Villelmus, cuius iam mentio est habita, hebraicum illum mihi codicem ostendit, non eram ipse adeò Hebraicarum literarum peritus, vt interpretari facilè possem, quæ ne mediocriter quidem sciebam legere. Eam ob rem ego Iudæo vsus interprete è vulgari lingua, qua ille Hebræam interpretabatur, hæc verba latina fideliter feci. Anno octauo aurei regni Villelmi Siculorum Regis secundi (hoc est ex Valguarnera anno 1174) ego Abraham Iudæus, Physicus Damasci natus, & octo annos in Vrbe Panormo versatus, legi incisas in saxo quodam vetustissimo literas, quibus olim Damasceni, & Phœnices vtebantur. Quod autem literis illis traditum est, Hebræo ego sermone in hunc modum expressi.

Valguar. in antiq. Panor.

Valguar. loco vbi sup.

Viuente Isaac Filio Abrahæ, & regnante
In Idumæa, atquè in Valle Damascena
Esau filio Isaac, ingens Chaldæorum

ma-

Manus, quibus adiuncti sunt multi
Damasceni, atquè Phœnices, profecti
Ad hanc triangularem Insulam,
sedes perpetuas locauerunt in hoc
amœno loco, quem PANORMVM cogno-
minarunt.

Hoc autem placuit his mandare monumentis literarum ad perpetuam rei memoriam. Hæc ex Hebræo codice. Ceterum vbi hoc tempore saxum illud sit non facilè ostendere possem; quamquam non me fugit tria Panormi eiuscemodi vetustissima saxa extare diuersis in locis, in quibus spectantur incisi characteres quidam literarum, quos non Græci, non Iudæi, nec Arabes, nequè Caldæi nostri temporis legere vnquam sciuerunt, puto tamen illud esse (prolixioris.n. videntur sententiæ incisum in eo epigrammma) quod Gerardus Alliata nobilissimus iure consultus, & Siciliæ Prothonotarius memoriæ gratia locauit extrinsecus in angulo domus, quam magnificè nuper excitauit. Nec his, quæ dicta sunt hoc loco, repugnat Thucydidis a me supra adducta sententia, qua traditum ab eo est, per ea tempora Phænices, omissa nauigatione, vt ait Valla, positisquè sedibus incoluisse Panormum, per quæ Græci in Siciliam traijcere cæpere. Fieri .n. potuit, vt eum locum libentius habitandum in Insula ipsa delegerint, quem ab eorum patribus, ab alijs videlicet Phænicibus multo ante se iam possessum animaduerterent. Dixi de Panormi auctoribus, quid conciuibus meis pro certo proponendum censeam. Hactenus Ranzanus, at nos cum illo non hactenus. Ea .n. veritas non vnius duntaxat auctoritate comprobanda scriptoris, sed aliorum etiam fulcienda testimonio, cum & Thomas Fazelus & Marius Aretius, & Geruasius Tornacæus viri eruditissimi, historiarumquè naui indagatores ex hisce chaldaicis caracteribus Panormitanæ Vrbis antiquitatem scriptione commendent. *Non enim vero est*, ait Fazelus; *quod in Siciliam Caldæos aliquando venisse, vrbemquè condidisse quisquam fabulosum existimet; cum auctoribus Beroso, & Diodoro, Chamus Noe filius, quem Chamesenem, & Saturnum Berosus, & Diodorus appellant, magna secum adducta Colonia fuerit potitus.* Et paulo post. *Fuit autem Panormus condita quantum ex earum Inscriptionum calculo colligimus anno mundi 3360. Nequè ab hac supputatione Thucidides dissentire videtur, cum non Panormum condidisse Phænices, quo tempore in Siciliam Græci traiecerunt, sed incoluisse scribit. Quid .n. obstat, quo minus Panormum, quam multo antea Caldæi, Damasceni, &*

Faz. lib. 8. dec. primæ
Aretius de Situ Sicil.
Tornac. in præf. Hugonis Falcand.
Berosius Caldæus Ephes.

Phæ-

Phœnices condiderunt, processu æui aliam Phœnicum multitudinem in Siciliam negotiandi gratia aduectam inhabitasse credendum sit? Nequè vero quispiam priscos antiquitatis huius Vrbis monumentum lapidibus inscripsisse miretur, cum Noa etiam post dilluuium egressum suum a monte Gordieo, & descensum in subiectos, cadaueribusquè refertos agros, teste Beroso, lapidibus inciderit. Hæc Fazelus. Quæ cum ita sint, si iuxta hanc interpretationem sentire quis velit, sentiat & illud mecum velim, cum iure mihi persuadeam Vatem illum vel hac ratione compulsum de panormitana antiquitate cecinisse.

Siede Palermo, cui'l popol fenice.
Die il gran principio in fertil piano, e bello
Di fioriti giardin sempre felice.

Thomas Balli in lib. inscrip. Palermo liber.

Et vt reliqua prætermittam, quæ mihi optimo quidem iure dici possent illud silentio prætereundum non videtur, quod ad gloriam Vrbis amplificandam maximè facit, Panormitanam videlicet Vrbem, vt scribit Grassus, felicem non solum Summi Pontifices, & Diui Imperatores, ac Reges Christiani Dominam, & Metropolim Siciliæ, verum etiam Principes Sarracenorum, & infideles cum propter naturalem ipsius amænitatem, tum vero propter fæcundam vbertatem, ac VETVSTISSIMAM ANTIQVITATEM esse voluerunt. Consentaneum planè existimarunt Panormitanæ Vrbi Principem inter ceteras Siciliæ vrbes locum deferre, cum eam primis insigniuerit natura delitijs, singulari camporum vbertate decorauerit, præcipua cæli clementia exauxerit, electa fontium scaturigine ditarit, ac primis deniquè exterorum hominum accessionibus locupletarit. Hæc satis.

Iacobus Grassus in Collect.

Iam vero de huiusce vrbis opulentia quid dicam? Si .n. vel ex Ciuium multitudine, vel ex Equitum frequentia, vel ex Principum cætu arguendæ sunt copiæ, quænam profecto Vrbs in Sicilia reperitur, quæ tam magna, tamquè incredibili & Ciuium, & Equitum, & Principum varietate glorietur? rectè quidem a maioribus nostris inscribitur, AVREA CONCHA, & meritò hac tam nobili nomenclatura ab vniuerso terrarum orbe celebratur. Ex huiusce .n. sinu tamquam ex locupletissimo Regum, Imperatorumquè thesauro opes diuiduntur in singulos, non secus ac si cor sanguinem in membra partitur, quò partes deperditæ instaurentur, eoquè alimento viuentis vita prorogetur. Hinc ille cecinit.

. . . . Concha aurea protulit aurum,
Scilicet hæc magno in pectore seruat opes.

Rectè, inquam, vocitatur CONCHA AVREA; Ipsa .n. thesaurus naturæ est, cum ab eadem tamquam tutelari circumpositis proceris montibus, editisquè collibus summa cum custodia asseruetur, atquè custodiatur. Iure illud hic cadit.

Te Natura suis Concha Aurea collibus abdit,
Nobile naturæ est Aurea Concha decus.

Plura non grauabor edocere lib. 3. cum de Ciuium nobilitate, & alibi sparsim, quem, qui velit, consulat.

Illud reliquum est, vt videamus, an iure possit Vrbs Panormitana martiali ciue gloriari.

Virg. Aeneid. 1.

. . . . Studijsquè asperrima belli.

quippe quæ cum sit hæc genuina humanitate perfusa, nihil in ea non humanũ, nihil non dulce, nihil non iucundum non suspicimus, non admiramur? Quænam .n. gens, quæ natio thronum panormitanæ humanitatis implorat, quæ repente è vestigio humanissimam humanitatem non experiatur? hinc illud. SVOS DEVORAT, ALIENOS NVTRIT. quod hisce versibus expressit Anonymus ille de celeberrimo Garaffi fonte cum pangeret.

Hospes ades, vitreas hauri de marmore lymphas,
Et fessam arenti gutture pelle sitim;
Seu pendere velis quina curuatus ab vnda,
Et terere apposita marmoris æra manu;
Fistula seu maior manantibus obruta lymphis
Præbeat in vitro pocula grata velis;
Sed tu cur gremio sinuosum amplecteris anguem,
Et sinis infesto pectora dente fodi?
Anguem seruo, meum spargat qui dente cruorem,
Vt proprio externos sanguine semper alam.

Suos, inquam, deuorat, alienos nutrit. Cum .n. hæc Vrbs Regum semper altrix, ac Imperatorum semper extiterit educatrix, ab eo-

eorum omnium Societate humanitatem edidicit, qua potius in exteros omnes, quam in suos vti iure optimo gloriatur. Quod vel eo consilio factum existimo, quod cum Siculis nihil sit certè præclarius, nihil sane magnificentius, quam Panormi vsuram lucis accipere, ac sacro fonte lustrari; hinc vrbs Panormitana ceteris confert volens, lubensquè beneficia, nullum suis, cum nullum maius beneficium, maiusquè donum vel sit, vel possit excogitari, quam Panormitani Ciuis stemmate insigniri. Et quemadmodum hanc tam magnam, tamquè singularem gloriam sibi gloriæ vertunt Ciues Panormitani, ita & pacis, & concordiæ fautores, ac sectatores esse sibi ducunt honori, vt quantum ceteræ gentes in profundendo sanguine, vitaquè tollenda primas habere student satis, tantum Panormitani ad dirimendas hominum contentiones, impetusquè retardandos, ne sanguis effundatur, vitaquè seruetur, industriæ neruos omnes summa cum animorum contentione contendunt. Sed ad rem. Quid? caditne igitur in vrbem panormitanam hæc Mantuana laudatio?

.... Studijsquè asperrima belli? *Virg. Aeneid. primo*

maximè vero. Non inficior Ciues Panormitanos ad concordiam conciliandam, hominumquè societatem suapte natura retinendam sic esse procliues, vt nihil inhumanum cogitent, nihil superbum sapiant, nihil ad distringendos gladios, bellumquè comparandum moliantur. at à bellicæ artis studio non abhorrent. Domesticæ, & clandestinæ digladiationum exercitationes id suadent, vt si forte fortuna bellum contra hostes suscipiendum sit, eductis mucronibus vel ab ipsis mænibus, vel ab ipsismet ceruicibus periculum omne depellant. Esse non ignorant in bello armatos, & in pace togatos. Quandoquè ad corporis pulchritudinem euehendam, quandoquè verò ad fortitudinem animi ostentandam arma quis suscipit, vt non minus in otio humanus, quam inhumanus in decretatione videatur. Enim vero si res a Panormitanis præclarè gestas ea, qua decet, ratione libremus, martiales illos spiritus facinoribus præsetulisse fateamur est necesse. Repetite memoria, si placet facinus illud de Panormitanis fæminis, vel rectius, Amazonibus satis vbiquè vulgatum, cum fortè Panormus obsidione premeretur; dignum planè, quod omnium linguis, omnium scriptione, ac literarum omnium monimentis commendetur, cum simile quidpiam in historijs fortasse non habeatur. Crinibus .n. funium officio perfunctis incredibili *Faz. lib. 8. dec. primæ.*

C ani-

animorum fortitudine & irruentes hostium copias expulerunt, & Ciuitatem diuturna obsidione liberarunt. Sic orbis terrarum nunquam satis pro dignitate laudatam Panormitanam Amazonum magnanimitatem aliquando vidit, aliquando suspexit, cum hominum antea, vt loquuntur historiæ, sit animi fortitudinem admiratus. Sedeat igitur in solio veritatis mundus arbiter, ac sententiam ferat, an effæminatum sit, ac molle panormitanum genus, cum vel ex mulieribus ipsis nec vulgare, nec exiguum huiusce rei petatur argumentum. *Magnanimitatis* gloria Panormitanis ciuibus non adimenda, cum nihil non arduum, nihil non magnum (*magnitudo .n. animi*, ait Aristoteles *magnis in rebus cernitur*) aggrediantur; at prudentia duce. Cum .n. inter se se virtutes communi quodam vinculo contineantur, a magnanimitate Prudentia non seiungitur. Magnanimum ergo se præbet Ciuis, at cum res ipsa postulat, cum tempus hortatur. Quod si quandoq; iniurijs appetitus iniurias non vlciscitur, non persequitur, id quidem non ignauiæ, vel socordiæ, sed regiæ cuidam magnanimitati tribuendum. Ad magnanimum .n. pertinet neque perturbationi animi, quæ ex iniurijs nascitur, neque hominis fortunæ succumbere. *Et iniuriam pati melius est*, ait Aristoteles *quam alteri nocere*. Sed hæc obiter. ad rem. Reticeantur itaque Amazonum præconia, cum si quam forte victoriam assecutæ telis armatæ, hastilque instructæ eam sint in prælijs assecutæ. Panormitanæ vero mulieres nullis edoctæ prælijs, nullis assuetæ exercitationibus, nec vllis armatæ spiculis, sed mascula quadam virtute cõmunitæ haud virorum suorum degeneres caput periculis obiectarunt, recisisque dumtaxat comis gloriosissimam in terrarum orbe victoriam retulerunt. Recte hic illud cuiusdam Neapolitani.

lib.4. eth. cap. 3.

Cic. lib. primo off.

lib. primo eth.


Abscissis fert clara comis Matrona triumphum,
Si coma fert palmam, vestra quid arma ferent?

Et quidem Cononis illius Mathematici laudatio, quo rectius, eo sane verius in hanc panormitanam, quam in illam Berenicé comam cadit, cum non ex veritate, sed ex assentatione ad aucupandam Regis Ptolomæi gratiam laus illa fuisse profecta videatur. Digna reapse coma, quæ non Veneri Sacra, sed immortalitati consecrata in æternitatis templo ab omnium scriptorum ore celebretur. Digna quidem non quæ pro reduce Rege, sed pro seruata sibi, restitu-

ta·


taquè regia vrbe resciſſa floreſcat; & dum Matronæ panormitanæ comam nutriunt, aluntquè; Panormitanæ gloriæ altricem alere glorientur. Quod ſi quandoque flantibus illam ex voto explicent Zephyris, panormitanæ victoriæ vexilla hoſtibus timenda, amanda ciuibus, prædicanda ceteris ſibi perſuadeant explicaſſe. Hac de re poſſem hoc loco afferre non pauca, ſed hæc capite IV, cum latius de panormitano ſtemmate.

Ceterum de primis panormitanæ Vrbis vel conditoribus, vel incolis nihil attinet dicere, cum de ijs ſupra ſit dictum ſatis. Stet igitur nihil de illa Mantuana partitione ab vrbe deſiderari, cum ea quidem omnia ita contineat, vt de panormitana Vrbe propemodum vates ſcripſiſſe videatur.



CAPVT III.

De Panormitanæ Vrbis nomenclatura.



NON vulgaris, nec exigua Panormitanæ Vrbi ex adſcriptis ab antiquitate nominibus innaſcitur laus, cum non forte fortuna, ſed diuino quodam conſilio hoc triplici nomine exornetur. PANORMVS. VRBS FELIX. CONCHA AVREA. Et licet hæc vrbis panormitanæ felicitas, & gloria vel ex hoc capite aliò quidem ſpectare, vel certè non ita ad rem eſſe videatur, quia tamen hæc multiplex nomenclatura tantæ etiam origo felicitatis exiſtit, non immeritò ad ſuperius caput ea videtur omnino pertinere. Rectè itaquè ſeneca. *Auctorum*, inquit, *nomina ſupprimenda non ſunt; maximè verò*, vt ait Plato, *quando conſentiunt cum re*. & hæc conſentiunt quidem.

Ep. 90. Plat. de ſap.

Satis ſcio varias de nominum natura circumferri auctorum opiniones, ex quonam ſcilicet fonte promanent. Et alij quidem ex rebus ipſis opinantur impoſita nomina. Vt ex mortuo Patre Poſthumus, ex vtero matris cæſo Cæſar. Alij ex virtute, vt à medendo Iaſon, qui à Chirone medicinam edidicit. Alij demum ex gloria, vt ex Africa deleta Africanus, & Meſſana capta Meſſala.

Et ex re quidem ipſa vetuſtiſſima Panormi nomenclatura conficitur, cum ea, ait Cluuerius, alijque non pauci, ex duabus vocibus componatur πάνυ, & ὅρμος, quorum illud, omnino, hoc nauium appulſum, ſiue ſtationem ſignificat. quaſi dicas eximium portum. Et rectè quidem eximium portum. Cum .n. Vrbem delitijs affluentem omnibus natura confinxerit, omnibus omnium commodorum diuitijs ditauerit, ac omnia demum ornamenta ex ſuo liberalitatis gremio deprompſerit, atquè in Panormitanæ Vrbis ſinum ſumma cum voluntate congeſſerit; operam diligentiſſimè, ſtudiumquè ad portum tantæ vrbi omnibus numeris abſoluendum nauauit, quò facilius ad tantæ Vrbis delitias perfruendas gentes omnes, atquè nationes terra, mariquè conuolarent; & dum Incolæ tanta loci amænitate potiuntur, aduenæ etiam ſingulari portus opportunitate perfruantur. Quam rectè Diodorus, vt referunt Eclogæ legationum, *Pyrrhus Panormitanorum Vrbem aggreditur, quæ pulcherrimum*

lib. 2. Sic. ant. c. 3. Procop. li. 5. de bello Gothico. Callias lib. 8. hiſt. Athen. lib. 12. Ioan. Lætus in orat. de antiq. Sic.

Diod. li. 22

totius Siciliæ portum habet; ex quo & appellationem istam Vrbs consequuta est.

Nec abs re quidem a Diodoro pulcherrimi portus nomine Panormus insignitur; cum .n. Vrbs Panormitana sit & pulchritudinis Idæa, sit & primæua naturæ proles; haud mirum esse videatur, si etiã hoc inter ceteras sit consequuta priuilegium (*pulchritudinem .n. priuilegium naturæ, vocat Plato*) quò supra ceteras Siciliæ Ciuitates euecta & loci, & portus pulchritudine glorietur. Quod si quis fortè aliter cũ alijs Panormũ appellet, vt totus hortus, rectè etiã appellet. Est.n. adeo Panormitanus ager delitijs refertus, ac naturæ donis cumulatus, vt a quopiam vel quid pulchrius, vel iucundius excogitari, fingiquè vix possit. Quo quidem nomine Callias Syracusanus rerum Agathoclis perantiquus scriptor non Etymologia, sed fecunditatis elogio Panormum dilaudauit. hic siquidem tellus non malignam nouercam, vt exteris multis, ac etiam nonnullis ipsius Siciliæ regionibus, sed benignam præsetulit parentem. Imò verò si quo alio sub cælo fertilis visa, si omniparens, si frugifera, si Pandora a Poetis dicta est, ex hoc certe agro Panormitano hæc insignia nominum promeruisse, & accepisse visa est. Si verum est illud Philonis dictum non γῆν γυναικῶν vt voluit Plato, hoc est nõ terram a Mulieribus, sed mulieres à terra fecunditatem discere, & imitari. hoc illa sanè in agro suæ fertilitatis ludum aperuit, ex quo ludo docti mihi etiam poetæ visi sunt admiranda illa de campis Elysijs, de Hortis Hesperidum, de Fortunatorum Insulis comminisci, ac fabulari potuisse. Vbi nimirum non modo frugum vtilitatem, vt in ceteris Siciliæ vberrimis agris Catanensi præsertim, & Leontino, vt essent externorum etiam horrea populorum, sed fructuum quoquè suauitatem, varietatemquè congessit, vt esset vnus in tota Sicilia & aduenis, & indigenis montium sæpimento conclusus delitiarum hortus. Hic qua fontes erumpunt, qui perenni cursu scatentes spectantium animos perpetua quadam voluptate perfundunt; qua iuga vel arboribus consita, vel floribus, rosisquè depicta florescunt, ex quibus ita dulcis odor afflatur, vt animi ea singulari suauitate mulceantur. qua montes perpetuis conuestiti flosculis, atquè a natura ad animorum oblectationem compositi qualibet scæna nobiliorem scænam pariunt; & dum sol cuncta sua luce lustrat, & complet, verè dixeris aureæ conchæ montes aureos. Meo quidem iudicio non aberrarunt ij, qui Panormum eo elogio, quo breuiore, eo quidem significatiore collustrarunt. hoc est Deorum Delitium, Siciliæ Paradisus. Siue igitur TOTVS PORTVS siue

Ath. l. 13. Virg. Aen. 6. Phil. de opif. mund.

Vir. Aen. 6.

Geor. Graun in descrip. orb. terræ. t. 1. Faz. l. 8. d.p.

sive TOTVS HORTVS Vrbs panormitana vocetur, semper eius gloriæ maiestas celebratur. De qua quidem sic præclarè vt cetera scripsit Hugo Falcandus. *Quis vero præclaræ huius Vrbis fontium passim ebullientium suauissimam vbertatem, quis semper virentium arborum amœnitatem, aut aquæductus circum abundanter vsibus seruientes satis mirari sufficiat? Quis inclytæ planitiei gloriam, quæ inter vrbis mœnia, montesquè quatuor ferè millibus patet, laude congrua prosequatur? O beatam, cunctisq; sæculis prædicandam planitiem, quæ intra gremium suum arborum, fructuumquè genus omne conclusit; quæ quicquid vsquam est delitiarum, sola prætendit: quæ voluptariæ visionis illecebris cunctos sic allicit, vt cui eam semel videre contigerit, vix vnquam ab ea quibuslibet possit blandimentis auelli.* Hæc, & alia id genus Hugo Falcandus.

In hist. Sic. f. 12.

Cui quidem rectè consonat Ranzanus. *Ager*, inquit, *Panormitanus maximè apricus, ac bonis fructibus, fertilissimis vineis, atque oliuetis longè pulcherrimus. Omnibus præterea arboribus visu speciosis multis in locis consitus, lucidissimisque dulcium, atque salubrium aquarum fontibus vberrimus. Et vt paucis magna, & mira, verè tamen complectar. Agrorum omnium, qui toto penè orbe sunt, quantum ipse & viderim, & iudicatum a plerisque viris prudentibus audiuerim, amœnissimus, atquè fertilissimus.* Hæc Ranzanus. Hinc videant velim omnes, qui hæc legunt, an rectè in Panormum nomen illud cadat? SICILIAE PARADISVS. Et quidem hæc veritas haud difficulter emerget, cunctisquè contemplanda proponetur, si quæ de terrestri paradiso in sua Cosmopœia scribit Augustinus Steuchus Eugubinus, diligenter attendantur; qui, postquam de paradisi regione in orientali plaga existentis multiplici eruditione probasset, sic de paradiso ipso ratiocinatur egregiè. *Quibus*, inquit, *positis, addo quasdam coniecturas super regione paradisi, quam cum in Arabiæ finibus, & Mesopotamiæ inuenerimus, dico non iniuria fuisse hic Paradisum locum fertilissimum, felicissimum. triaque adhibeo super fertilitate, & felicitate huius loci testimonia. Primum Q. Curtius hæc loca describens, & omnia, quæ ad hunc locum attinent, declarans de Alexandro ab Arbella vico vbi superauerat Darium proficiscente Babyloniam hæc memorat. Euntibus*, ait, *a parte læua, Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est, inter Tygrin, & Euphraten iacens tam vberi, & pingui solo, vt a pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex vtroquè amne manat, toto ferè solo per venas aquarum resudante. Ipsi amnes ex Armeniæ montibus profluunt, & magno inde aquarum diuortio iter, quod cæpere, percurrunt. Duo millia, & quingenta stadia emensi sunt, qui amplissimum interuallum circa Armeniæ montes notauerunt.*

Lib. de an. ind. temp.

In c. 2. Gen. tit nomen fluuio secundo Gehon.

Item

Item cum Mediæ, & Gordianorum terras secare cæperunt, paulatim in arctius coëunt, & quo longius manant, hoc angustius inter se spatium terræ relinquit. Vicina maximè sunt in campis, quos Incolæ Mesopotamiam vocant. Mediam namquè ab vtroq; latere concludunt. Eadem per Babyloniorum fines in rubrum mare prorumpunt. hæc ille. *Quibus & descriptionem, & ortum, & naturam, distantiam quoquè inter se duorum paradisiacæ regionis fluuiorum cognoscimus. Fertilitatem item, & fertilitatis causam. Deinde Arabiam inter hæc duo flumina odoribus nobilem, solo pinguissimo, & vberrimo, loca amæna, & terrestri Paradiso vndequaq; congruentia. Audimus Arabiam, & Mesopotamiam inclusas inter hæc duo flumina. Tum hæc ipsa inter se maximè propinqua in Mesopotamia, ex quo non solum qua ratione demonstrauimus, regio Paradisi ab his duobus irrigabatur, sed etiam separatim ab vtroquè intra, & extra flumina iacens. Strabo quoquè felicem Arabiam testatur lib. 3. esse intra Euphraten, partem videlicet eius extremam, non eam, quæ vergit in mare rubrum. Idem refert terram Nabathæorum, Arabum omnium rerum esse feracem. Postremo hoc argumento ait Arabiæ felicitatem comprobari, quod Alexander, qui totum Orientem subegisset, Arabiam præ cunctis regionibus elegerit, in qua regni sedem constitueret. Quanta sit item Mesopotamiæ & Arabiæ, & Syriæ, id est regionum, quas peragrant flumina paradisi, affinitas sic demonstrat. Armeniorum,* inquit, *Syrorum Arabum natio, magnam præ se fert generis coniunctionem, seu linguam, seu viuendi ritus siue corporis lineamenta consideres, cum maximè finitimi sint. Indicio est Mesopotamia ex his tribus constituta gentibus. Et quos Græci syros, ipsi Armenios, & Aramæos vocant. Hæc dicente Strabone profectò videmus omnia rationi consentire, vt his in locis sint flumina, locis, & nationibus inter se propinquis. Idem Mesopotamia, inquit, regio a multis fluminibus irrigatur, quorum maximi sunt Tygris, & Euphrates. Idem quoquè Euphrates* ait *effusiones, quæ Arabiam versus & lacus, & paludes efficiunt mari Persico proximæ. Ecce eruptiones Euphratis versus Arabiam, videlicet Chalantæos, & Cusæos, quæ quidem in sinum persicum deferuntur. Sic & flumina multa in Mesopotamia perhibet esse, quam regionem dicebat è tribus gentibus constitutam. Plinius autem ait scindi Euphratem in duos alueos, læuo Mesopotamiam, dexteriore Babyloniam petere vsquè Vran, quæ Vr in scripturis. Hi aluei possunt esse flumina paradisi. Has etiam profero coniecturas Paradisum in his esse locis. Siquidem Prophæta Amos intentans minam Syriæ numerat loca, & reges. Primum Damascum, tum campum Idoli, quem Hæbraicè campum Auen. Deinde Beth Heden, quod Hieronymus transtulit domum voluptatis. Verum Hebræi dicunt esse nomen loci. Postea addit Propheta. Et transferetur*

retur populus Aram. Ergo cum prius,& posterius minetur Aramæis, & in his includat Beth Heden,certè in his locis erat illa Heden Mosis, vbi erat paradisus. Et flumina consentiunt,& regiones Mesopotamia, Arabia. Præterea Ptolomæus,& Strabo,& Stephanus Vrbem in Syria censent eam appellantes Paradisum. Aut igitur ibi est Paradisus Mosis, vnde apud Hebræos, & Græcos nomen traxerit, aut certè non procul. Deinde constans quædam fama est in agro Damasceno hominem fuisse formatum. Crede mihi non abs re vulgata est hæc fama. Et ager Damascenus laudatissimus ab historijs, & Geographis perhibetur plenus odoratarum arborum Citrorum, Citriorum, quæ fortè fuerunt arbores Paradisi aspectu decoræ, dulces in locis illis calentibus allatæ e Media in Italiam, antipharmaca. Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ. Mala aurea hortorum hesperidum forte paradisi, vbi & serpens custos. Hactenus Eugubinus. Qui hac de re plura hunc consulat. Et ex his illa consequutio manifestè deducitur quam appositè ab auctoribus, historicisquè Panormum ea nomenclatura gloriæ illustrari. SICILIAE PARADISVS. hic .n. triplices illæ conditiones neutiquam desiderantur. Prima quod fertilis sit ager ex creberrimis fluuiorum vbiquè erumpentium vorticibus demonstratur. fusissimè cap. VIII. Altera quod Magnus ille Macedonum Rex Alexander subactis in suam ditionem populis, ac pænè terrarum orbe deuicto in Arabiæ plaga feliciore, vberioreque ceteris decreuerit collocare domicilium. Et plane quisnam est, qui dubitet, quin non vnus, aut alter Christianus Imperator, ac Rex, sed innumerabiles, vt suo loco, sed vel ipsi etiam Sarracenorum Principes Vrbem panormitanam incolere & propter genuinam ipsius amænitatem, & propter fæcundam ipsius etiam vbertatem iure optimo sanxerunt, vt Regia Vrbs Panormitana totius Regni caput, Siciliæ Metropolis, & Prima etiam Regum sedes haberetur. Quam veritatem ita quidem luculenter in facienda deditione Sarracenorum Principes, Ducesquè declararunt, vt nemini planè hac de re dubitandi reliquerint locum. Sarraceni .n. cum Normandorum impetus nec retardare, nec eorum virtuti diutius obsistere iam possent, communicato consilio, confectisquè pactionibus Panormum Vrbem Regiam totius Regni Dominam, & Metropolim, Duci, atquè Comiti viris inuictissimis fratribus regendam, & tenendam tradiderunt. Quid multis? *Ita*, ait Grassus, *& alij Principes illam in sedem eorum, & regni caput elegerunt, quam multimodis amænitatibus non solum rerum natura conspicuam reddidit, verum etiam & beatitudo regnantium Dominorum præclaram satis efficiens innumeris eam ditauit felicitatibus, & priuilegiorum largitionibus in multarum*

Iacobus Grass. in Collect.

Ex priuil. seruato apud Secr. opid. Traianæ.

Grassus vbi sup.

rum nationum inuidiam sublimauit. Concurrentibus igitur ad eiusdem vrbis delitias vndiquè populis, & sub quiete temporum de ipsius gaudentibus incolatu ijdem Imperatores, Reges, & Principes largitiones, & beneficia prædecessorum Dominorum augentes adeò successiuè compensauere cum meritis, vt ex continua Dominorum suorum conuersatione cum populis cuiusdam affectionis innatæ Zelum Ciuitatis eiusdem quasi filij contraxisse cum ipsis regnantibus dicantur ad inuicem, prout emissa fama per orbem enituit, & transmissi mores ad posteros docuerunt. Vnde sedem primam eorum Sacram Regni Siciliæ, & Speciale domicilium, ac sublime habuerunt in Vrbe. Huc spectat vt omittam cetera & Petri secundi Siciliæ Regis singulare testimonium, quo quid vel dignius, quo vel præclarius, quo vel ad rem nostram luculentius? Ecce tibi. *Petrus secundus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Si* PANORMITANAM VRBEM *felicitatis titulo suæ fidelitatis meritis insignitam, in qua prædecessorum nostrorum sedes & gloriosa cunabula claruerunt, & ipsi prædecessores nostri Reges, & Principes priuilegijs, immunitatibus, & gratijs plurimis decorarunt. Nos etiam &c.* Hactenus Rex. Non hic plebæus quispiam, nec homo nullius auctoritatis eloquitur, sed Rex. Cuius testimonium eò dignius, quò grauius, cuiusquè verba quotquot ea sunt, sunt quidem tot mysteria nec obiter prætereunda, sed suo pondere perpendenda. IN QVA PRAEDECESSORVM NOSTRORVM SEDES: ac si dicat Rex. In Vrbe regia, & in totius Siciliæ Metropoli domicilium & ob peculiarem camporum vbertatem, & ob præcipuam cæli clementiam, & ob singularem Panormitanorum Ciuium fidem vel in adeundis periculis, vel in bellis conficiendis, vel in regibus seruandis perspectam, satis omnes maiores nostri summa cum animi alacritate fixerunt, vt ea Vrbs, quę multiplici rerum omnium varietate decoratur, perenni Regum præsentia, ac Imperatorum maiestate collustretur.

Ex priuil. Regi. Petri 55. apud Branc.

Tertia demum superest, vt breuiter de ea differamus, cum ad maiora festinet oratio, quæ cum ad Citrorum, Citriorumquè pertineat genus, haud erit difficilis probatio, cum nullus planè in tota Sicilia sit ager, qui, si Panormum dempseris, hoc fructuum genere possit præcipua quadam ratione gloriari. *Agros planè,* inquit Georgius Graun, *diffusosq; complectitur, qui formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam repræsentant. Eâ varietate, vt quocumquè inciderint oculi, reficiantur, adeo læti, amæni, aprici, atquè vberes sunt. Enim verò mali medici, Citrij, punici, ac ceterorum omnium cuiusuis generis fructuum ferracissimi. Quos pluribus, ijsquè placidissimis fontibus ibi natis splendidissimæ, ac salubèrrimæ aquæ omnibus locis interfluunt, irriguàquè.*

In Ciuitat. orbis terræ tom. 1. f. 1.

Hinc Callias lib. hist.8.(referente Athenæo lib. 12. *Panormum non absurdè totum Hortum interpretatur, quod domesticis arboribus speciosissimis vndequaquè consitus sit, & vnicum totius Siciliæ delitium.* Hæc Georgius. Quid hoc teste vel illustrius, quid hoc vel diuinius? Exterarum gentium, ac nationum testimonia pluris æstimanda, quam genuina, quam patria. Et testimonium quidem eo validius, eo & fortius, quò ab omni est animi affectione remotius, cum ea quidem ita mentis oculos afficiat, vt nihil quod rectum, quod rationi consonum ab ijs videri quoquomodo patiatur. Audi amabo te, Chrysostomum. *Sicut*, ait, *oculorum acies pura, & lucida acutè omnia intuetur; neque etiam in tenuissimis deprehendendis corporibus laborat: verum si quis malus à capite humor, vel caligo aliqua ad oculum ascendit, densa quidem ante pupillam nebula obijcitur, quæ ne crassiora quidem corpora videre sinit: Ita animæ vsu venit, cum omnis perturbatio, quę eam offenderat, purgata est, intentè opportuna omnia prospicit; verum cum plurimis turbatur affectibus, vim omnem illam amittit, vt nihil altum valeat intueri.* Hæc Chrys. Verum enim verò longè me digredientem reuocat Hugo Falcandus, qui cum Normannus sit haud minori etiã attentione vel audiendus, vel legendus, deque vrbe panormitana sic habet. *Illic hortos aspicias mirabili fructuum varietate laudandos, turresquè ad hortorum custodiam, & voluptatis opera præparatas: vbi & rotæ volubilis obsequio descendentibus, itemquè ascendentibus vrceolis puteos videas exhauriri, cisternasquè adiacentes impleri, & inde aquam per riuulos ad loca singula deriuari. Hinc si conuertas oculos ad diuersas arborum species videbis mala punica, vel acetosa, vel dulcia granis interius occultatis, exterius contra intemperiem aëris duro cortice præmuniri. Citros quoquè triplici substantiæ diuersitate distingui, cum cortex exterior colore simul, & odore caliditatis præferat argumentum: quod autem circa centrum est acetoso liquore frigiditatis præstet inditium, medium verò inter vtrumquè temperatius comprobetur. Videris ibi & lumias acetositate sua condiendis cibis idoneas, & arengias acetoso nihilominus humore plenas interius, quæ magis pulchritudine sua visum oblectant, quam ad illud vtiles videantur. Hæ quidem ab arbore sua etiam cum maturuerint, difficilè cadunt, & nouis superuenientibus veteres cedere dedignantur. Nam & tertij anni poma iam rubea, & secundi adhuc virentia, & præsentis anni flores in eadem possunt arbore pariter inueniri. Hæc autem arbor continuæ iuuentutis pollens insignibus, nec fit hyemis sterili senectute deformis, nec ingruente frigoris asperitate frondibus spoliatur, sed virentibus semper folijs veris temperiem repræsentat.* Hæc ille. Iure paradisum dixeris, & iure Panormus Siciliæ paradisus appellatur. Neque

Homil. pri ma in Ioan.

In hist. Sicil.

verò

vero hic desiderantur flumina, quibus hic noster paradisus irrigetur. Sunt & perennes fluminum erumpentes venæ, sunt & aquarum vortices, *omnibusque locis*, vt loquar cum Graun, *interfluunt, irrigantquè*; de quibus, vt suo quidem loco cap. VIII. Sic egregiè cecinit ANTONIVS VINITIANVS superioris sæculi Vatum Vates, Siciliæ verum decus, ac Montis regalis singulare ornamentum. *Graun loco cit.*

Quattuor hic vitreo fluuij decurrimus alueo,
Vidit Adam similem fertilitate locum.

Atquè hæc de Panormo siuè ea totus portus, siuè totus hortus dicatur, sufficiant innuisse, non dixisse.

Nequè verò minorem sibi gloriam, laudemquè Panormus ex altero sibi nomine adscripto, inditoquè consequitur. VRBS FELIX. hoc .n. ita multiplici eruditione refertum, ac fætum est, vt vel ex hoc etiam capite Panormitanæ gloriæ maiestas & agnoscatur, & amplificetur. Non .n. abs re Vrbs felix dicitur; Vrbs quidem Antonomasticè, *sicut Apostolum antonomasticè*, inquit Augustinus, *Paulũ intelligimus, & Vrbem* ait *Alexander III. Romã*(ceteræ .n. Ciuitates appellandæ) vt inter hasce Vrbes germana cognoscatur affinitas, nec dispar gloria. *Vrbs Ciuitas nostra est* scripsit Ioannes Paternio Catanensis, *quæ ad Vrbis Romæ instar Prætorem habet, cujus profectò quanta sit auctoritas, quantaue potestas & ciuiles leges, & insignia, quæ Prætor antesepræfert, satis apertè declarant*. De qua nos suo loco. *Vrbs nostra ijs quidem vtitur priuilegijs, vt Caput regni, quibus & Vrbs Roma Caput orbis*. hæc ille. *In suis allc.*

Iure autem VRBS FELIX appellatur; hæc .n. optimo Ciuium ingenio sustollitur, hæc Equitum nobilitate ditatur, hæc Principum multitudine insignitur. Hæc Regum cuna, cum tot hic Reges, ac Imperatores vsuram lucis acceperint, lac suxerint, sedem collocarint. Hæc Hæroum domus, cum semper ex editis facinoribus mascula Panormitanorum Hæroum virtus eluxerit. Hæc sanctorum mater, cum tot fæminas, tot viros vel fama sanctitatis illustres, vel eximia sanctitate præstantes, vel gloriosa martyrij corona donatos procrearit. Quod si non paruam felicitatis partem in optima prole, optimisquè liberis locandam arbitratur Aristoteles, quid, amabo vos, de Vrbe sentiendum, quæ sicut ceteris rebus omnibus ad felicitatem spectãtibus, ita & hac auspicata, feliciquè prole optimo quidem iure gloriatur, vt non immeritò Vrbs felix, sed felix vndiquè nuncupãnda videatur. Hinc illud ex Græcis Comicis,

Felix, boni cui contigerunt liberi.

Hinc etiam illud.

Moratus est cui filius, felix Pater.

Loco laud. Felix vrbs nostra dicitur, *ait Ioannes Paternio*, vt primaria Regni Caput,& sedes, non ab euentu, sed a proprietate sua dicta tamquam nomen consequens rem, qua designamus vrbis nostræ dignitatem, & auctoritatem. Isidorus Ethymologiarum ad literam, inquit, Felix dicitur, qui felicitatem dat, Felix, qui accipit, Felix per quem datur felicitas, vt felix tempus, locus &c. Quis .n. felicitatem vrbis nostræ negare potest, quam suo quodam iure, nulloquè priuilegio, aut gratia, sed solum de naturæ beneficio, ac munere sortita est, cuius gratia, benignitate Principum in suo iure confirmata, auctaquè est, ac prima sedes statuta Regni. Vrbis nostræ felicitas (hoc .n. absq; Ceterarum Ciuitatum iniuria dictum velim) in hoc maximè cernitur, quod citra contentionem Grata, Vtilis, Morigera vt seruus fidelis Cæsari nostro fuit. Nostræ Vrbis amænitatem ex situ, loci felicitate,& cæli clementia silemus, quæ tanta quidem est, vt multa in hac vrbe reperiantur, quæ in ceteris ciuitatibus desiderentur. Hoc potissimè ad vrbis nostræ felicitatem reputamus, vt etiam Tygres ipsa Vrbs nutriat, vt sua designant arma. In hoc regno Ciuitatem ita frequentem constitutam vides, sicut hanc Vrbem cernis esse? Hæc Vrbs conuicinos non habet, de cunctis tamen nationibus huc confluunt, vt ipsi quoquè felicitentur. *Et paulo post*. Fridericus Rex Siciliæ confirmans gratias extrahendi,& intromittendi per portum vrbis hæc habet. Fridericus Dei gratia Rex Siciliæ,&c. Quod considerantes FELICEM PANORMITANAM VRBEM, quam Progenitores nostri diuæ memoriæ tamquam amęnitate naturali conspicuam,& deuota felicitate, ac fideli deuotione pollentem in regni caput & merito eligere decreuerunt. &c. Dat. in Vrbe felici Panormo anno Domini 1325. Mense Ianuarij 7. Eiusdem 9. Indict. Vides lector humanissimè, si vrbs nostra felix sit sua amænitate naturali, vt ipsi Principes nostri testantur. Hæc, aliaquè in hanc rem egregiè Ioannes Paternio.

Illud autem hoc loco prætereundum non est, quod maximè vel ad demonstrandum, vel ad probandum confert, quam verè hoc nomen, Vrbs felix, in Panormitanam dumtaxat Vrbem cadat. Si .n.

Prin-

Principum natalis dies nescio quid Vrbi felicitatis ingeneret, in qua primum exorti Vrbis cunabula primis vagitibus consecrarunt; nonne merito Vrbs Panormitana Felix appellanda, quæ & Reges sinu suscepit suo,& regali demum stemmate decorauit? vnum, aut alterum hic sui scribam. Quid? nonne Fridericus II. Imperator Panormi ortus? Nonne itidem Petrus Rex II. Panormi natus, altus, educatus? Quod si ex Regum cuna vagientium, ad eorumdem solium maiestatis gradum faciamus, quis profecto est, qui eat inficias, quin Rogerius I. Siciliæ Rex Panormi in Sacello Incoronatorum, vnde id nomen traxit, e Cathedralis regione sito regali stemmate sit insignitus? Hunc sequuti Guilelmus I. Guilelmus II. Rex Tancredi, Henricus Sextus Imperator, Fridericus II. Imp. Rex Manfredi, Rex Petrus Aragona, Rex Iacobus, Rex Fridericus II. Rex Petrus II. Rex Fridericus tertius, Rex Martinus Decimusnonus, Rex Ludouicus, omnesque hi regium diadema Panormi susceperunt, sanxeruntquè, vt in posterum Reges, ac Imperatores Senatus P.Q.P. iusta supplicatione permoti & ab eodem Archiepiscopo,& in eadem dumtaxat Vrbe, & non alibi annis consequentibus hisce Regum insignibus ornarentur. Vin' populi Panormitani supplicationem Martino Regi XIX. 1391. suo nomine decretam, vt supplicanti populo, qua Rex esset humanitate, condonaret, cum quæ ipse perpetrarat, non praua voluntate ductus, sed Claramontanorum arte circumuentus perpetrarat,& iniuriarum haud memor Panormum ceteros imitatus Reges ad regium diadema suscipiendum maturaret. Hic vel ipso Rege Martino vtar teste, quo certè nullus vel locupletior est, vel dignior, rem totam in pauca perstringente, dum rata se S.P.Q.P. priuilegia habuisse 1397. 20. Aprilis declararet. *Tandem vero*, inquit, *Vrbs Panormitana depulsa terroris Henrici de Claramonte caligine stimulo naturali compulsa iugum tyrannicum abiecisset, libertate adepta de nouo alios suos legitimos ambasciatores ad nostram Serenitatem transmisit, qui pro parte vniuersitatis prædictæ eidem serenitati capitula obtulerunt, super quibus nostras responsiones fecimus.* IN QVARTO CAP. *Inter alia priuilegia Vrbis Panormitanæ, & Cathedralis Ecclesiæ dictæ Ciuitatis sit confirmatum, approbatum,& si necesse est, denuò concessum, vt prædicti Serenissimi Rex, & Regina, & omnes alij eorum successores sequentes vestigia eorum Serenissimorum Prædecessorum debeant coronari, & recipere suum sacrum diadema in eadem Ciuitate Panormi in loco solito, & consueto; nihilominus dictam coronationem recipere per manum Reuerendi Archiepiscopi Panormitani, qui pro tempore erit, sicut mos semper fuit, ex vi priuilegiorū dictæ*

Ex priuil. dato Noreb. 1233.
Ex priuil. dato Pan. 1240.
Faz. l. 8. dec. 1.
Ex priuil. dat. Mess. 1155.
Ex priuil. dat. Mess. 1195.
Ex priuil dat. Pan. 1200.
Ex priuil. 55. apud Branc.
Ex priuil. 112. apud Branc.
Fazel. lellus hist. Mõser.
Ex lib. protonot. 1396 Branc. in lib. priuile.

Ciui-

Ciuitatis, & ad consolationem dictæ Vrbis, & Vniuersitatis dignentur dicti Domini regales exequi dictam coronationem. Placet Regijs maiestatibus, quod coronatio Regalium fiat in Vrbe Panormi, prout fieri debet, & hactenus fuit consuetum. quam coronationem dictæ Maiestates celebrabunt quam citius poterunt ad totius regni consolationem. Hæc Rex. Iudicent ergo lectores, quicumque ipsi sint an eo nomine iure Panormus exornetur; & an ea verè gloria Panormum consequatur. Quid .n. ea vrbe vel beatior, vel potest esse felicior, quæ & loci amænitate, & cæli clementia, & fructuum vbertate, & Ciuium indole, & Regum natali die, & Imperatorum coronis, & Archiepiscopi eo stemmate Reges, ac imperatores insignientis dignitate gloriatur? De Conchæ vero Aureæ nomine pauca superius, plura lib. 3. hic nonnulla, vt ex hac etiam parte Panormitanæ Vrbis gloria non mediocriter elucescat. Iure ergo CONCHA AVREA. Quicquid .n. auri, quicquid argenti sinu continet suo, totum id in omnes libenter effundit, vt qui ad Panormi fines appellunt, ad veras thesauri venas, hoc est ad Conchæ Aureæ sinum appulisse non ignorent. Experientia n. compertum est hactenus, qui ex patriæ ora soluit suæ, ac Panormum accessit, ex paupere locuples, ex locuplete ditior euasit. Atque hoc quid profecto est aliud, quam os ad conchæ aureæ fontes admouere, ex quibus aurum sitiendo aurum bibatur. Quare mirum videri non debet, si vbiquè terrarum Conchæ aureæ fama excitatæ gentes, atquè nationes huc confluant, hic sedem locent, cum ijs nullus hoc vel aptior, vel opportunior tum ad felicitatem comparandam, cum ad diuitias consequendas videatur locus, vbi auri, argentiquè vis, ac opum affluentia non desideratur, possintquè haud difficulter rerum omnium affluentibus copijs locupletari. Glorietur itaque Tago flumine aquas aureas euoluente Lusitania, glorietur etiam & rectius Cōcha aurea Oretho suo, cum ex auro Orethus nomen trahat, & in aureæ conchæ sinu placidissimè conquiescat. Neque id mirum plane EX AVRO AVRVM.

CA-

CAPVT IV.

De Stemmate Panormitano.

PAnormitanæ Vrbis laus non vnis dumtaxat contenta finibus, alios sibi fines vsquequaquè deposcit, vt per Vniuersum orbem terrarum summa cum admiratione mortalium longè, latequè diuagetur. Quæ igitur ex ipsius stemmatis fonte proficiscitur, prætereunda silentio non videtur, Panormi .n. gloriosum insigne cum sit vel Phænix, vt scriptitant plerique Vrbem Panormitanam Phænicis stemmate laudantes, sed fuco, fallacia, & dolo,

Quicquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

vt immortalem Aquilæ adimant gloriam, vel Aquilæ, vt multi veritatis sectatores asseuerant, mihi semper ingens ad scribendum campus aperitur, in quo liberius excurrere, cognoscique possit meæ laudationis oratio. Et quidem si Phænicem ab Aegyptijs tamquam simulacrum solis cultam imprudenter, ac perperam contemplemur, id quidem mysterio non vacare putandum est. Sicut enim vna, vt vnus sol in terrarum orbe florescit, ita & vnica Vrbs Panormitana inter ceteras omnes Siciliæ Ciuitates ab vnoquoque suspicitur, quæ nouis subinde inuentionibus, nouisq; formis antiquiorem formam, habitumquè deponit, vt omnino repubescere videatur. Illam vt solis figuram, cum sola inter aues sit, venerantur Aegyptij, hanc vt ceteris præstantiorem, fidelioremquè Reges, ac Imperatores suis diplomatibus honestarunt. Suo sibi sanguine vitam creat, sequè, vt ita dicam, immortalem reddit Phænix; suo etiam Panormus sanguine sic perennat, vt immortalitati consecrata immortalitate digna iudicetur. Vel tandem liceat mihi dicere cum oratore illo Romæ apud Purpuratos Patres de S. ROSALIA orationem habente: *licet vero*, inquit, *quam latè ferax Insula patet, tam longè suam propaget ditionem ver cum Autumno diuisum habens anni totius Imperium; vna tamen præ ceteris Vrbs ea pulchritudine situs, ea partium absolutione descripta est ab Architecta Natura, atquè ab arte operaria, vt non solum Siciliæ Reges, & Proreges eam sibi sedem elegerint Ma-*

Maurol. l. 2. sua hist. f. 40.
Ios. Bonfil. lib. 2. hist. f. 66.
Vir. Aen. 2.
Pier. Valer. l. 20.
Tertul. in illud reflor. caro mea.
Piet. loco sup. cit.
Ioan. Maria Rosciol. Can. Later.

iestatis capacem, sed eamdem statuerint Regiam frugiferæ amænitatis suæ & vernæ temperies, & Autumnalis Vbertas. Panormum, Vrbem cognomento felicem, aut verius Phænicem Vrbium Sicularum mea designauit oratio. Si igitur hoc illustrata stemmate Panormus est, cum hæc sit Vrbs vnica, solaquè delitijs, ita & in Insula tota singularis. Messanensis Maurolyci dictum. Lectores iudicent. Sed hæc obiter. Ad verum, regiumquè vrbis nostræ insigne conuertatur oratio. Non immeritò igitur Auream Aquilam Panormitanum stemma præfert, vt suæ felicitatis præferat argumentum. Quod olim Persæ, Auruspicibus annuentibus; hoc expressere hyeroglipĥico, quodquè etiam rectè eo tetrastichon Antonius Vinitianus nunquã satis pro dignitate laudatus haud obscurè declarauit.

Maurol. in sua hist. f. 40.

Pier. Val. l. 9.

extat in Curia Prætoris.

> *Aurea cur cælum spectas? color aureus Vrbe est:*
> *Aptior hoc dictum est aurea concha solum.*
> *Et modo ter felix Vrbs hæc erit aurea, quare*
> *Non mirum ex auro si mihi penna nitet.*

Et quidem si de Aquila ad omnia Aegyptiorum symbola aduertamus animum, ad panormitanæ Vrbis Aquilam Aquilæ hyeroglipĥico ij videntur allusisse, ni fallor, cum eo quidem tum Maiestas Imperij, tum fine Societate potestas, tum res secundæ adsignificentur. Et imperij sanè maiestas vel ea quidem ratione demonstrarunt, cum eam semper Aegyptij Sacerdotes imperij gloria honestarint, vt quantum hæc Aues omnes videatur excellere, tantum profectò Vrbs illa, quæ Aquilam præfert, cæteris Regni, vel prouinciæ Ciuitatibus antecellat. Quod vel eo consilio ab ijs Sacerdotibus factum; cum enim cæteris auibus non modo sit Aquila virtute præstantior, sed celerior etiam, pulchrior, ac modestior luculenter ostendit Vrbem illam, quæ tam præclaro stemmate insignitur, hisce donis omnibus exornari, ditariquè prorsus oportere. Satis autem, superquè ostenditur Panormitanam Vrbem cæteris omnibus celeritate præstare, cum nulla planè sit inter reliquas Regni Ciuitates, quæ Panormitanæ Vrbi sit aliquantò similior vel in auscultando facilior, vel in obtemperando promptior, vel in perficiendo id, quod est Regi inoptatis, celerior. Quæ sanè laus ita propria Vrbi est, vt ex ea nulla partem aliquam possit vel excerpere, vel vindicare. Haud hic subscribere grauabor ab Hispaniarum Rege ad Senatum Panormitanum epistolam anno superiore, prætermissis ceteris, quæ

Pier. Val. l. 19.

pas-

passim circumferuntur, exaratam, ex qua profectò luculenter id, quod contendimus, probatur.

Magnificos, fieles, y amados nuestros. las occasiones presentes son tan vrgentes por la defensa del estado de Milan, de que tanto deponde la quietud de Italia, que aunque quisiera excusar el poneros nueuas cargas, y me la stimo como es razon de las, que se os han augmentado con el mal contagioso del año passado, tanto mayor entendereys que es la necessitad, pues teniẽdose notiçia delas vuestras es fuerza audir aque como tan fieles vassallos mostreys, que lo soys en la occasion presente. Sobre esto os hablara de mi parte el Illustrissime D. V Q V E. D E ALBVRQVERQVE mi primo mi Virrey Lugartenïente, y Capitan General en esse Reyno, y del entendereys quan precissa es la neçessidad del dicho estado, y la obligaçion en que os pone la confianza conque espero que me seruireys de que tengo tanta experiençia, pues dela promptitud, y gran zelo, que haueis mostrado en occassiones aun de minor consideraçion, me asiguro, que será mayor el esfuerzo, en que me hareys tanto seruiçio, de que ninguno me pueda quedar mas memoria, y estimaçion. del Pardo a 15. de Enero 1628.

Yo Il Rey.

Legistin', attendito, ac suo nominis pondere perpendito.

De pulchritudine verò nihil, cum ea præ omnibus nomenclatura sit satis, CONCHA AVREA. vel id Friderici secundi præconium, *Clarissima prædecessorum nostrorum hæreditas, successorum indubitata Patria, Aula Regum*. vel id denique singulare viri Patritij Romani elogium *Pauormus naturæ miraculum*. quod quam maximè ad huiusce vrbis pulchritudinem conferat vel ea ratione liquet satis, cum non a Prophanis solum auctoribus, sed a Sanctis etiam Patribus hoc nomine, quod pulchrum, quod formosum est, eleganter appelletur. Sic Virginem Deiparam dixit Epiphanius Cæli, terræquè miraculum, cum ad augendam Virginis formam humana augustiorem prose quisque viritim ad Virginem detulisse nõnihil videatur. Quod vel ipsum miraculi nomen non obscurè testatur, cum id ex admiratione sit ortum. Suspicimus autem vel quod nouum omnino est, vel quod pulchrum cum oblectatione miramur. Hinc Mantuanum illud.

In li. annal. 1339. regij tabul. Neapolit. antiquæ Siclæ.

S. Epiphan.

Georg. l. 2.

Seu quis olympiacæ miratus præmia palmæ.

Quid modestia? Panormus .n. ita suarum laudum est contemptrix, vt de suis laudibus libenter & conticescat, & conticeri non ægrè ferat, ac velit. *Modestus* .n. ait Aristoteles *huiusmodi est*, *vt imminui sua non difficulter patiatur*. Atque hæc quidem virtus ita in vrbe panormitana floret, ac viget, vt ad eam semper vel augendam, vel seruandam contento studio rapiatur. Eius fortasse axiomatis haud immemor *Modestiæ fama neque summis mortaliũ spernenda est*, *& a Dijs æstimatur*, cum Rerump. vt aiebat ille, Principes, qui moderatè se gesserunt, patrias seruarint suas. Quod si iure felix vndiquè Panormus appellatur, appelletur quidem, cum ex hac sibi virtute alteram felicitatis partem vendicet. *felicitati enim ac moderationi diuiduum contubernium est*. Et ex his illud inde conficitur, quod supra innuimus, sine societate potestas, quod non Aquilæ minus, quam Panormitanæ Vrbi Aquilam explicanti videtur omnino conuenire. Et certè sicut regni cupido auitum est malum, ita & regnandi libido socium non admittit. *Regnum non duos capit*, ait Seneca, neque mundus duos soles, quasi ad id Macedonum Ducis argutum axioma luserit. Et Ennius.

Eth. l. 8.
Tac. an. 15
Dionys. Alicar. lib. 6.
Val. Max. lib. 9. c. 15.
Pier. Valer. lib. 19.
Liu. dec. p. lib. 6.
Senec. in Thiest.
Strob. Ser. 45.
Q. Curtius de rebus gestis Alex. Mag.
Cælius l. 24 cap. xi.
Matt. 12. V. 25.

Nulla sancta societas, nec fides regni est,
Omnisquè potestas impatiens consortis erit.

Hinc illud.

Omne regum contra se diuisum desolabitur, & omnis Ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Experientia .n. vt plerique primæ notæ scriptores scriptum reliquere, compertum est, quod regia potestas in plures seiuncta Principes regni totius dignam lacrimis Simonideis est passa iacturam. Quod si quis aliquando Imperator bicipitem Aquilã in suis insignibus explicauit, data quidem opera id factum, non vt diuisum ab sese imperium, sed vt summum in sua ditione consisteret imperium declararet. Plenæ sunt hac de re sapientum voces, ac plena exemplorum vetustas; & nemo vel sanæ mentis est, vel historiarum aliquanto peritus, ac nauus, qui hanc veritatem non fateatur, non amplexetur, non sanguinis effusione tueatur. Iure ergo Panormitanæ dumtaxat Vrbi totius Regni Siciliæ primatum contulerunt & Reges, & Imperatores, & Pontifices, vt Siciliam vniuersam ab omni exitiali exitu saluam, incolumemquè seruarent, & vt totius regni potestas in summa vnius regiæ vrbis potestate consisteret. Id quidem suo satis loco, nunc pauca quædam ex aliquot diplomatibus decerpam, vt leonem ex vngue noscamus.

Cum

Cum felix, ait Fridericus Rex, *Ciuitas nostra Panormi prima regni nostri sedes existat, & à progenitoribus nostris priscis Regibus multis approbatis consuetudinibus fuerit honorata, quæ tam vtilitati regnantium, Dominorum, quam opportunitati Ciuium dignoscuntur &c.* Et Alphonsus sic habet. *Nos Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ &c. Cogitantibus itaquè diu nobis in nostra felici vrbe Panormi, quam vnam in dicto regno Siciliæ vltra Farum habemus* PRIMARIAM, *quæue apud totum ferè orbem vulgatum, & singulare cognomentum recipit &c.* Et demum vt prætermittam cetera suo loco laudanda Caroli V. Imper. auspicatiss. testimonium nullo modo prætereundum. Sic igitur. *Carolus diuina fauente clementia Romanorum Rex &c. Cum autem dicta Ecclesia Panormitana sit regalis* PRIMA SEDES, ET CORONA REGIS, *in qua sunt multi Reges sepulti, & Imperatores cum vxoribus eorum &c.*

Priuil. 4.

Ex priuil. dato in Castello nouo Neap. die 15. Iulij 1445.

ex priuil. dat. in Ciu. Granat. die 9. mens. Dec. 15. Ind. 1526.

Videant igitur omnes velim vnam Panormitanam Vrbem Regni Siciliæ caput, Siciliæ primariam, Siciliæ primam Sedem, ab hisce Imperatoribus, ac Regibus aut appellari, aut constitui, vt ea dignitate in hac vna dumtaxat vrbe posita, seruataquè nihil tandem aliquando detrimenti Sicilia vniuersa patiatur. Ea .n. virtute, ac sapientia Reges illos, ac Imperatores fuisse existimandum est, vt in concedendis priuilegijs nihil aliud sibi, quam vrbis panormitanæ dignitatem, & gloriam, quam incolarum emolumentum, quam deniquè totius Siciliæ vtilitatem proposuerint. Sic rationem semper in dandis diplomatibus consideratam credimus.

Verum quæ sunt hactenus dicta, indicta velim, ad id, quod subscripsero, animum diligenter aduertant, qui legunt, cum ex hoc non vulgaris Panormitanæ Reip. gloria oriatur.

Res itaquè secundæ ab auspicato Aquilæ felicioris signo non abs re, nec immerito denotantur, cum ad id suapte natura significandum Aquilæ prodigium sit a primis illis Hæroibus vel agnitum, vel institutum. De Ioue contra Titanos decertaturo vulgatum satis figmentum, qui cum cælo sacrificium incredibili cærimonia factitaret, ex Aquilæ volatu victoriam auspicatus. nec eum ea fefellit opinio. Quare tanti beneficij haud immemor in posterum vel pro bello comparando, vel pro belli alea suscipienda Aquilam auream felicitatis publicæ procreatricem in signis explicauit. Porrò non est, cur de victorijs a Panormitana Vrbe comparatis, de fugatis hostibus, de direptis castris quispiam dubitet, vel inficietur? loquuntur historiæ. Regum priuilegia confitentur. Ad id autem apertè comprobandum mihi munit viam Fridericus Imperator. *Regiæ*, sic

Pier. Val. l. 9.

Ex Anacr. a Pier. ibid. relato.

Ex priu. primo Frid. Imp.

præfatur, *Serenitatis respicit gloriam, ampliat laudem, sustollit altius dignitatem, cum fidelium suorum fidem considerat, deuotionem accendit, & digna seruitia æqua retributionis lance compensat. Considerantes igitur expertam fidem, & grata seruitia, quæ vos Ciues Panormi* FIDELES NOSTRI *prædecessoribus nostris felicis memoriæ, & nostræ celsitudini deuotè satis, & fideliter semper exhibere curastis, & quæ in antea poteritis exhibere: attendentes etiam qualiter pro fidelitate nostra seruanda eo videlicet necessitatis articulo quando præ turbatione Siciliæ* RARA FIDES ERAT IN ALIIS, *& ferè singuli titubabant non solum rerum vestrarum dispendium, verum etiam personarum pericula fideliter pertulistis, &c.* Ex quo profectò ad ostentandam Vrbis Panormitanę gloriam duplex laudationis innascitur argumentum. Alterum, quod Imperator Vrbem exornat encomijs, eo quod vel pro regia primorum regum dignitate seruanda, vel pro hostium manu fortiter, animosequè repellenda sese Ciues & periculis obiecerint, & fortunas omnes summa cum animorum alacritate profuderit. Alterum, quod cum Sicilia varijs aggressa periculis, varijsquè agitata calamitatibus sola Panormus Regi suo obsequiosam, fidelem, ac mascula virtute præstantem se præbuit, vt vbi rara fides esset in ceteris, in hac dumtaxat Vrbe & fides ad defendendum, & virtus ad pugnandum, & animus ad vincendum eluceret.

Huc accedit & Rex Fridericus III. qui de Panormitanorum omnium virtute, ac fortitudine non minus egregiè, quam præclarè sic exorditur. *Fridericus III. Dei gratia Rex, &c. Solida laus est regiæ dignitatis, & constans præeminentia sedis eius, dum suis fidelibus, & subiectis præcipuè benemeritis, & condignis ea liberalitate, & benignè concedit, per quæ status, & conditiones eorum de bono in melius augeantur. Attendentes itaquè fidem puram, & deuotionem sinceram, quam omnes, & singuli homines Ciuitatis Panormi* EXPERTI FIDELES NOSTRI *erga Serenissimos Dominos felices Reges Siciliæ progenitores nostros Diuæ memoriæ Dominum Iacobum Aragonum, & olim Siciliæ Regem Illustrem Reuerendum, & carissimum fratrem nostrum, dum regno Siciliæ præfuit, atquè nos deniquè prompto zelo, totaquè animorum constantia semper gesserunt, & erga celsitudinem nostram gerere dignoscuntur; nec minus grata satis, & accepta seruitia per eos ipsis Dominis, atque nobis deuotè, fideliter, ac indefessè collata nullis parcendo laboribus, nulla vitando dispendia, personas, & bona eorum liberaliter, & intrepidè exponendo pro nostri exaltatione dominij, nominis, & honoris, &c.*

Haud quidem obiter prætereundum hoc diploma, suis est perpendendum, librandumquè momentis. cum hic aduertendum primo

mo loco sit quid nam verbum illud sibi velit *Omnes, & singuli homines Ciuitatis Panormi experti fideles nostri*. Panormitani .n. ita Regem venerabantur, ita colebant suum, vt omnes, & singuli summa cum animorum consensione, pariquе cum eorumdem voluptate Reges suos laterum opposìtu, ac sanguinis effusione tuerentur; itaque planè tuerentur, vt vel Reges ipsi fecerint de tanta animorum magnanimitate periculum, vt iure hoc insigni nomine Panormitanos insigniuerint. *Experti fideles nostri*.

Illud etiam aduertendum secundo est, *Bona liberaliter, & intrepidè exponendo pro nostri exaltatione dominij, nominis, & honoris*. ita .n. Vrbs panormitana regiæ semper fuit gloriæ sectatrix, vt pro gloria regum vel amplificanda, vel pro eorumdem nomine honestando bona contempserit, sanguinem fuderit, mortem despexerit, vitam repudiarit, ac regiam dignitatem liberorum vtilitati, ac saluti præposuerit. Nequè id planè Fridericum Regem huiusce appellationis II. latuit, qui cum ad panormitanam Remp. de suscepto sibi filio perscriberet, inter cetera, præclaraq; laudationis argumenta illud adijciendum putauit, quod ea in periculis adeundis sese libenter obiecisse non dubitarit. Friderici literas volens, lubensq; subscribam, cum non minus ea pars epistolæ, quam vel ipsa integra Panormo laudem creet. *Deprompta ex regio tabulario Neap. vbi supra.*

Fredericus II. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem, & Siciliæ Rex Panormitanis fidelibus suis, &c. Expectationum vestrarum votis libenter, & sæpe successiua nostrorum successuum insinuatione concurrimus, crudele non minus, quam inelegans æstimantes, si nos prosperitatis gustu reficimur, vos odore lætitiæ fraudaremus. In participium igitur gaudiorum nostrorum vos gratantes assumimus, & ex charissima consorte nostra natum nobis nuperrimè filium, XIIX. scilicet præsentis mensis Februarij sub felicis auspicij sidere vestris desiderijs nunciamus. Quod quamquam vobis solummodo nunciare videamur ad gaudium, rectius tamen, & dignius refertur ad commodum communiter omnium, per quod vobis salus promittitur, & posteris; dum fæcunditate propaginis nostri regiminis solium roboratur. Etenim si regnorum omnium status, & demolitiones attendimus, profecto videbimus, quod statum cuiuslibet seruat, & roborat Regiæ sobolis continuata successio, per quam prouenit populis perpetua tranquillitas, ac successorum defectus regna comminuit, & imperium demolitur. LAETARE IGITVR REGVM PATRIA, TERRA DVLCEDINIS, *experti dispendij vitæ peri-*

ri-

riculum. spes vos pulcherrimma foueat, quod dum serenitatis nostræ gremium numerosæ prolis fæcundat editio, dispendiosam pati penuriam de Regibus non possitis. Ad vos denique gratissima veniat præsentis insinuationis epistola, quæ vos in gaudiorum nostrorum consortium euocat, & vestrum vobis in solidum commodum repræsentat; imò si verum inspicimus, & subtiliter intuemur ex nostri natiuitate filij, vos à nobis vberius commodum, & fructum percipitis ampliorem. Nobis enim & ceteris orbis terræ Principibus filij nascuntur ad gaudium, sed subditis ad salutem. Subest tamen adhuc communis, & vltima causa lætitiæ, quod dum sub victoriæ nostræ tempore, quam de publicis hostibus, & aucta discordia gladius Imperialis obtinuit, de naturæ gremio summa prouisio prodijt, hominem victoriosum nobis filium, & vobis Regem, & Dominum repromisit. Votis igitur omnium exorabitur diuina clementia, vt quem nasci præstiut, diù viuere præbeat, & cui viuere contulit, conferat & virtutes. Datum Taurini die 3. Martij 11. Indictionis.

Hinc, lector, animaduertas velim primo epistolæ inscriptionem, quæ cum sua laude non careat, nullo pacto videtur omittenda. *Fridericus &c. Siciliæ Rex Panormitanis fidelibus suis.* Quasi vero soli dumtaxat Panormitani sese regiæ dignitati amicos, fidosquè præbuerint, ceteri .n. vel titubarunt, vel a Regis fide defecerunt.

Hinc secundo conceptam animo a Rege lætitiam solis Panormitanis vtpotè dignioribus communicatam. *In participium igitur gaudiorum nostrorum vos gratanter assumimus.* & post. *Quod quamquam vobis solummodo nunciare videamur ad gaudium.* relinquimus cetera lectoris libranda iudicio.

Verum luculentius alibi Rex ille Fridericus III. vt certè nihil addi possit vlterius, cum vel id, quod proposuimus probet, vel certè demonstret; ex hoc constat apertè magnam erga Regem extitisse Panormitanorum Ciuium fidem, nec plane vulgarem eorumdem eluxisse virtutem. Sic igitur. *Fridericus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Regalis exposcit benignitas illos gratijs, & beneficijs ampliare, quos fidei decorat integritas, & seruitiorum experientiæ approbant, & commendant. Per præsens igitur priuilegium notum fieri volumus vniuersis tam præsentibus, quam futuris, quod cum vniuersi homines nostræ felicis Vrbis Panormi Fideles nostri, qui pridem infra proximè præteritum mensem Aprilis præsentis 14. Indictionis ad obsedionem nostram, nostrorumquè fidelium Castri ad mare de Gulfo, in quo tunc hostes nostri in offensionem nostram, nostrorumquè fidelium receptati manebant, communiter, & vnanimi-*

Priu. 35.

nimi-

nimiter accedentes in expugnando, debellando, & capiendo castrum ipsum &c. post paulo de panormitanis ipsis cum sermonem haberet, sic prosequitur. *Personas morti exponere non verendo; quin imò se necis periculis lætanter, & voluntariè submittendo promptè, ac prouidè laborarunt, & præ labore nimio insudarunt &c.*

Nequè profectò huiuscemodi literæ suo carent elogio; non .n. vulgare quid illud sonat, aut paruum. *In expugnando, debellando, & capiendo castrum ipsum*, cum Panormitanus miles non obsederit solum, sed castrum assiduus oppugnarit, victor expugnarit; vt iure quis dixerit.

Venit, Vidit, Vicit.

Singularis plane panormitani Ciuis virtus.

Atquè hanc ingenuam fidem, animiquè fortitudinem incredibilem, & in seruandis Regibus, & in victorijs comparandis maiores suos est imitatus miles Panormitanus.

Fortes creantur fortibus. *Horat. lib. 4. Od.*

Cum is profectò semper suæ virtutis specimen ita præbuerit, vt bellicosæ, martialique Romæ Duci Marco Marcello Syracusas obsidenti tulerit ea tempestate suppetias. ad rem certè filius.

Tergemino venit numero fæcunda Panormus.

hoc est tribus, Fazelo interprete, armatorum millibus tum fide, *lib.8. dec. primæ.* cum virtute præstantibus. De cuius quidem Panormitanæ Vrbis fide, ac virtute cum periculum fecisset, deuictoquè a Cæcilio Asdrubale Romana Resp. Panormitanæ Reip. & Prætoris decus, & Vrbis ornamentum, & Aquilæ insigne communicauit. Hinc vulgatum illud Ioannis Nasi Siculi vt supra secundi capitis initio.

Tacta fides, &c.

Quod sic hetrusco carmine expressum lego.

Roma si fe compagna di Palermo,
E conosciuta la sua fe, le diede
El' Aquila, e'l Pretore, e la bellezza.

Hoc

In lib. de annal. tip. Hoc tamen discrimine, ait Ranzanus, quod Romanæ Reip. Aquilam niger operiret color; Panormitanæ vero fulgor aureus illustraret. Ecce tibi Ranzani hac de re scribentis oratio. *Verum*, inquit, *vt inter matris, filiæquè insignia aliquid videretur esse discriminis, placuit, vt hæc Panormitanorum Aquila nequaquam vt Romanorum nigri esset coloris, qualis videlicet à natura Aquila producitur, sed vt nulla mutata nobilissimi alitis specie aureo colore fulgeret. Quæ omnia complexus ego sum epigrammate quodam, quod in patriæ laudem nuper heroico versu composui. Eius exemplar hoc loco subieci; Panormum quippe in hunc modum loquentem induco,*

Ex quo clara fui Romana colonia summo
Prætorum imperio sum semper recta Panormus.
Nomine me Genitrix donauit maxima Roma
Vrbis, & hoc titulo voluit clarere superbo.
Nominor Vrbs felix, quia libertate Quirites
Me voluere frui præ cunctis Vrbibus vnam,
Miror & vt populi Romani filia, Patres
Hoc Aquilæ insigni me donauere decoro.

lib. 8. dec. primæ. Hæc Ranzanus. Satis scio a rerum Sicularum scriptore Fazelo, hanc sententiam non approbari; cum hac de re scribenti Ranzano nihil prorsus habeat fidei. atquè hoc apud ipsum est Achillæum argumentum. Sed reuera vel in sententijs oppugnandis, vel in opinionibus refellendis haud satis est dicere, non credo, cum hoc puerile quid sonet, ac ridiculum, sed rationibus insurgendum, auctoritatibus firmandum, auctoribus insistendum, quod probatur; Ceterum quod Fazelus non credit, id ipsum alter mordicus tuetur, ac defendit, æqua mihi videtur esse vtrinquè conditio, nec vni plus, quam alteri ab arbitro concedendum. Quod si mihi cetera desiderarentur, quæ tamen non desiderantur argumenta, satis quidem esset Ranzani doctissimi ita scribentis auctoritas, cum tanti viri auctoritas non sit ita facile negligenda. Et certè vel eo comprobatur satis argumento. licet .n. vt dixi, inter primos Iouem Aquilæ imaginem, signumue excogitasse ferant, eoquè tamquam tessera contra Titanas in bello vsum fuisse, inde ad Cretenses delatum, *lib. 4. de milit. romana dial. 5.* a Cretensibus ad Troianos, a Troianis demum in latium ab Aenea deductum; sunt tamen qui ab Hetruscis ad Romanos conuolasse velint. Imo & Iustus lipsius ipsos met Romanos illius inuentores statuit, vel vicinarum gentium exemplo Aquila vsos fuisse. hæc ex

Vlysse Aldrouando. Sed quicquid de hac disceptatione sit Ranzani, ni fallor, romanæ inscriptionis in aula prætoria pro foribus thesauri existentis auctoritate comprobatur auctoritas, ex qua certe huiusce difficultatis veritas ex antiquitatis caligine in huiusce tempestatis lucem euocatur. *Ornithologiæ lib. primo.*

L. Cæcilio Metello Rom. in Sicilia Cos.
S. P. Q. R. considerans fidem, & deuotionem
Reip. Panormitanæ eam sibi Sociam
Statuit. Vnde Vrbis, Prætoris, & Aquilæ
decus cæpit.

Et vt clarius, ac apertius elucescat hoc Aquilæ insigne ab Romana Vrbe Vrbi Panormitanæ fuisse collatum non ob deuotionem modo, sed ob militarem Reip. Panormitanæ virtutem, inde liquet; Fides .n. de qua in inscriptione fit mentio, non fides intelligenda dumtaxat, sed fides virtuti magnanimitatis adiuncta, quæ sic Romanorum animos precipua quadam beneuolentia in Panormitanos affecit, vt in Sicilia Romam alteram in bellis conficiendis cum intuerentur, Romam itidem alteram idem signum præferentem, explicantemque intuerentur. Neque hæc profecto interpretatio admiratione vel excipienda, vel admiratione digna iudicanda. Qui .n. illud Friderici Imperatoris se habet? *Quando præ turbatione Siciliæ rara fides erat in alijs?* Nihil quidem aliud sibi vult, ni me mea fallat opinio, quam quod cum vniuersa Sicilia ingruentis belli impetus sustinere non posset, sola PANORMVS semper sibi similis paratiorem animum in subeunda belli alea præsetulit, vt quam primum fidem, ac virtutem in Vrbis obsidione mulieres ostentarant, eamdẽ, imò & maiorem summa cum animorum constantia Ciues in Regis obsidione declararent. Atquè id haud nouum quidem, imo & vsitatum. Sic Terentius. *In Adelph.*

Illa fidem, virtutem scilicet, *nunc vestram implorat Demea.*

Et Seneca. *Sen. oct.*

Teneris annis haud satis clara est fides.

Quod satis explicat Lucanus. *Luc. 8.*

Ardua quippe fides robustos exigit annos.


Quasi verò animi magnitudo ætatem consequatur, sicut & Regis consequitur imperium. *Fides*, ait Franciscus Patritius, *tanto splendore præfulget, vt sine ea omnes Regum, ac Principum virtutes obscuriores fiant*. necessaria quippe est Regi magnitudo animi, quam si forte semel ex Rege dempseris, quicquid boni in eo situm est, iam dempseris. Panormus itaquè tam præclaro, nobiliquè stemmate glorietur, cum hoc eius nominis famam ita disseminabit, ac sparget, vt orbis terrarum vniuersus Panormitanam maiestatem veneretur, & colat. Nec dubito, quin anni consequentes maiorum nostrorum plausibus excitati masculam Panormitanæ Reip. virtutem, quæ tantum sibi signum insigni cum honore comparauit, & suspiciant, & efferant, ac Ciues Panormitanos immortalitati commendent. Est quidem hoc Aquilæ signum commune cum multis. (lege Vlyssem Aldrouandum) non causa communis. Romanæ Reip. munus ex victoria gloriosa gloriosum.

Lib. 8. de regno.

Ornithol. l. primo.

CAPVT V.

De natura loci Vrbis Panormitanæ.



LOci natura Vrbes etiam sua laudatione non priuat, cum ea Vrbs non mediocrem certè gloriam, laudemquè comparet sibi, si optimo à natura situ muniatur. Et quidem bifariam de Panormitana Vrbe ratiocinari quis potest, vel vt ipsa florebat antiquitus, vel vt ea nos hac nostrâ tempestate perfruimur. Primum itaquè probatione non eget, cum qui antiquiorem Panormitanæ Vrbis contempletur aspectum, cum aquis totus vndique cingeretur, velit, nolit, eam optimo communiri situ suapte sponte fatebitur. Lege Polybium lib. primo. Huc accedunt & portæ eius septem, *quarum vnaquæquè*, vt ait Ranzanus, *singulis amplissimis turribus, quæ inexpugnabilium arcium speciem præbebant, muniebatur*. Imo vt loquar cum oratore illo hodierna luce Panormi summa cũ laude Rhetoricam profitente, ea vrbis pars, quæ vetus deinde Neapoli hoc est noua alia adstructa dicta est tam editis turrium molibus, ita murorum ingentibus, quadratisquè saxis circummunita est, vt non tam propugnacula haberet, quam ipsa tota turris esset, ac propugnaculum.

Pol. l. 6.

Pol. l. primo.

lum. vt multis post sæculis Robertus dux ille fortissimus ceteris secundo marte deuictis, non nisi maximo exantlato labore, ac diuturna plurium annorum obsidione ea potitus sit.

Alterum verò, quod cum vnicuiquè æquè non liquet, hoc loco meæ sunt partes luculenta oratione patefacere, vt omnes panormitanam felicitatem, maiestatemquè non minus certè pernoscant, quam vnanimi conspiratione venerentur.

Ea igitur vrbs optimo fundata situ mihi omnino videtur, Primo si turribus ambiatur, Secundo si fortissimis cincta mænibus propugnetur. *T*ertio demum si perennibus aquarum venis circumflui videatur. Sic .n. in hostium obsidione arces arcent hostem, murus seruat, aqua tutatur. Et quidem turres excubiæ sunt ad defendendum vigiles, itaquè se habent, ac in custodijs vigil miles. Eæ prospiciunt hostem, vt Ciues inuigilent, vt hostes eijciant, vt fines tueantur. Leonis præclara laus, qui etiamsi somnum capiat, ab vnoquoquè tamen vigil æstimatur, timetur. Vel Leonis sopor metum creat. Vigiles oculi Vrbium arces, quæ suis implicatæ rebus veluti quodam somno opprimuntur. at vigiles arcium oculi, vt terrorem ceteris incutiant. Oculi tamquam speculatores altissimum locum obtinent, ex quo plurima circumspicientes suo funguntur officio. Arces itidem in præcelsis, editisquè collibus sitæ ab omni hostium excursione ciuitates, vrbesquè defendunt; vt rectè dixerim cum Ambrosio oculi pedem monent, vt anguem fugitet; arces vrbem, vt hostes fuget. In summa si quod humanum corpus a natura formetur, quod oculis careat, nihil quidem videri potest vel turpius, vel horribilius, *cum*, vt ait Chrysost. *demptis oculis, pedes manusquè sint inutiles, inutilis animus*. Quod si etiam qua forte Vrbs, aut Ciuitas extruatur, quæ circumpositas arces non habeat, omnia in ea perturbentur, ac misceantur est necesse. Quo quid deformius? Rectè ergo & arcibus, & hisce proceris montibus Panormitanam Auream Concham Ars, & natura muniuit, vt Ars naturæ locupletantis beneficio, natura verò artis rerum pulcherrimarum inuentricis ingenio frueretur. Natura itaquè Panormitanam Vrbem firmissimis montium turribus circumsæpiendo propugnat. Ars arcibus hostium impetus, audaciamquè propulsat, & ijs tamquam oculis tantum naturæ miraculum, tam ingens Siciliæ ornamẽtum, tam magnum orbis terræ delitium, atquè vnicum, ac singularem Sicularum Vrbium *P*aradisum summa cum animi voluptate contemplatur. Ad amplitudinem .n. vrbis Panormitanæ amplificandam ars, & natura confluxit, vt natura suum primigenium fætum

Alc. in emb.

D. Amb. l. de Sacer.

hom. 57. in Io.

varijs rerum omnium ornamentis insigniret; Ars vero, quod à natura inchoatum est, diligenter, ingeniosequè perficeret, perfectumquè numeris omnibus absolueret.

Sed ne mea in tantæ Vrbis laudatione potius, quam in veritate sita videatur oratio, etiamsi ad probandam aliquam naturæ loci huiusce vrbis partem dicta sufficerent; tamen ad præcipua quædam omnino deueniendum, vt ex veritate potius, quã ex animi affectione laus omnis proficiscatur. Mænibus itaquè ita Vrbs cingitur, ita vallatur, ita circumsæpitur, vt nullibi opportunus detur hostibus eam inuadendi locus. Sic .n. mænibus mænia respondent, vt, si ad alteram forte partem hostis accedat, continuo ex altera fortiter animoseque repellatur. Nequè vero ea cuniculis ita facilè potest vel expugnari, vel dirui, vel euerti, cum Vrbs Panormitana sit in solidis à natura designata lapidibus, & in ijsdem summo cum ingenio ab arte constructa. Quod planè haud vulgare laudationis genus, cum ea Vrbs, vt Euangelica domus, quæ in saxo fundamenta collocauit, palmarem gloriam assequatur. Atquè hæc natura loci ita ab scriptoribus celebratur, ita sustollitur, vt & ab antiquioris ætatis hominibus, & a maioribus nostris primas Ciuitates vel in montium cacuminibus, vel in viuis lapidibus videamus excitatas. Porro hæc nostra Sicilia sic huiuscemodi scatet exemplis, vt, cum aperta sint omnibus, hoc loco referre operæ pretium non ducam. Nequè verò sibi quisquam persuadeat in extremis etiam regionibus hæc itidem exempla desiderari. Q. Curtium, ac Vitruuium consulat.

Matt. 7. 23.
Vitruuius l. primo de Architec. c.5.
Vitr. loc. cit.
Curt. de reb. gestis Ale. Mag.

De aquis verò nihil est, quod dicam, cum nullus certè sit in panormitanis finibus locus, ex quo passim vberrimi aquarum fontes non prosiliant, non erumpant, qui profectò si in vnum cõgregarentur locum inaudita eluuione terras abluerent, obruerent. Aptus vero hic quidem est ad eam recipiendam, ac retinendam sinus, cum Vrbs altissimis circumdata sit fossis, quæ aquis oppletæ possunt aditum hostibus intercludere. Atque id sibi vult fossa, scribit Vulpianus *receptaculum aquæ manufactum ad castra, seu vrbes, oppidaue munienda.* Et certe si ceteris ea etiam addatur opportunitas, ita munita Vrbs dicenda omnino est, vt nihil excogitari vel tutius, nihil extrui vel munitius possit. Et quamuis Vrbis fortitudo vel in turrium propugnatione, vel in murorum firmitate, vel in aquarum copia consistere videatur, ceterarum tamen rerum vis, ac abundantia non mediocrem sibi laudis partem vendicat. Quænam .n. Vrbs inter omnes ferè Siciliæ Vrbes reperitur, quæ se nunquam prope-

Vulp.

mo-

modum nec annonæ difficultate, nec fructuum inopia, nec agrorum sterilitate, nec rei frumentariæ charitate laborasse iure optimo possit gloriari? Quod si quandoquè ingrauescat annona, annonæ, vt ita dicam, charitas non timetur. Panormus itaquè & natura, & situ, & descriptione non modo Princeps omnium est habenda, sed inter ceteras etiam Vrbes firmior, ac fortior enumeranda. Huc accedit & illustre, siquid tamen scribere promiscuè velimus, Plinij secundi testimonium, qui cum Attilij Collatini ducis in Siciliam aduentum contra Carthaginenses literarum monimentis commendaret, affirmat omnia ab eo Pænorum præsidia a maximis, munitissimisquè Ciuitatibus Drepani, Lylibæi, & Panormi funditus fuisse deleta. *En habemus*, ait Ranzanus, *ex huius nobilissimi auctoris testimonio fuisse Panormum ab antiquissimis inter maximas, munitissimasquè Ciuitates Siciliæ enumeratam*. Quin imò, vt inquit Fazelus, *anno Salutis* 515. *Iustiniano Imperante à Gothis veluti & omnis Sicilia occupata, eorum facta est præsidium validissimum*. Hinc rectè Procopius, *Panormi*, inquit, *in mænium fiducia Gothi se tuebantur. erat .n. munitissimus locus*. Et in eo priuilegio pænes Trainæ secretum asseruato hæc de Panormo. *Tanta erat ciuibus audacia, quod plurimum de situ, multitudine, ac Ciuitatis fortitudine confidentes nostris licet acerrimè inuadentibus portas claudere dedignantur*. Et Leonardus Aretinus. *Panormus*, inquit, *sola, quoniam in ea Vrbe validum Gothorum erat præsidiũ, obsidionem expectauit, & pertulit*. Quid Belisarius? qui cum omnem Siciliam a Gothorum dominatione oppressam inuasisset, ac reliquæ iã deditionem fecissent, vidit Vrbẽ Panormi solum non solum obsidionem expectasse, sed missis etiam nuncijs per contemptum, ac ludibrium discessum hostibus indixisse. Nihil de Roberto Guiscardo fortissimo Normannorum Duce, quem, Sarracenis vbiquè secũdo marte debellatis Panormo non nisi maxima, ac longa plurium annorum obsidione potiri potuisse iam constat. Lege Hugonem Falcandum in Historia Siciliæ f.9.

In lib. de Viris Illust.

De annal. temporum l. 8. prior dec.

lib. 3. belli pun.

Lib. primo de bello Italico aduersus Gothos f. 518.

Faz. lib. 2. de. 2.

Faz. l. 8. d. prim.

Vrbs itaquè panormitana licet ex his hactenus recensitis non parum sibi comparet gloriæ, cum ea sint omnino & gloriosa, & laudabilia, haud tamen parum etiam dignitatis assequitur ita eam sitã esse, vt ad orientem vergat. Quasi vero primi illi conditores eo vergentem vel ea ratione struxerunt, vt tantæ vrbis pulchritudinem admirabundi cum intuerentur, ratiquè nihil ea pulchrius, nihil veneratione dignius in Sicilia vniuersa posse reperiri, statuerunt, vt vel sol ipse prima luce, naturæ miraculum collustraret, ac venerabundus tantam Regiæ Vrbis maiestatem veneraretur, & coleret.

Spi-

Spirant itidem dulciores auræ, exauditur etiam auium concentus, auræ quidem sic immoderati caloris æstum leniunt, vt semper vera veris temperie Panormus perfruatur. Auium vero cantus sic est sua proportione distinctus, vt nihil sit vel dulcius, nihil vel iucundius, nihil deniquè vel beatius, vt iure, qui Panormum Siciliæ paradisum nominarunt, summa cum sapientia, recteque nominarunt. In hanc .n. vnam omnia omnium bonorum genera Natura congessit. Plura hic de fontium, ac fluminum pulchritudine, non pauca de camporum vbertate, multa de cæli clementia essent agenda. Sed ne hæc rerum multiplicitas confusionem pariat, accuratius, ac exactius de his in posterum suus erit agendi locus.

CAPVT VI.

De Fluuijs, ac Fontibus Panormitanis.



Pol. l. 1. Diod. l. 23. Phili. Clu. lib. 2. Sici antiq. Faz. li 8. dec. primæ. Ranz. loco cit.



PRimo mihi loco fluuiorum omnium celeberrima proponitur consideranda ORETHI Maiestas, quæ certè scriptorum animos ad scribendum sic compulit, vt nemo sæculi antiquioris extiterit, quin de Orethi flumine verborum fecerit satis. Et licet panormitanæ Vrbis maiestas suapte sit natura digna præconijs, Orethi tamen Maiestate sublata præclarior suspicitur, maior celebratur. Iure cecinit vates ille.

Magna panormeæ Maiestas Vrbis, & orbis
Maius Oretheo spectat ab amne decus.

adeo .n. in omnes orbis terræ partes Orethi fama diuagata est, vt plures fama commoti Panormum appulerint, quo celebratam tanti fluminis excellentiam mirarentur, vnaquè regiæ Vrbis maiestatem admirarentur. Et non abs re profecto in patentium panormitanorum æquorum immensitate viam Oretho Natura patefecit, vt vnde Aureæ Conchæ fulgor emicaret, aureæ etiam Orethi non secus atquè Pactoli arenæ splendor eluceret. Huiusce fluminis pulchritudo, ac varietas ita quidem magna, ita ingens est, vt verbis exprimere

mere, ac ſcriptione conſequi vix quiſpiam poſſit. Florent in ripis vndequaquè floſculi, vernant lilia, roſæ purpuraſcunt, ex quarum florum varietate ſic mira varietas elucet, vt ſpectantium oculi tanta oblectatione ſaturari, & confluentium animi tanto ſpectaculo expleri non poſſint. Roſarum, ac florum odor ita mulcet animos, vt omnes huiuſcemodi odore pellecti ad contemplandam huiuſce loci confluant ſuauitatem. Videris hic crebras roſarum, florumquè altercationes, & vernantes aues, ac inſidientes roſis Principem ijs locum ex huiuſcemodi decertatione deferre. Sic, exoriente Aurora, aureum periſtroma varijs floſculorum ſtellulis intertextum, naturæ laborantis arte depictum explicatur, vt panormitanæ Vrbis maieſtas, quæ, abeunte ſole, cæli aſpectum ſtellularum floſculis inſignitum ſumma cum voluptate ſuſpexit, eodem redeunte, hoc nouo naturæ blandientis periſtromate Orethi ripas conueſtiente frueretur. Semper itaquè nouis ſcænis, nouiſquè ſpectaculis in tanto, tamquè glorioſo Siciliæ theatro Panormus gloriatur.

Ad quingentos fermè paſſus ab vrbe, ait Fazelus, *Orethus fluuius Vrbem præterlabitur, Metelli Contra Aſdrubalem Carthaginenſium ducem inſignis, vbi ponte eximio quadratis ex lapidibus a Georgio Antiocheno Rogerij Regis Admirato, cuius adhuc cognomentum retinet, liberaliter extructo traijcitur.* hæc ille.

Lubet hic victoriam exponere, vt tantæ victoriæ ſpectator Orethus ſumma cum laude celebretur, & Panormitanæ Reip. ſingularis virtus, ac digna maieſtas ſi minus oratione, re tamen ipſa efferatur. Rem itaque paulo altius lectorum pace repetam, vt orbis terrarum & Panormitanam fidem, ac virtutem lætus agnoſcat, & nihil a me ſilentio prætermiſſum eſſe videatur. quæ licet gloria ſit dumtaxat adſcribenda panormitanis, de Oretho tamen fama, ante cuius conſpectum decertatum ſatis, victum egregiè, ita percrebuit, vt ea non modo Romani Imperij, ſed orbis terræ fines peragrarit. Dubio marte inter Romanos, & Carthaginienſes ea tempeſtate Aulo Scil. Aquilio, & C. Cornelio Coſſ. pugnatum. Omnes ferè Siciliæ Ciuitates a Carthaginienſium fide defecerant. Vna Panormus & Carthaginienſibus ſeruauit fidem, & inimicam id temporis dumtaxat ſe Romanis præbuit. Roma tam graui, tamquè diuturno bello grauiter commota A. Aquilium, vt autumant plerique, & C. Cornelium Coſſ. cum trecentarum quinque remium claſſe Panormum ablegauit. Eam terra, mariquè ſumma ope, ſummaque vi inuaſerunt. Poſtea vero quam in obſidione multum temporis inſumpſere, vt Leonardus Aretinus teſtatur, eam demum vrbis partem Nea-

Ranz. de annal. tēp.

Leon. Aret.

polim

polim appellatam qua machinis adhibitis, qua virtute militum expugnarunt, ac deditione iam facta a ceteris reliquæ vrbis partibus, relicto vrbi præsidio sese Romam contulerunt.

Ex his habes, mi lector, primi belli punici tempore ita fuisse & maximam, & munitissimam Vrbem Panormitanam, vt ad eam dumtaxat expugnandam tantas in vnum vires Vrbs Roma contulerit, quæquè Vrbs solo nomine, solaquè obsecundante fortuna triumphum ex exteris gentibus, nationibusquè reportabat, ex vrbe Panormitana non victoriam modo sibi vel auspicato nomine, vel veterano ferociente milite comparauit, sed in eius diuturna obsidione

In arte poe. *Multa tulit...... sudauit, & alsit.*

Et tunc demum Romani vniuersam se vicisse Siciliam putarunt, cum vnam Panormi vrbem fortiter pugnantem, hostes animosè repellentem varijs exantlatis laboribus, varijsquè prælijs deuicerunt.

Iam Panormitani semper sibi similes sub Romanorum subiuncti potestatem non minus Carthagini, quam Romæ fidei seruatores extitere, patiquè subinde suos agros ab debacchantium Carthaginiensium exercitu depopulari, deuastari, perdi, quam a fide semel Romæ suscepta deficere maluerunt. Verum illa certè non tam atramento, quam lacrimis scribenda deuastatio, cum Carthaginiensium Dux Asdrubal non minus intestino inflammatus odio, quam ferro armatus panormitanæ vrbis agros inuasit, vbi apud eamdem signa sustulit, castra collocauit. Hinc diruta ædificia, hinc turres deletæ, hinc combusta magalia, hinc arbores radicitus euulsæ, hinc perturbata omnia, omnia euersa. Sed Deus Opt. scelerum vindex, tantum, ac tam graue diù impunitum non reliquit scelus. Statim .n. illa ad Orethum victoria, quæ sub Metelli Consulis auspicijs, opitulante Panormitanorum exercitu consequuta est. Asdrubalem .n. non modo Metellus coniecit in fugam suis vel captis, vel interemptis, sed Elephantos etiam centum quadraginta iam viuos ad vrbem deuincendam secum adductos in suam potestatem, ditionemquè redegit. Metelli stratagemma paucis attendite, quod Iulius Frontinus in pauca perstrinxit. *Metellus, inquit, Consul in Sicilia bellum aduersus Asdrubalem gerens ob eius ingentem exercitum & C X L. elephantos interiori sinu lata diffidentia intra Panormum copias tenuit, fossamquè ingentis magnitudinis ante se duxit. Conspecto deinde exercitu, qui in prima acie Elephantos habebat, præcepit hastatus vti telis in belluas iace-*

Polyb. l. p. Leon. Aret.

Iul. fron. lib. 2. Strat. Valg. de ant. pan. Ranz. lib. de ann. tēp.

iacerent, protinusquè se intra munimenta reciperent. Ea ludificatione Rectores Elephantorum concitati in ipsam fossam Elephantos egerunt. Quo vt primum illaqueati sunt, partim magnitudine telorum confecti, partim retro in suos acti totam aciem turbauerunt. Tunc Metellus hanc opperiens occasionem cum toto exercitu erupit, & aggressus a latere Pœnos cecidit, ipsisquè Elephantibus potitus est. Hæc Frontinus. Quanta igitur gloria, quantauè laude est non Romæ modo, sed in terrarum orbe tum Panormitanæ Vrbis nomen, cum Orethi fama, gloriaquè vulgata, cum Roma illa, quæ armatas hostium manus nusquam timuit, quæquè solum Elephantos expauit, tandem victos, captiuosquè in Capitolium deductos inspexit, ac demirata est; quique antea tantam belluam miles formidauerat, deinceps nullo modo metuendam lætus edisceret. Ceterum sicut S. P. Q. R. tantum nomen Vrbis, apud quam Metellus tam insignem, gloriosamquè victoriam consecutus, non siuit obliuione deleri; cum primo bello punico confecto, quòd trium, & viginti annorum interuallo terra, mariquè commissum, curauit, vt Panormus, Romanorum Colonia, Strabone testante, constitueretur, sic & scriptoribus Orethi scribenda prætoria reliquit, vt vnusquisquè posteritati & gloriam loci, & fluminis fortunam scriptione commendaret. Bonam .n. gloriæ partem sibi vendicat locus. *Et certè in armis*, ait Tullius, *militum virtus, locorum opportunitas, auxilia Sociorum, classes, Commeatus multum iuuant.* Quasi vero dixerit in rebus præclarè gestis laudanda militum virtus, locorum opportunitas euehenda, cum non minus illa, quam hæc iuuet. Quarè cum idem præceptiones traderet in oratoria partitione laudandi loca non dempsit. *In locis autem*, inquit, *& illa naturalia, maritimi, an remoti a mari, plani, an montuosi, leues, an asperi, salubres, an pestilentes, opaci, an aprici. Et illa fortuita, culti an inculti, celebres, an deserti, coædificati, an vasti, obscuri, an* RERVM GESTARVM VESTIGIIS NOBILITATI. & hoc quidem Tullij præceptum scriptorum omnium omnis est amplexata posteritas. legant itaque velim, qui hæc legunt Egusæ Insulæ præconia, quæ ob victoriam ab Ap. Pulchro consule reportatam æternis literarum monumentis commendatur. legant Crinisi fluminis laudationes, ante cuius conspectum Carthaginienses a Timoleonte deuicti eo loco victoriæ memoriam reliquerunt. legant in Vmbria Metauri fluminis encomia, qui Asdrubale iam profligato, ac victo C. Salinatore, & Cl. Nerone Coss. victorem, triumphatoremquè Claudium acclamauit. Legant deniquè illius celeberrimæ, laudatissimæque Insulæ laudes & ob Cladem Augusti contra Cleopatram, ac Antonium præstantis; & ob

Onuphrius Panuinius lib. 3. in descrip. imperij Romani. lib. 6. de Situ orbis.

Pro M. Marcello.

In oratoria partitione.

Ducis gloriosissimi Ioannis ab Austria victoriam præcellentis, quæ licet superbientem explicatis velis Turcarum classem vexilla gloriæ explicantem, arma præferentem inspexerit; breui tamen temporis interuallo deuictam, nudatam signis, spoliatam armis, enectis ducibus, trucidatis militibus, captiuis ceteris profligatam, prostratam, ac perditam vidit, vt iure & annus sit celebris Millesimus Quingentesimus septuagesimus primus, celebrior dies, Octobris septimus, celeberrimus itidem & locus, & Dux, quo de merito in regia panormitana Proregis scriptum lego.

Super Austrius astra.

Haud itaquè mirum esse videatur, si & antiquiores, & recentiores historici Orethum non modo ob variarum rerum pulchritudinem in eum confluentium, sed ob celeberrimam illam a Populo Romano comparatam victoriam celebrarint, cum huiuscemodi locus æterna laudatione dignus esse iudicetur. Et nemo quidem de Oretho verba fecit, quin etiam de hac tanta victoria a Metello reportata verba non fecerit, cum sibi persuaserit Orethum ea gloria non mediocriter insigniri.

Pto. in tab. & fig. Sic. Plin. l. 9. cap. 10.

Alio vero nomine Orethus a Ptolomæo illustratur, quemq; nos Orethum appellamus, Eleutherum dixit. an quia vt Phæniciam, vbi Panormus itidem est, fluuius insignit, sic etiam Siciliæ Panormum a primis conditam Phænicibus, vel ab amænitate loci dictus alter Eleutherus, hoc est Orethus exornet?

Orethus ex duobus fluuijs supra Montem Regalem Vrbem ad p. m. fere quattuor, quorum alteri Sarracenicè Misiliandunis, alteri vero Frauacta inditum est nomen, ducit originem. Hi perenni cursu labentes in fluuium Cannizaro sic dictum confluunt, quem fugientem Rayhalcelsis, Pyrus, Parcus, alijquè consectanes, ac in vnum ad Cænobium S. Mariæ a Gratijs coeuntes in Orethum summa cum conspiratione illabuntur, qui miris aquarum vorticibus apprimè locupletatus ita in alueo lætitia triumphat, ac gestit suo, vt gloriabundus, cum sinus sui diuitias apud se seruare non possit, mari excipiendas proponat.

Alter itidẽ fluuius Sarracenico idiomate insignitus Ambler è radice proximi montis erumpit, qui leni cursu præterlabens ita voluptatem creat, vt ad eius dulcedinem degustandam & Ciues, & Colonos inuitet. Lusciniarum cantilena præclarus, quæ suis ita vnumquemquè concentibus alliciunt, vt quiuis & aquarum suauitate

la-

labentium,& lusciniarum dulcedine pellectus summis, verisq; delitijs perfruatur.

Haud procul hinc alter fluuius, qui Fons Altus generatim appellatur, sumitquè ex procero, editoquè monte vocabulum, ita affatim emergit, suosquè vbiquè vortices effundit, vt totus panormitanus ager irrigetur. Is non solum ex vetusto eiusdem nominis templo D. Mariæ sacro, cui Cistercienfis familiæ cænobium adiunctum est, sed ex saltibus etiam Guilelmi secundi, quos Parcum, siue Circum regium nuncupabant, ad venationem compositis insigniebatur.

Nec silentio prætereundus est Aynsindis olim in Regum habitus delitijs. Eius maiestas vel aliqua saltem ex parte hac tempestate suspicitur, nec eius hodierna pulchritudo despicitur. Hunc satis illustrem & Pomarium Regium Zisa, & Archiepiscoporum panormitanæ Diæcesis horti reddiderunt, qui ad capiendos & Regum, & Præsulum animos compositi incredibilem voluptatem ex incredibili locorum opportunitate procrearunt.

Reliquum est vt, de Gabrieli fluuio pauca dicamus, cum vbi plura de eo disseruimus, pauca a nobis dicta fuisse fateamur. Alio quidem hic nomine Cribel Sarracenicè exornabatur antiquitus, hodie Gabriel appellatur. Eius quidem meminit Conradi Siciliæ Regis diploma. Et verò quisnam eius abundantiam, ac pulchritudinem exprimere scribendo possit? qui plane vberrimus, ac aquarum ditissimus cum sit ab eo totus Panormitanæ vrbis ager abluitur. Nec mirum certè. ex altioribus .n. terræ locis, ait Aristoteles, quæ ad Septentriones spectant, maior vis aquæ dilabitur. Illud verò de pulchritudine dictum velim. Fluit die, noctuquè inter virentes herbulas; ripasquè sic perenni, varioquè florum peristromate conuestit, vt ver ab eo perpetuum enutriri iure quis dixerit. Per varios hinc inde anfractus, variosquè meandros insinuat sese, & qua lapillis præpeditus non secus atquè indignabundus assurgit quasi in secum enatæ pacis hostes, qua receptus in laxiorem sinum fætus sui præstantiam omnibus contemplandam summa cum liberalitate proponit. qua in orbem latex actus, & angustum delapsus in os videtur pænè emori, donec maiori aquarum impetu euocatus in lucem rediuiuus emergat. Sic profecto Panormitanus ager huiusce fluuij blandimentis allectus, pulchritudine insignitus, eiusdemq; liquoribus satis expletus perpetuæ præfert argumenta lætitiæ; qua .n. is cursum tenet, qua quiescit, qua erumpit, qua enascitur, vernat auis, vernat & flos, vt rectè dixeris Auem fluuij adulatricem, florem asseclam.

l. 2. Meteor.

Sed quid aqua? poteſt ne Panormus ea tamquam ſalubriori, optimaquè gloriari? De huiuſcemodi aquis audiant, qui legunt, Hippocratis ſententiam, eaquè ſemel accepta iudicium ferant. *Optimæ autem ſunt*, ait, *quæ è ſublimibus regionibus, & terreſtribus tumulis fluũt; hæ .n. & dulces, & albæ ſunt, viuiquè parum ferre valent. hyeme verò calidæ, æſtate autem frigidæ. Sic .n. è profundiſſimis fontibus exiſtunt. maximè autem eæ laudandæ ſunt, quæ ad ſolis ortum præſertim æſtiuum fluunt. has namquè ſplendidiores, beneolentes, & leues eſſe neceſſe eſt.* hæc ille. Et quidem ſi quis in locum oculos lætabundus intorſerit, ex quo Gabriel erumpit, ſi aquæ virtutem æſtiuo, hybernoue tempore attenderit, qua Gabriel gloriatur, ſi vllo vnquam tempore cursum compeſcat, cogitatione percurrerit, haud difficulter ſibi perſuaſerit Hippocratem ferè habuiſſe de panormitano Gabriele ſermonem. Qui genitricem Gabrielis rupem inſpexit, qui Gabrielis vndam deguſtauit, teſtem locupletem appello.

Hipp. de aquis ſalubrioribus.

De fontibus vero quid? Mirabiles hic interfluunt. inſigniores aquæ, præſtantiſſimi loci. Principem locum obtinet fons ille generatim, Mare Dulce, nominatus, qui ex proceri, vaſtiquè montis radice trahit originem. Inſignis quidem fons, tum quia ea tempeſtate, qua tempeſtate Reges in Panormitanæ Vrbis luce verſabantur, hic Regum piſcina, vt ex adhuc extantibus veſtigijs conſtat, fuit, tum etiam quia iſti imminet ingẽs ſpecus muſco viridis, ac herbis conſita; in qua licet olim ingentis illud magnitudinis cadauer diu, multumquè delituit, ipſaquè die a Panormitanis anno 1547. Simeone Valguarnera Vrbis Duce repertum, ac ſpectatum ſatis; nunc tamen de ea rectè quis poteſt virgilianum illud effutire.

Faz. l. 8. d. prim.

Faz. l. primo dec. primæ.

Vir. Aen. primo.

. . . . imminet vmbra
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum,
Intus aquæ dulces, viuoquè ſedilia ſaxo
Nympharum domus.

Et certe ſi qua Siciliæ Ciuitas, ſi quod oppidum, ſi quis mons vel pari, vel nobiliori fonte gloriari ſibi poſſe perſuaſerit, qui ſuauiſſimum Maris dulcis fontem & muſcoſis pumicibus, & virentium arborum copia, & aquarum vbertate præcellat, nullo tamen modo poterit hanc ſibi gloriam adſcribere, cum ſolus hic fons in Sicilia vniuerſa reperiatur, qui ſit & Fontis, & Maris Dulcis fontis nomine inſignitus. hoc lege, quam hic appoſitè.

Cum

Cum Natura tuos decreuit ponere fines
Pollicita eſt montes, & maria ipſa tibi.
Fallacem ne crede: dedit quæ dixerat olim,
Atquè eſt pollicitis æqua reperta ſuis.
Hinc circumpoſitis cinxit te mœnibus, inde
Prodiga litoreis te quoque cinxit aquis.
Hæc ne cum multis eſſent communia, fecit
Dulcis vt in concha ſurgeret vnda maris.

Debebatur planè hæc panormitanæ Vrbi tam præclara, ſolaq; laudatio, cum ipſa & Vrbium mater, & Siciliæ Metropolis, & regni regium caput ab ſcriptoribus, ab Regibus, ab Imperatoribus, ab Pontificibus max. prædicetur.

Ad paſſus fermè circiter mille alter fons, at ingens exiſtit a Fauara S. Philippi nominatus. Hic Rex Siciliæ Rogerius regales ædes ſic magnificè, præclareque conſtruxit, vt ſumma ædificiorum pulchritudo ſumma cum Regis liberalitate certarit; iſquè profectò Regi ſatis in ordinem arboribus, digeſtis roſetis, diſpoſitis violaribus, ceteriſquè id genus delitijs non minus oblectationi fuit, quam voluptati locus, vt iure dictum hoc vna cum fonte pomarium. SOLATIVM REGIVM AMAENISSIMVM.

Faz. l. 8. dec. primæ ex vita Rogerij Reg. & ex priu. Regis Frid. dat. Meſſ. 28. Iu. 1307.

Sed ecce tibi noui, perenneſquè fontes ad maris litus erumpentes communi vocabulo Pyratarum aquæ nuncupati. Naturæ quidem, quæ præcipuam quamdam in panormitanam vrbem beneuolentiam nauat, ad quam dumtaxat vnam vel promouendam, vel nobilitandam omnes induſtriæ neruos contendit ſuæ, nihil ferme viſum ex montis ſinu perpetuas dulcis aquæ venas aperire; arriſit itidem ad maris oras duplices alios interſeſe coëuntes patefacere, vt quocumq; oculos vel Ciuis, vel aduena conuerterit, nouis ſemper ille miraculis, vel glorietur, vel iſte noua ſemper naturæ portenta intueatur. Sunt adeo ſalubres, ac optimæ horum fontium aquæ, vt vel pyratæ, vel hoſtis ipſe aquatum accedat & periculi, & ſeruitutis immemor. In ſumma miris naturæ miraculis, miris ingenioſæ artis Panormus eſt compacta prodigijs.

Ad trecentos plus, minuſue paſſus ab maris litore Sefontes pomarium viſu pulcherrimum, ac varijs arborum conſitum generibus exiſtit, cuius loci amænitate, ac pulchritudine vel pellecti, vel inuitati Panormitani Ciues; cum aptus ſit ad relaxandos animos, curaſque deponendas locus, cateruatim confluunt, ac tantum ex eo lo-

eo voluptatis capiunt, vt totus ille apricus ager ex Ciuium voluptate, & consolatione nomen traxerit.

Aedificia vero ita pulchrè,digneque constructa, vt antequam ad regiam panormitanam vrbem Vrbe gestiente,ac mœnibus bombardarum explosione acclamantibus accedant, atquè ad regni totius gubernacula tenenda,regendaquè summa virtute, atquè integritate in æde Metropolitana maxima Sacramento se Proreges obstringant; in ea se conferant, ijs oblectentur, ac primos in ijs Equitum plausus, ac Principum salutationes excipiant. Sed hæc obiter. Illud mirabilius, ac diuinius ad rem.

Fons quidem inspicitur in areola ex quadratis lapidibus in orbem compositis, summaquè arte digestis, in cuius sinu Cylindrus fermè quadripalmaris situs vberrimos aquarum latices effundit, qui in orbem conficti, efformatiquè in subiectum laxiorem sinum excipiuntur. Ex aqua vndequaquè cadente Rosa conficitur, ac mirus ex aquis aquam excipientibus exauditur sonus. Cytharistam, ac Cytharistriam verè dixeris Naturam; vt inde quis deducat velim eam nihil planè moliri,nihil certè cogitare, quam vt Panormus nouis semper aucta miraculis, exornata prodigijs suspiciatur, ametur. Egregiè quidem cecinit ille.

Lympha panormeis pleno de gurgite in aruis
Exilit,& grato litora fonte rigat.
Sed Rosa,proh mirum,vitreis formatur ab vndis,
Pergratumquè cadens exprimit vnda sonum.
Quam benè condecorant,Ars, & Natura Panormum;
Illa rosas vndis procreat, ista sonum.

Legistin',mi lector, tantum naturæ prodigium; lege & maius aliud vrbis Panormitanæ miraculum, vt Panormi laudatio progrediatur vlterius, semperquè maior omnes teneat admiratio. Ea Vrbis parte, quæ ad Aquilonem vergit, multa rerum interfluentium colluuione repleta,& antiqua antiqui portus opportunitate deperdita S.P.Q.P. vt & Vrbis commoditati, & aduenarum votis, & Reip. Panormitanæ maiestati consuleret, iactis in mare vastis rupibus eiusdem ferè semper debacchantis impetum ita repressit, vt maris potentia fuerit S.P.Q.P. summa cum omnium admiratione venerata potentiam. quodquè edomari vel ab orbe condito nunquam potuit, potuit quidem a mascula,regiaque Panormitanæ Reip. virtute edomari. Ea præcelsa mole Panormus quasi leges ponit,iura dicit,

fines

fines locat mari; neque id contra Reginæ iubentis imperium audet quoquomodo refragari. Iam regij, miriquè portus opportunitate constituta, vt omnibus etiam videretur, ac esset is opportunior, ita S.P.Q.P. operam omnem, studiumquè nauauit, vt vel ex ipsis silicibus solo imperantis nutu vberrima aquarum flumina promanarent, terraq; nouo scaturientium fluminum partu recreata gestiret. Fons itaq; in ipsa maris intercapedine construitur, & è saxis humor elicitur, qui cum vndequaquè pateat ventis, nomenclaturam ex hisce desumpsit. Ecce ibi Mosis hic instaurata miracula. Atque huc fortasse, ni fallor Antonius Vinitianus Poetarum Idæa de hoc celeberrimo, miroque Panormi fonte cum pangeret tetrasticon illud, allusit.

Surgunt in nostris miracula sedibus hospes,
Lympha vbi dura silex, terra vbi pontus erat.
Vrbis opus tantæ est fluctus cohibere furentes,
Et vitreis passim fundere nectar aquis.

Excitatus hic fons An. M. D. LXXXIX. Rege potentissimo, ac super omnes retro augustissimo Philippo II. Prorege Didaco Henriquez, & Cuzman. Prætore Vincentio Afflicto, Colantonio Spatafora, & Andrea de Salazar Præf. Qui aquæ caput purgari, in fontem reduci, & operibus ampliatis exornari curauerunt, ijdemquè probauerunt.

Duplices inter fontes fons hic est eiusdem Andreæ de Salazar Prætoris diligentia, curaquè circumseptus, vt ex vtroque tanti fontis miraculum vel prædicaretur, vel omnium admiratione celebraretur. Alter, qui ad S.Luciæ vergit.

Philippo Austriaco Rege
Didaco Henriquez de Guzman Prorege

Andreas de Salazar Prætor, Colantonius Spatafora, Gerardus Agliata, Don Coriolanus de Bononia, Traianus de Afflicto fabricæ noui portus præfecti vrbis, Nauigiorumquè commoditati consulentes aquam male dispersam aëris temperie, viatoribusquè noxiam colligi, & in fontem reduci curauerunt. M. DL. XXXVIII.

Alter vero, qui cum proximus maris oram irriget, suo decliui cursu vel aquatum remiges inuitat, vel eos, qui ad ea loca ad curas animi deponendas conuolant; vocat, vt eo haustu pellant sitim.

In

In orbem confectus è marmore fons est,è cuius finu erumpit latex, qui pæne vnda eloquente fontis vbertatem vel commendat, vel non silet.

Huic proximus duplex itidem fons est eadem potentia constructus;vt,vnde primum maris vnda sæuiret, ibi nectarei laticis liquor emanaret, atq; aduentantibus indigenis innueret omnia melleam Panormitanæ Conchæ naturam, ac genium imitari. Austera pellit,ac horrida. dulciora nutrit, vocat, inuitat. De vtroque cecinit egregiè Vinitianus. de altero quidem.

Accipite o Natæ Nereo,quas fertis amaras,
Reddit ab hoc dulces fonte Panormus aquas.

De altero vero. *Fontem a fonte.*

Aurea Concha sinum placidum, atquè aurea præbet
Pocula;iam veniant lætæ, abeantquè rates.

Verum omittendus hoc loco fons ille non est, qui ex alto veniētibus offert primo se se in ea Vrbis parte constructus, quæ S. Nympham in patriam reducem, vrbemque adeuntem excepit. Sua magnitudine, suaquè itidem pulchritudine non caret. Varijs animantium generibus quasi ad fontis custodiam dispositis, & collocatis exornatur. Ex vniuscuiusquè ore latex oritur. Panormitanæ vbertatis argumentum. E sinu Cylindrus assurgit, in cuius cacumine sirenum simulacrum est,in quo. discriminata coma,humanum os, augusta frons, elegans supercilium, spirans oculus, vterque protuberans vber singulari arte elaboratus inspicitur, nedum suspicitur. Ex vtroq; vbere perpetuus latex manat, qui marmorea exceptus è pelui in ampliorem aliam illabitur. Debebatur planè lympham ibi a Panormitano Senatu constitui, vbi Nympham sibi restitutam vidit; eoquè in loco lympha consisteret, vbi Nympha suum aliquando fixit pedem. Nec profecto mysterio vacat, quod hoc simulacrum ex uberibus latices fundat; innuit.n.satis a Panormitanæ vrbis genio hoc simulacrum prima vrbis fronte collocatum, vt aduenæ vltro, citroquè commeantes ad vrbem summa cum animorum alacritate maturent, quæ tantam exteris omnibus dulcedinem, tantamquè rerum omnium suauitatem pollicetur.

Recensitis iam maris, ac fontium ad mare erumpentium prodigijs aliud esset hic portentum & mirabilius, & gloriosius de pomario illo marmoream Nauim in vndis enauigantem continente commemorandum; sed cum rectius id in caput sequens cadat, in eum

eum locum huiusce descriptionem reijciendam commodius putauimus; sicut itidem de papyretico flumine suus erit aptior dicendi locus, cum de ipsa ipsius vrbis maiestate.

CAPVT VII.

De Pomarijs Panormitanis.



NON abs re quidem est celeberrimas ad Montem Regalem viæ populis obsitæ delitias hoc loco describere. Illustrissimi D. D. ALERAMI DEL CARRETTO Gagliani Comitis olim Prætoris singulare inuentum. Singularis laus. Et certè si quod in patentibus panormitanæ Vrbis æquoribus Pomarium est, quod celebrandum, quod omnino sit suspiciendum; hæc quidem non postremum sibi vendicat locum. Porro si quis, dum terra solis ardore torretur, se se committat viæ, ita matutinis æstus auris temperatur, vt frondentibus vndequaquè populis solis ardor arceatur, & ab eo ea forte loca peragrante omnis fermè æstiui temporis molestia leuetur. *habet.n.* vt ait ille, *longis duplici versu per æqua interualla consitarum populorum ordinibus admirabiles certè porticus non saxorum in orbem coeuntium fornicibus, sed ipsarum magnarum arborum sese inuicem implicantium frondibus concameratas.* Cadentes hinc, inde vmbræ Ciues ad inuisendum inuitant, Equites ad perfruendum alliciunt, Colonos ad requiescendum vocant; & manantes ex interuallo fontes sitis conscij rorantia fessis procula subministrant. Vbiquè volucrum concentus, vbiquè dulcis exauditur frondium susurrus, & ex vtroquè mixtus ad aures ita peruenit sonus, vt ab vnoquoque dignus Siciliæ delitio, Paradisoquè locus habeatur. Per tria fermè spatia huiusce loci pulchritudine diuagantes vel aduenæ, vel Ciues perfruuntur; itaquè planè, vt autumant pleriquè, nihil vel similius, nihil vel pulchrius in plerisquè orbis terræ partibus reperiri. De hoc Panormitanæ vrbis delitio sic cecinit ille.

Hic via populis bene frondibus obsita recta est,
Grataquè ab arboreis gignitur vmbra comis.
Hic, vbi sol nitidas effert ex amne quadrigas

Plurima dulcisono gutture cantat auis.
Si lassus requiesse cupis, dabit vmbra quietem,
Ignarus ne viæ es, carmine ducet Auis.

Vndequaque hæc via suis est septa pomarijs tum a natura, tum ab arte vel consitis, vel elaboratis. Suis itidem scatet & fontibus, vt nullum plane sit, quod fonte non glorietur suo. Totus panormitanus ager pomarium est, ac verè Naturæ delitium. Quocumq; .n. oculos conuerteris, ex pomariorum pulchritudine oculus recreatur, & animus. Si ad dexteram tendas in quot pomaria Erctæ subiecta varijs arborum consita generibus, suis dissecta vijs, suis ornata violarijs, suis & malis insignita medicis offendes? Præclara omnia, omnia illustria. Nisi hæc sub aspectum cadant, vix habetur fides. testes appello, qui viderunt.

Iam si ex Panormitana vrbe aliquantulum progrediare; statim pomarium sese offert tibi exiguum quidem, sed arte præclarum, sed aqua non ignobile, quæ cum male dispersa diuagaretur antiquitus; ne tanti laticis beneficium Colonorum incuria deperderetur, Panormitani Senatus prudentia curauit, vt in vnum adducta locum seruaretur. Leges in marmore insculptum hoc elogium.

Rege Philippo Secundo Caroli filio eiusque locum gerente Didaco Henriquez de Guzman, Andreas Salazar Præturam exercēs, Ludouicus de Afflicto, Octauius Bonetta, Hieronymus de Cona, Augustinus Bonaccolti, D. Rogerius Salamoni, Hieronymus de Franchis Iurati Patres colligi, muroque vallari curauerunt. Anno 1587.

In hoc pomario & mala punica, & medica, & Citriorum, ac Citrorum, & plurima demum plurimarum arborum genera suo ordine digesta. viæ perpetuæ rosis, violisquè consitæ odorem afflantes. herbulis terra vestitur, ac Naturæ gloriantis peripetasma conspicitur quolibet alio & nobilius & illustrius. Non parua ante fontem patet areola obtecta vitibus, quæ suis implicata clauiculis vmbram parit. Musis opportunus locus.

Fere conterminum est & aliud recens excitatum ab Iosepho Pizzuto artis Medicæ præclarissimo Doctore, ac Siciliæ Prothomedico, quod cum varios vndequaquè fontes aperiat, variaquè arborum genera contineat, maximam adeunti creat voluptatem. Vestibulum suis insignitur elogijs, suis exornatur & picturis. Duplex ver-

versus duplici imminet portæ. alter alteri respondet. ecce tibi alter.

Quisquis ades, te magna vocant, dignator honores.

Alter vero.

Hostis es, hinc abeas, non ostia proterit hostis.

Mentem aperit herus suam. Quadrifariam hoc pomarium partitur. Vnaquæquè pars suis ornata speciosis arboribus, compta & violarijs, insignita & rosetis. Viæ aliæ transuersæ, aliæ perpetuæ, quæ ad fontem ducunt in pomarij sinu existentem, ex cuius multiplici foramine multiplex humor assurgit, qui in peluim exceptus loci delitium dilaudat. Musco conuestitus viret. E regione respondet fons alter, ex quo multus latex guttatim fluit. duplici personato giganteo capite hinc inde fons terminatur.

Finitimum est illud Baronis de Fauara. Prima fronte, quod sese tibi considerandum offert, ædificium longè pulcherrimum, opulentum, pariq; arte constructum. Præ foribus illud. *Otium mihi, & amicis*. Vt scilicet solis familiaribus adytus pateat.

In intercolumnio plura nauigia ex myrto contexta conspicias. Prora, antemnæ, malus, carbasa, rudentes, puppis, gubernaculum suo ordine, locoue disposita. Nisi mare desideraretur, enauigarent. Porro est ita id egregiè consitum, vt coloni ingenium, vt heri studium, vt artis solertiam optimo quidem iure commendet. Speciosissimis fructibus, ac Regum maiestate dignis insignitur. Zephyris murmurantibus arborum susurrant comæ, atq; ex aquis vndequaquè cadentibus mirus exauditur sonus.

Superioribus annis huic proximum erat & pomarium Terræ Nouæ Ducis sicut ædificijs illustre, ita & labyrintho insigne. Ingens hominum multitudo ad id ea tempestate confluebat, vt labyrinthi imagine aspectu recrearet suo. Si quis eum forte iniret, dedaleam artem sibi exercendam suaderet. Non exigua extant hodierna luce vestigia. tantæ pulchritudinis deploranda iactura. ceterum vt ædificia primas, ita & Pomarium non postremas habet.

Huic ex diametro respondet pomarium Iacobi cognomento Piscis & suis circumseptum muris, & S. Leonardi ædicula exornatum. Primo ingressu tibi fons est obuius non exiguæ magnitudinis. latæ viæ, ac perpetuæ varijs insignitæ flosculis, & vbiquè malis aptatæ medicis, quæ vitibus obtecta solis ardore non torrentur. Ante ædium fores est & area in orbem efformata, myrtho compta, ac va-

rijs arborum generibus exornata. Suis non caret fontibus, qui leni cursu præterlabentes voluptatem adeuntibus creant. Habent & ædes suum domesticum viridariolum visu speciosum. fructus in eo asseruantur pretiosiores, dulciores, amabiliores. Aedibus contiguum est antrum, ad quod terdenis gradibus descenditur. de quo rectè Mantuanum illud.

Virg. Aeneid. 1.

Intus aquæ dulces, viuoquè sedilia saxo,
Nympharum domus.

Ipsa veritas, non poëticum figmentum id suadet. Sunt & alia finitima, quæ sua non carent pulchritudine. PP. Cappuccinorum est Sylua viridicata ex cupressis contexta, myrto consita, ac salientibus aquis continet mira suauitate piscinam. Locus ex feralibus cupressis aptus loci sanctitatem vel suadet, vel innuit. Hieroglyphica sunt hæc, non Syluæ ornamenta.

Haud longè Regentis D. Petri Corsetti viri quidem omni virtutum laude florentis extat pomarium suis & Cupressis in ordinem per æqua interualla digestis insigne. Vt ille tantorum Patrum vestigijs insistit, ita Patrum eorumdem syluam Pomarium imitatur. Ex æquo pænè cuncta respondent. Perpetua te adeuntem via & excipit, & ad ædes non ignobiles ducit. Mala medica hinc inde partita non parum afferunt & voluptatis, & ornamenti. Citrorum arbores aliquot in nauim efformatæ, aliquot in pegma confictæ heri inuenta commendant. Progressus vlterius in aream offendes suis ædiculis circumuallatam. Ex ea in aliud itur. Plures hic vel perpetui, vel transuersi calles malis medicis consiti, arundineisq; claustris seiuncti. Areolæ fructibus insigniuntur suis, cum illi quidem sint insignes. Inspicias vites in ordinem digestas, & clauiculis implicatas, quæ vel ad requiescendum, vel ad perfruendum inuitant. Medius fons est, e cuius sinu latex erumpit, ac sublimis assurgit. Suis angulis sunt e viuo saxo conficta sedilia; vt si forte quis dulci aquæ enascentis susurro allectus aliquid pangendi desiderio teneatur, ante salientis fontis pangat imaginem. E regione Puer e marmore factus fonti insidet. Ex eo latex fluit. Ad hoc cum aliquando D. Paulus Sarmienti Abbas S. Nicolai dela ficò vir sicut & summæ expectationis, ita & summi ingenij accessisset, locumquè musis nactus opportunum Musis suum non reliquit locum. Repente è vestigio ad Illustrissimum D. Petrum Corsettum de vitæ rusticanæ laudibus ab eo subscripta Ode scripta est, quæ, ne temporis diutur-

nitate

nitate huiusce carminis memoria moreretur, hanc sibi partem suo sibi iure vendicauit. Sic itaquè cecinit.

Non qui diuitijs, non qui & honoribus
CORSETTE innumeris, murice nobili,
Non qui splendet & auro,
Felix est satis; vndique
Contentus modico. iurgia qui fugit,
Et tempus celebri conterit otio
Is felicior, Vrbe,
Rauco & deposito foro.
At non exilium indico, sed aptius
Curas exigeret Pagus, & ostia
Non patronus auarus,
Non præceps tereret cliens,
Nec somnos luteus rumperet inuidus.
Quamuis inuidiæ protinus horridos
Pridem eluseris angues
Virtutum egregius apex.
Staret purpureo munere Liberi,
Vel spicis, valido vomere qui solum
Vertit mille colonus
Insignis socijs, vigil
Haud Hædo tenero Pastor: & en vagas
Certatim choreas garrula tibijs
Ducit rustica pubes?
Contra Zelotypos celer
Irrumpunt Aries interea, & nocens
Taurus, ludit agro florigero hic iubas
Attollens Equus, atros
Hic capræ minuunt rubos.
Non te cum ruit instructa acies apum
In campumquè frequens aculeos parat,
Obsessusquè sub hoste
Flos mutat? reuocat grauis
Cum Rex? furta querens non iuuat abdita,
Nec secura sui, pectore quæ sonum
Profert? non odor agri?
Non terrena tapetia?
Non immixta rosis lilia? non rosæ

In-

Intextæ violis? non & Amygdalus
Florens nuncia veris?
Non palla viridi seges?
Non & delitiæ, splendida queis nitet
Felix Concha, ferens, quæ nequè diuite
Memphis turbida limo,
Non Campania fertilis,
Non raptuquè solum nobile, quo Ceres
Tristis perpetuum? Ah iustitium togæ
Tandem præcipe gentis
Vnus Trinacriæ decus.
Permissa superis sorte beatior
Villa es, quam locuples si quod Iberia
Vtroque excipit orbe, aut
Quis gaudet, titulos daret.
Illic te placidus Pieridum chorus
Expectat, facilisquè insequitur lyræ
Princeps Diuus Apollo
Dianam reuehens? locus
Ecquisnam aptior? illic domus aureas
Corsetti generis monstrat imagines,
Hic vdus sinuoso
Euripo Dionysius,
Illic marmoreo pondere Iupiter
Incautæ bubulo tergore sordidus
Blandimenta Puellæ
Instillans patet. vberes
Hic vna latices Thybris, & aurifer
Versant Eridanus, pronus in æquora
Stat contra hinc niger ore
Nilus, montibus arduis
Natales referens, cinctus arundine
Hic Orethus aquas prodigit, hic sonos
Post ambagibus edunt
Doctis organa dispares.
Sed non arte, placet munditijs ager
Simplex. En Platanus sub cane feruido
Nos inuitat, & antrum
Supponens hederis caput,
Et grato resonans murmure limpidus

Riuus? quid Veneris mala? quid arbutus?
Quid nux Regia? cedrus
Quid ficus, pyra, mespilus?
Quid frugum series cetera? recreant
Lactuca hic, humili rosmaris hortulo,
Hic fraga, intubus, iris,
Hic menta, hic apium salax.
In campos etiam, qui maris arbiter
Neptunus potis irrepere, plurimis
Et viuaria tincis,
Anguillis, cephalis replet.
Nunc supra piceas, aut oleas pigro
Lasciuit lepidis vespere cantibus,
Nunc concedit in altum
Tempestas volucrum ferax.
Inde Aurora tepens cum manet auream
Latonæ sobolem, questubus æthera
Nunc Luscinia complet,
Nunc pulli leue sibilo.
Tunc aut ficedulis retia præpares,
Ignito aut ferias puluere turtures
(Quamquam Mulciber olim
Non vltra rueret focos)
Vel pugno accipitrem, vel retinaculis
Falconem resolutis auium in greges
Mitte; hic rostra superne
Aduersus acuit grues,
Perdices, Miluos, Attagenes; potens
Is Turdos, Qualeas atterit aspero
Picas vngue, galeros
Da niso, & Merulas leues.
Sed quando Boreæ flatus agit Iouem
Deducens geticas frigidior niues,
Neptunoquè fatigans
Incumbit dubio rates,
Tu circum famulis septus, & vndiquè
Tota prole hilaris, coniugequè optima
Indulge modo Baccho
Addens castaneas foco;
Nunc commenta Phrygis mancipij refer

Obli-

Oblitus pelagi, nunc leue ſedulis
Miſcens iurgia ſeruis,
Exerce placidus iocos.
Dein cælum tenui mitius halitu
Cum prono ruerit ſidera cardine
Venatoris habenas
Apprendas faciles equi.
Vel cunƈto leporum rure iuuet pedos
Inſultare, vel aprum canibus trucem
Atquè haſtilibus atris
Agro militiam pares.
Tunc magnis rebo ANT ANTra celeuſmatis,
Cum iuxta leporem, aut dente laceſſere
Ceruum, Aprumue moloſſos
Summo videris impete.
Concurruntquè leues vndique ruſtici
Prædam ſemianimem ſiſtere, & anxij
Collo vtcumquè reciſo
Totum exponere hero caput.
Sic replent hilares æthera fiſtulis,
Pars cantu, referunt pars manu arundines
Illi tempora myrto,
Hi lauro impediunt comas.
Venantem rediens hic catulam vides
Olfaƈtu repetit quæ tenui ſolum
Aequè irata latebras
Vrget rauca latratibus.
Hæc Vrbs? Roma tuo vel capitolio,
Vel ſeptem geminis ardua collibus?
Hæc dant amphitheatra
Hæc viſoria Romuli?

Verte nunc amabo te, mi lector, oculos in ipſam populei tramitis maieſtatem; videbis profecto in huiuſce tam ſpetioſi, tamquè celeberrimi callis curriculo prima tibi fronte obijcere ſeſe fontē recēs excitatum ſocios alios fontes diuinò obſecundante numine habiturum. Cum & Regem, & Proregem, & Senatum tanti fontis inuentorem, & Prætorem nouæ voluptatis quaſi Architectum innuat inſcriptio, ea certe contentus hic conſiſto.

Hiſpan. Rege Fortunatiſs. Victorioſiſſ. Philippo IV.

D.

D.Francisci Fernandez dela Cueua Ducis Alburquerque Pror.Opt. auspicijs.

Don Marius Gambacurta Marchio Mottæ Prætor. D.Ioannes Roxas, D.Ioseph Antonius Ballo, ac Sollyma Baro Calattuui, Lancellottus Castelli Baro Gruttaliarum, D. Franciscus Rossel, Martinus de Pinedo, D.Vincentius Gambacurta Senatores PPQ.CC.

Hunc primum fontem Panormitanæ Vbertatis indicem cum ad huiusce Siciliæ paradisi delitium exornandum, tum ad populei tramitis maiestatem sub Regali Montis tegmine considentem, aquis eloquentibus prædicandam curauerunt. probauerunt.

Ab orb. repar. CIↃ D C. XXX.

Plura quidem vndequaquè pomaria hunc fontem sepiunt quasi vnicum omnium ferè delitium. Ex fonte erumpens aqua sic animat viam, vt pænè spirans hac tempestate videatur. Auium susurrus nunc multiplex, nunc varius, nunc suauior, cum nouis euocatæ delitijs in terram hoc nouo melle manantem conuolent;ac ramulis insidentes sic ciues, sic aduenas, sic prætereuntes nouis concentibus alliciunt, vt omnes & manantis lymphæ, & multiplicis occinentis auis dulcedine delibuti iure PANORMVM appellari SICILIAE PARADISVM vnanimi conspiratione fateantur.

Tertio,quartoue ab hinc lapide Ducis olim Sancti Ioannis, nunc Scordiæ Principis extat pomarium, quod varijs vel fontibus, vel simulacris, vel cuiuscumquè generis fructibus insignitum & Aureæ Conchæ vbertatem non silet, & Ducis amplitudinem omnium ore plaudentium confitetur, vt iure præ foribus ea legatur inscriptio laconicorum imitata naturam, *Quod quæris intus adest*. In nonnullis itaquè huiusce pomarij angulis musco circumsepta simulacra. Lepidus Puer fonti imminet,qui fontem opplet lympha. Medium muliebre simulacrum est,quod aquis salientibus abluitur;ita formosum, vt pænè ad veritatem accedat. Artificis omnia dilaudant cælum. pænè spirant. Varijs continetur areolis pretiosiores fructus asseruantes, suis & vitibus obtegitur vmbram parientibus. Aedes longè pulcherrimæ vergentes ad Orientem. Exorientis solis primum combibunt iubar, primos & excipiunt flantis Zephyri susurros. Et plane sicut in hoc pomario plura quidem continentur, quæ mira oblectatione non carent, ita si hæc omnia desiderarentur, id vnum, quod subscribam, videretur satis ad singulares tanti Pomarij delitias celebrandas. Affixum ipsi parieti speculū est varijs frondibus aptatum, ad quod si quis ad sese inspiciendum

accedat, preterquam quod ex expressa sui ipsius similitudine nonihil accipit delectationis, inter tamen maiora voluptatũ oblectamẽta ex multiplicibus speculo factis foraminibus multiplices aquarum venulæ emergunt, ex quibus non os modo, sed totius etiam aspectus vel abluitur, vel recreatur. Est & in ipsa deambulatione foramen plurimum, ex quo itidem plurimus humor assurgit, dum conferta hominum, mulierumquè multitudo confluit ad id speculum inuisendum, quæquè dum ad speculi contemplationem attendit, sic aspergitur, vt omnibus non parum voluptatis afferatur. Sic huiuscemodi delitijs, lusibusquè hominum voluntates, plaususquè captauit.

Haud longe & ab hoc, & a Gabriele fluuio Pomarium est suapte natura pulchrum, & arte speciosum. Varijs arborum generibus ad oblectandos oculos recti calles consiti. Opaci plures pendentibus vuis apti, aptatiquè vuarum clauiculis ad vitandam æstiui temporis molestiam. Aprici, atquè obliqui nonnulli violarijs insigniti, rosetis exornati ad afflandos odores compositi; qui quidem omnes ad areolam tendentes, vbi fons summa arte elaboratus assurgit, ad marmoreæ illi insidentis nauis contemplationem, aspectumquè deducunt. Nemo quidem ad id loci contemplandum accessit, qui non inde admirabundus excesserit, qui pomarij delitias non extulerit, qui vrbis panormitanæ miraculum non prædicarit. Hic non grauabor illud Epigramma subscribere, quod de hoc tam præclaro, tamquè nobili miraculo circumfertur.

Marmoream liquidis puppim miraris in vndis
Sistere, nec mergi tam graue pondus aquis
Desine mirari: docuit qui fingier alas,
Atque homines volucrum carpere more fugam.
Olim cum Siculis artem exerceret in oris
Edocuit liquidis sistere marmor aquis.

Tandem vt omittamus cetera, quæ profecto nec exigua, nec vulgaria sunt; totus .n. vt dixi, Panormitanus ager pomarium est, cum vndiquè suis circumsepta arboribus, suis distincta & violarijs in tota panormitana planitie pomaria videantur. ad illud D. Gratiani de Castronio deueniendum, in quo & Ars & ingenium, & solertia quasi in theatro ludibunda suspicitur. Nihil de ædificijs, quorum laus illa prætereunda silentio nõ est, ad quæ cum olim Illustrissimus D. Cardinalis Farnesius accessisset, cubiculumq; mira quadam arte

ela-

elaboratum cum vidiſſet, dignam protulit & tanti Præſulis auctoritate, & Panormitanæ Vrbis maieſtate ſententiam. Proferam id eo ipſo, quo ille eſt vſus, idiomate. *Hor queſto e baldacchin Papale.* Accepi a grauioribus viris Vatem illem inſignem Torquatum Taſſum, quem Hetruſci Vates iure venerantur, & colunt, qui cum Purpurato hoc Patre & Panormum, & ad hoc pomarium ſe contulit, loci pulchritudine captus ſuis ſacraſſe carminibus perhibetur.


Hiſce itaquè omiſſis prima tibi fronte in ipſo pænè aditu occurrit ſeſe Mars Armatus eo elogio. *Aemulantibus obſto.* Quod planè dictum hanc interpretationem pati iure mihi perſuadeo; huiuſce .n. Equitis Pater, cum ſeſe ſibi in publicis ludis cum Equite concurrendi offerret occaſio, ita in eo vmbratili certamine habebat ſeſe, vt vel ex fictitio hoſte victoriã referret, vel ſibi paucos cognoſceret pares; vel tandem ſi forte quis ſtudiorum ſuorum æmulus, atq; imitator exiſteret, obſiſteret. hinc *Aemulantibus obſto.*


Progreſſus vlterius magnam obſtrepentis aquæ vim ruentem excipis, quæ terram ſemper obrutam, ac oppletam tenet. Perpetuæ viæ, tranſuerſæquè malis medicis conſitæ. Ars operatoria in ijs comendis ingenium præfert ſuum. Multa delectationum argumenta ſinu continet ſuo. Vbi .n. malorum medicorum in ordinem digeſtis terminatur arboribus, ibi a viridicanti Myrtho excipitur; ſic mala aurea myrti bacchis vel contigua, vel contexta non parum oculis creant voluptatis. Suis conſtat areolis, in quibus deſignati fontes, arbuſtis obſiti. In ipſo Pomarij gremio Fons apprimè pulcher. E cylindro aquæ venula micat, quæ gratum præbet adeuntibus ſpectaculum. Gratus ager. grata omnia.

Hactenus de Pomarijs. plura reliquimus, ne lectoribus in ijs deſcribendis multi videamur. Non pauca in fontium deſcriptione iam habes. Ne prætermittas. Digna quidem, quę mentis oculo conſpiciantur, digna, quæ conſiderentur. In ampliſſimo .n. huiuſce Aureæ Conchæ theatro Natura cum Arte decertat. Si .n. prodigam in panormitano agro exornando Natura ſe præbet, Ars in eodem perficiendo ingenioſam exhibet ſeſe, vt, profecto quantum illa prodigalitatis oſtentat, hæc contra tantum venditet ingenij. Sic Artis panormitanæ ſtudium cum naturæ prodigalitate contendit. Atq; profecto haud ſcio an quid eo in certamine Ars Naturæ, an vero Arti Natura concedat. Altera alteri opitulatur. Ars Naturæ imitatrix. Artis Natura præceptrix. Semper tamen & a Natura miruminmodum inſignitur, & ab Arte mirumquantum decoratur.

CAPVT VIII.

De Panormitani agri vbertate.





AGRI panormitani fæcunditas ex aquarum vbertate metienda. qui .n. ager maiori aquæ vi abluitur, maiori etiam fæcunditate gloriatur. Et quidem quænam Vrbs in tota Sicilia reperitur, quæ Panormum innumeris scatentem fontibus, circumfluentem fluminibus imitetur? Si in vniuersam agri Panormitani planitiem oculos intorseris, ex interuallo micantes aquarum vortices inspexeris; neq; tot hyblæus ager floribus insignitur, quot panormitanæ vrbis ager fontibus ditatur; vt mirum inde non sit, si Panormitanus ager omni omnium fructuum genere locupletetur, si vuis comatur, si mellitis arũdinibus exornetur, si deniquè nihil sit, quod ad vitam, gustumquè congruum expetatur, quod ab eo abundantissimè non suppeditetur. PANORMVS, ait Georgius Graun, *agros plane, diffusosquè complectitur, qui formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam repræsentant. Ea varietate, vt quocumquè inciderint oculi, reficiantur, adeo læti, amœni, aprici, atquè vberes sunt. Enim vero mali medici, citrij, punici, ac ceterorum omnium cuiusuis generis fructuum feracissimi. Quos pluribus, ijsquè placidissimis fontibus ibi natis splendidissimæ, ac saluberrimæ aquæ omnibus locis interfluunt, irrigantquè. Hinc Callias lib. hist. 8. (referente Athæneo lib. 12.) Panormum non absurdè totum hortum interpretatur, quod domesticis arboribus speciosissimis vndequaquè consitus sit, & vnicum totius Siciliæ delitium.* Hactenus Graun.

In Ciuit. orbis terræ tom. primo f. 1.

Iam mi lector, vides eam omnem Panormitani agri vel vbertatem, vel pulchritudinem a Georgio fontibus, ac fluminibus vndequaquè scatentibus adscribi, vt certè si mira sit vel pulchritudo, vel vbertas inaudita sit etiam fontium, fluminumquè fæcunditas. Sed quæso te membratim perpendamus singula, quæ de Panormitana vbertate Georgius affirmat.

Agros planè, diffusosquè complectitur, qui formam aliquam ad eximiã pulchritudinem pictam repræsentant. Ita .n. Panormitani agri pulchra planities, vt, cum vtrinquè proceris terminata sit montibus, exoriente sole, aureum in campis peristroma rore contextum, montesque auro conuestitos intueare.

Ea varietate vt quocumquè inciderint oculi reficiantur, adeo læti, amæni, aprici, atquè vberes sunt . rectè Georgius . nihil .n. in ea non pulchrum, nihil non varium, nihil non amabile . In hoc veluti adumbrantis naturę theatro qua colles emergunt varijs arborum generibus insigniti, qua iuga lilijs circumdata, qua prata rosis oppleta, qua interfluentes riuuli, ac per varios anfractus vndequaquè serpentes fontem pariunt, in quo possit loci pulchritudinem Natura contueri. lætus, amænus, apricus, vber est campus à Natura efformatus, vt ostendat an ea etiam possit in hoc panormitano sinu circumvallato montibus locum quouis amænissimo amæniorem suo adumbrare penicillo, omnesquè vnanimi consensione fateantur, quod sicut olim in hac Siciliæ regia immorati sunt reges, ita in hoc Siciliæ theatro naturæ maiestas vel spatiatur vel adumbrat.

Enimuero mali medici, Citrij, punici, ac ceterorum omnium cuiussuis generis fructuum feracissimi. Quasi vero Georgius sentiat cum ijs, qui Panormitani agri planitiem rerum omnium copijs refertam Siciliæ non delitium, sed Paradisum appellant, cum voluptatum Paradisus, vt supra probatum est satis, & aquis scateret, & hisce fructuum generibus gloriaretur. In hanc itaque rem præclarè quidem cadit Matthæi Syluagij sic habentis Oratio. *Panormus fructiferis circumuallata pomarijs; varijs, & irriguis circumornata fontibus. Eius planities alter videtur quasi delitiarum Paradisus.* Sed omittendus hoc loco non est noster ille Normannus, quem licet supra ad aliud quidpiam probandum iure laudauimus, hic tamen denuò in medium duximus afferendum, cum is non minus egregiè, quam certè eleganter de panormitani agri vbertate conscribat. Ne graueris itaquè lector loquentem iterum excipere Hugonem Falcandum, cum exteri hominis digna sit oratio, quæ ab hominum consensu non explodatur. Sic habet. *Quis vero præclaræ huius vrbis miranda ædificia, quis fontium passim ebullientium suauissimam vbertatem, quis semper virentium arborum amænitatem, aut aquæductus ciuium abundanter vsibus seruientes satis mirari sufficiat? Quis inclytæ planitiei gloriam, quæ inter vrbis mænia, montesquè, quattuor ferme millibus patet, laude congrua prosequatur? O beatam, cunctisquè sæculis prædicandam planitiem, quæ intra gremium suum arborum, fructuumquè genus omne conclusit. quæ quicquid vsquam est delitiarum, sola prætendit: quæ voluptuariæ visionis illecebris cunctos sic allicit, vt cui semel eam videre contigerit, vix vsquam ab ea quibuslibet possit blandimentis auelli. Illic .n. mireris vineas tam fæcundi cespitis vbertate, quam præclari germinis generositate gaudentes. Illic hortos aspicias mirabili fructuum varietate laudandos, turresque*

In lib. triū peregr.

In hist. Sic.

resque ad hortorum custodiam, & voluptatis opera præparatas; vbi & rota volubilis obsequio descendentibus, itemquè ascendentibus vrceolis puteos videas exhauriri, cisternasque adiacentes impleri, & inde aquam per riuulos ad loca singula deriuari. Hinc si conuertas oculos ad diuersas arborum speties videbis mala punica vel acetosa, vel dulcia granis interius occultatis, exterius contra intemperiem aëris duro cortice præmuniri. Citros quoquè triplici substantiæ diuersitate distingui, cum cortex exterior colore simul, & odore caliditatis præferat argumentum: quod autem circa centum est acetoso liquore frigiditatis præstet indicium: medium vero inter vtrumquè temperatius comprobetur. Videas ibi & lumias acetositate sua condiendis cibis idoneas, & arengias acetoso nihilominus humore plenas interius, quæ magis pulchritudine sua visum oblectant, quàm ad illud vtiles videantur. Hæ quidem ab arbore sua etiam cum maturuerint, difficilè cadunt, & nouis superuenientibus veteres cedere dedignantur. Nam & tertij anni poma iam rubea & secundi adhuc virentia, & præsentis anni flores in eadem possunt arbore pariter inueniri. Hæc autem arbor continuæ iuuentutis pollens insignibus, nec fit hyemis sterilis senectute deformis, nec ingruente frigoris asperitate frondibus spoliatur, sed virentibus semper folijs veris temperiem repræsentat. Quid vero nuces amygdalæ, aut ficuum diuersa genera, vel oliuas condiendis cibarijs, & lucernarum fouendis ignibus oleum ministrantes enumerem? Quid loquar siliquarum vaginulas, & fructum ignobilem insipida quadam dulcedine rusticorum, ac puerorum gutturi blandientem? Mireris potius palmarum procera cacumina, dactylosquè detonsæ arbori summo vertice dependentes. Quod si in partem aliam visum deflexeris, occurret tibi mirandarum seges arundinum, quæ cannæ mellis ab incolis nuncupantur, nomen hoc ab interioris succi dulcedine sortientes. Harum succus diligenter, & moderatè decoctus in speciem mellis traducitur. Si vero perfectius excoctus fuerit, in saccari substantiam condensatur. Communes autem fructus, & qui penes nos habentur, his adiungere superfluum existimaui. Hæc igitur breuiter perstringendo descripsi, vt ex paucis multa, ex paruis maiora solliciti prudentia lectoris intelligat &c. hæc Falcandus. Si qua igitur vrbs est, quæ camporum vbertate perfruitur, ac cuiusuis generis fructuum fæcunditate gloriatur, Panormo collata, Panormo cedat (nequè.n. hanc falsò laudem arrogat sibi) cum Panormus vna quidem sit, quæ hæc naturæ blandientis ornamenta, hasce Siciliæ delitias, atquè vmbratilis Paradisi voluptates ponat ab oculos; vt exteri (dum eminus panormitanæ vrbis montes naturæ laborantis arte constructos intuentur, quæ hanc tam magnam, tamquè singularem, veramquè pulchritudinem vni primum seruat sibi, ac laudis

auida contemplandam ceteris proponit) hanc & fructibus insignitam, & floribus ornatam planitiem sic admirentur, vt germanum naturæ theatrum, locupletem mundi scænam, ac verum deniquè Siciliæ paradisum sese vidisse fateantur.

CAPVT IX.

De cæli clementia panormitana.



OMnium ferè Philosophorum opinio est Cælum ipsum sua vi, quam demittit in terrã, in inferiores hasce mundi partes sic influere, vt ex eo planè suis perfecta numeris cuncta generentur. cum .n. vt Philosophus asseuerat, omnes omnium animi sint (si contueare naturam) pari perfectione constantes, dubitandum certe non est, quin minor, maiorue ipsi cælo sit tribuenda corporum habitudo, naturarumquè diuersitas. *Qui*, ait Aristoteles, *sunt duri carne, ij sunt inepti mente, qui vero sunt molles carne, ij sunt ingeniosi, menteque dextri*. Quod planè Peripatetici axioma D. Thomas sic luculenter explicuit, vt nemini hac de re certe reliquerit dubitandi locum. *Diuersa*, inquit, *capacitas naturalium in hominibus non est ex diuersitate mentis, cum omnes homines eiusdem speciei existentes in forma conueniant; sed est ex diuersa dispositione corporum*. Forma .n. substantia cum sit plus, minusue suscipere non potest. Si igitur non ex forma, sed ex corporum habitudine ingeniorum est desumenda diuersitas, fateamur necesse est cælum ipsum si minus totam, at potiorem certè huiusce gloriæ partem sibi iure vendicare; optimamquè hominum naturam, ex optima corporis habitudine, vim suam cælo iam demittente, proficisci. Et licet vt plerique opinantur & rectè, rectam, optimamq; hominum naturam aliqua saltem ex parte ex victus ratione pendere, cum eo facilior mens concipiat, ac ratiocinetur, quo in eam defæcatiores earum rerum omnium ob oculos versantium imagines, quæ animalibus proficiscuntur ex spiritibus optimo pastu vegetatis, illabuntur, tamen (vt hæc omittam, de quibus nulla planè dubitatio, cum si qua Siciliæ pars est, quæ aquis, quæquè pastionibus glorietur, vna quidem Panormus est, quæ omnibus omnium pastionum, fructuumquè generibus potest, vt ce-

2. An. c. 9. tex. 94.

S. Th. 3. p. q. 69. ar. 4. ad 3.

te-

teris etiam rebus, merito gloriari) in ea ſum ſententia totam ferè ingeniorum celeritatem, alacritatemquè cæli clementiæ adſcribendam. Similes .n. ſibi parit regio, ac cæli habitudo. Hinc Plato in Timæo de ea vrbe, quæ ingeniorum fæcunditate floreret, cum loqueretur *Vrbem*, inquit, *veſtram Dea exornauit, & delegit, quam ob aëris temperiem prudentiſſima ingenia producturam eſſe perſpiceret*. Nequè profecto ab hac Platonis ſententia Galenus abhorret, cum luculenta oratione profitetur. *Quis etiam neſcit eos, qui temperata in regione degunt, & corpore, & animi moribus, & intelligentia, & prudentia alijs præſtare hominibus?* Hinc rectè Torquatus.

Plat. in Timæo.

Gal. in lib. quod mores corporis habitum ſequantur c. 9

La terra molle, lieta, e dilettoſa
Simili a ſe gli abitator produce.

lib. Trium peregrini.

Quidnam igitur de panormitani cæli clementia ſentiendum? Audiamus, nihil .n. afferam de meo, Matthæum ſyluagium, de mentis ſuæ theſauro quid format. PANORMVS, inquit, ***habet borealem polum eleuatum 37. gradus, & mi. 28. & reſidet ſub illa quarta, quæ eſt Arietis, leonis, & ſagittarij inter angulum ſeptemtrionis, & occidentis. & ideo iſtæ gentes propter diſpoſitionem primæ partis, & propter diſponentes ſtellas ſunt non veræ ſubiectiuæ, nec humiles, ſed libertatem, arma, & laborem affectantes. ſunt itidem bellicoſæ, periti regiminis, nitidæ, mundæ, magnanimæ, & in bonis operibus, & fidelitate verſantes. Et quia, vt dicit Ptolomæus, Sicilia Soli aſſimilatur, & leoni, ideo morantes in iſta parte ſunt principantes, & periti regiminis, benefici, communicatiui, & laudabilium operum imitatores.*** Hæc Syluagius. Præclara ſanè probatio, quæ profectò ad cetera facilem mihi munit viam. Et quidem Panormitanus ciuis libertatem amat, arma ſectatur, laborem non refugit.

Et certè libertatem amat. Gallorum internecio teſtatur, quam ſibi non induſtria modo, ſed ſummo etiam labore, ac ſanguinis effuſione comparauit. Quæ planè Siciliæ libertas a panormitanis ſumpſit exordium, hiſtoriæ loquuntur. hiſtorias conſule. Arma ſectatur. Panormitanus miles glorioſus, cum militiam ita profiteatur, vt in diſtringendis gladijs, explodendiſq; ſclopis vix certè ſibi noſcat parem. Victoriæ ab equitibus Panormitanis terra, mariquè comparatæ preloquantur. Nulla .n. ferè mundi pars eſt, nullus maris ſinus, qui non minus ſudore, quam Panormitani Ciuis irrigatus, tinctuſquè cruore non ſit. Fuſius ſuo loco. Laborem non refugit. Solis .n. patiens, vmbræ negligens, balneorum neſcius,

æquè

æquè ferens frigoris iniurias, & caloris, cibo moderatiore contentus, qui non erubescit fossam ducere, reparare aggeres, ferre lapides, & cæmentum, lignorumquè materiam comportare. *Periti reginis*. Quot .n. duces, quot Vrbium præfectos, quot Prouinciarum moderatores Panormitanæ Vrbis peperit sinus? Non Sicilia, Siciliæquè Ciuitates modo, sed ipsa etiam Italia, ac Flandria fateatur. Qui cum suo recensendi loco iam sint, vt aliò sermonem conuertamus, monent.

Nitidæ, mundæ, ac magnanimæ. Si .n. panormitanam iuuentutē quouis tempore contempleris, in ea quidem non fucatus, sed naturalis, ac elegans inest nitor, qui planè omnes sic allicit, vt eos, si qui forte sint, a fera, agrestiquè vita ad hunc humanum cultum, ciuilemquè deducat. Et licet qui intestino, grauiquè odio in eam affecti hanc corporis elegantiam panormitanæ iuuentuti vertant ignominiæ, cum ijs effæminatum quid, ac molle videatur; errant tamen & maxime, cum vel clangentibus lituis, vel ingruente belli tempestate non ita quidem est assueta delitijs, vt omnem ornatum repente non deponat, gladium non stringat, galeam recuset, clypeum non ferat, loricæ onus non sustineat, ac belli aleam non subeat. de animi .n. virtute non dubitat. Iure illud Procopij hoc loco in Panormitanam iuuentutem cadit. *Bonus miles propriæ tantum virtuti confidit, ignauus vero alterius*. Magnanimam verè dixeris Panormitanam iuuentutem. Cum .n. septemtrionalis Panormi sit plaga, non ingeniosos modo, sed magnanimos etiam Panormitanos Ciues esse oportere quis non videat? Vtrumquè Vegetius complexus egregiè. *Constat*, ait, *in omnibus locis & ignauos, & strenuos nasci. Sed tamen gens gentem præcedit in bello, & plaga cæli ad robur non tantum corporum, sed etiam animorum plurimum valet. Omnes nationes quæ vicinæ sunt soli nimio calore siccatas, amplius quidem sapere, sed minus sanguinis habere dicunt; ac propterea constantiam, ac fiduciam cominus non habere pugnandi; quia metuunt vulnera, qui se exiguum sanguinem habere nouerunt. Contra septemtrionales populi remoti a solis ardoribus, inconsultiores quidem, sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de temperatioribus legendi sunt plagis, quibus & copia sanguinis suppetat, & vulnerum, mortisquè contemptus, & non possit deesse prudentia*. Hæc Vegetius. Propria quidem Panormitanæ iuuentutis laus. Ita sectatur pacem, vt sit prorsus inimica certaminis. *Sapientis .n. est a bello abstinere*, ait Xenophon.

De bello vandal. lib. 2.

lib. primo cap. 2.

de bello Græc. l. 6.

Aened. xi.

Nulla salus bello.

At vero cum tempus, ac necessitas postulat sic cum hoste confligit, masculamq; animi virtutem hosti ferocienti sic præfert suam, vt mortem seruituti, ac turpitudini anteponat. Iure ergo Panormitana iuuentute in bellis conficiendis sunt vsi Romani, quippe qui cum de eorum animi magnitudine periculum fecissent, nullam certè aliam ea vel fideliorem, vel bellicosiorem inuenisse testati; eamq; singularem, inauditamquè victoriam, quam contra Carthaginienses Metello duce, Panormi reportarunt, Panormitanorum virtuti, ac magnanimitati adscripserunt. Quorum plane consilium, ac sententiam annis consequentibus cum essent omnes fere Duces vel qui in Flandriæ, vel qui in Italiæ finibus cum hoste signa contulerunt, secuti Panormitanos milites habere tota animi contentione desudarunt, cum ita maximè ij eorum singulari, exploratæquè virtuti confiderent, vt de victoria nullo modo desperarent. Enucleatius plura libro tertio. hæc primoribus, quod aiunt, degustasse labijs sint satis.

Et in bonis tandem operibus, ac fidelitate versantes. Quod .n. opus non arduum, non egregium, non præclarum Panormitana Iuuentus non molitur? quodnam planè facinus non aggreditur, quod viros non deceat? quidnam profectò cogitat, quod æternitati adscribendum non videatur? De Panormi vero fide nihil attinet dicere, cum Carthaginienses non ignorent, cum Romani fateantur. Panormus .n. cum totam se se Carthaginiensibus tradidit, ita ijs seruauit fidem, vt æmulæ semper Romæ fuerit infensissima, vnaquè Panormus sic Romanos decertando distinuit, vt in Panormum vnam totas vires S.P.Q.R. effudisse sit visus. Contra vero cum in Romanorum redacta ditionem, sic secuta partes Romanæ Reip. est, vt pro retinenda illius dignitate, gloriaquè amplificanda cuiuscumq; belli aleam subire ingenita quadam magnanimitate non dubitarit. Historias consule. Quod si ad superiora sæcula, quando in regiæ Panormitanæ Vrbis theatro tamquam in orbis terræ solio Reges immorabantur, aliquantisper oculos inflexeris, sic Regibus obsequẽtes, ac fideles suis Panormitanos intuebere, vt regijs characteribus immortaliter a Regibus, ea satis cognita, perspectaquè virtute dilaudentur. Ecce tibi Regij in suis diplomatibus exarati characteres. Sed consiste amabo te mi lector. Haud me fugit hæc me diplomata superius interpretatum, eam, nisi forte me mea fallat opinio, patiuntur interpretationem. Eadem nunc planius legito, contemplator. Fæcundæ sunt, varijsquè refertæ Regum sententiæ argumentis. Grandioribus est hæc characteribus in Metropolitana

na Ecclesia in tabulis exarata marmoreis, affixaque parietibus iam habes. vnicuique sunt peruia. adito. In eorum altero.

Fredericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, &c. Considerantes igitur expertam fidem, & grata seruitia, quæ vos Ciues Panormi FIDELES NOSTRI *prædecessoribus nostris felicis memoriæ, & nostræ celsitudini deuotè satis, & fideliter semper exhibere curastis, & quæ in antea poteritis exhibere. Attendentes etiam qualiter pro fidelitate nostra seruanda eo videlicet necessitatis articulo, quando præ turbatione Siciliæ* RARA FIDES ERAT IN ALIIS, ET FIDE SINGVLI TITVBABANT, *non solum rerum vestrarum dispendijs, verum etiam personarum pericula constanter & fideliter pertulistis &c. Dat. In felici Vrbe Panormo per manus Gualterij Regni Siciliæ Cancellarij anno* 1020. *Mens. Sep.* 4. *Ind.*
In altero vero.

Fredericus Cæsar Dei gratia &c. Rex Siciliæ &c. Considerantes grata, & accepta seruitia, quæ semper nostris Prædecessoribus recolendæ memoriæ, & nostræ Celsitudini TEMPORE PVERITIAE NOSTRAE *fidelitate lucida exhibuerunt, & de cetero exhibebunt &c. Dat. in felici Vrbe Panormo anno* 1221. *Mense Septembris* 10. *Ind. Imperij nostri anno primo, regni Siciliæ anno* 24. *feliciter Amen.* Illud autem aduertas velim, quod tam in primo, quam in secundo diplomate Fredericus huiusce nuncupationis secundus confitetur. Illud magnum quid sonat. *Attendentes etiam qualiter pro fidelitate nostra eo videlicet necessitatis articulo, quando præ turbatione Siciliæ* RARA FIDES ERAT IN ALIIS, & FIDE SINGVLI TITVBABANT &c. Hoc vero inauditum quid, ac præcipuum docet. *Considerantes grata, & accepta seruitia, quæ semper nostris prædecessoribus recolendæ memoriæ, & nostræ Celsitudini,* TEMPORE PVERITIAE NOSTRAE *fidelitate lucida exhibuerunt &c.* Vtrumque nobile, vtrumque magnum dicendi genus. Vtrinque non vulgaris laus, vtrinque singularis gloria. Quæso te ex Siculis annalibus recognoscas. Ea sic habent; *Comes Rainerius de Fortiario aliquandiù tenens pro parte Domini pupilli Siciliæ regnum se rebellauit postea contra dictum pupillum cum omnibus Siculis, tamen Panormitanenses, qui tantum tenuerunt dictam Vrbem Panormo pro dicto Frederico, nutrierunt eumdem Fredericum; nunc vnus Ciuis vna hebdommada, alter vno mense; & sic deinde successiuè, donec fuit effectus ætatis fere annorum septem.* Hæc ibi. *Sicil. annal.*

Liceat hoc mihi loco omnium pace miris efferre præconijs panormitanam fidem, cum ea planè virtus sic in Ciuium animis insedit, vt non solum pro tuendo regno vnus dumtaxat panormitanus Ciuis humanus, officiosus, liberalis pro suo Frederico Rege ab

popularium omnium officijs deserto retinuerit officium, arma distrinxerit, certarit, ac vitam morti præposuerit, sed etiam pro Frederico seruando tantum prætulit beneuolentiæ, vt septem integros annos & eum diligenter, studioseq; educarit,& ab omni mortis imminente periculo liberarit. Nullum .n. officium est tam sanctum, nullum tam solemne, quod non aliquando comminuat, non violet auaritia. Hæc fides, hic amor in vno dumtaxat populo panormitano sic eluxit, vt Rex beneficij haud immemor & panormitanos fideles suos vocet, & titulo fidelitatis lucidæ præstantes illustret. Quasi vero ea tempestate alter alterum ad Infantem educandum, alendumque Regem inuitaret, alter alterum in obsequio, beneuolentiaquè præstanda verbis incenderet,& alter alterum ad singularem, perpetuamquè custodiam, ac vigilantiam Regis excitaret. Haud immerito igitur hasce Frederici Regis literas publicis in æde maxima parietibus affigendas Panormus duxit, vt si annorum consequentium obliuione tanti beneficij memoria deleretur, publica isthæc monumenta ex obliuionis eam tenebris in lucem euocarent, dequè ea pæne rursus enascente sic loquerentur, vt de tanti facinoris laudibus nulla vnquam ætas, nulla gens, nulla natio conticesceret.



CA-

CAPVT X.

De Montana Regis effigie.



CAROLI V. Imperatoris Max. Augustissimi ex Panormitana Vrbe proficiscentis, ac pontem ab Magno Siciliæ Admirato constructum superantis Regium in monte adumbratum caput sese conspiciendum oculis obiecit. Vnde pons ille ab conspecta imagine nomen traxit. Congruum planè fuit, vt Regis caput Regi obijceret sese, ne Vrbs regia, Rege abeunte, vel regiæ maiestatis imagine, vel regio consilio, sapientiaquè destituta videretur. Extat Naturæ penicillo depictum in procero, editoque monte Imperatorium laurea corona redimitum caput. Augusta frons, augustum supercilium, augustus & oculus ad ostentandam Regis maiestatem compositus, vt iure dixeris à Natura in ea montis parte tamquam in solio collocatum, vt non incolis modo, sed exteris etiam officiosa in Panormum iura perscriberet; & perscriberet quidem, nisi profecto linguæ destitueretur officio. Ex ea vrbis parte, quæ mari abluitur, summa cum omnium ferè Siculorum voluptate, summaque cum exterarum gentium admiratione conspicitur; & cui semel datum est intueri, sic eius animus mira quadam consolatione perfunditur, vt ad id contemplandum continere sese subinde non possit. Atque id vel eo consilio, vt opinor factum; cum .n. Panormitanæ Maiestatis gloriam satis olim, superquè Imperatores, ac Reges laudibus extulerint, ore prædicarint (vrbis .n. Regiæ, imperatoriæquè maiestas Imperatorum, Regumquè Maiestatem quæ laudet, quæ euehat, requirit) Natura, ne, quod ab Imperatoribus, ac Regibus factum, videretur infectum, in monte Regis adumbrauit effigiem, vt ex regio capite diuinitus existente maiestas vrbis regiæ declararetur. Et vt id intelligant omnes paulo longius rei demonstrandæ repetam exordium, & omissis, ne multus sim, syluagijs, Brancijs, Paternionibus, Fazelis, Ranzanis, Falcandis, Grassis, Cluuerijs, Octonibus Frigiensibus, Georgijs Graun, ceterisquè pæne scriptoribus, vt prætercam nostrates, qui vnanimi consensione Panormum Vrbem regiam, Regni caput, ac Regum solium appellare gloriantur. Ponam dumtaxat vobis ob oculos Imperatores, ac Reges, *in lib. de priuil. Pan.* *In suis allegat.* *Faz. de reb. Sic.*

Roge-

de pri. vrbis panor. In hist. reg. Sic. In sua collect. ex dipl. Roger. dat. panor. 1125. 15. May. Mess. 1159. Mẽse Iun. vij. Ind. Pan. 3. Id. Ian. 1191. 14. Indict. Neuibrich 1216. Mẽse Decembr. v. Ind. Cat. 1397. 20. April. v. Ind. Calatanix. 15. Iulij vij. Ind. 1445. Dre. 1535. vij. Ind.

Rogerium, qui Panormi Regum sedem fixit, edixitquè, vt Christianorum more Reges regio diademate PANORMI, & NON ALIBI ornarentur. Gulielmum cognomento Primum, qui PANORMVM nuncupauit THRONVM, AC SOLIVM REGNI SICILIAE, vt pote qui sicut ipse testatur, *regij diadematis nostri primitias in ipsa, & ab ipsa suscepimus*. Henricum VI. qui PANORMVM insigniuit hoc nomine, SEDES, ET CAPVT REGNI SICILIAE, in qua, vt inquit, *ipsius regni coronam primo portauimus*. Fredericum II, qui PANORMVM sic extulit CAPVT, ET SEDES REGNI NOSTRI. Martinum XIX. qui Panormum hac oratione immortalitati consecrauit, *Placet regijs maiestatibus, quod coronatio regalium fiat in vrbe videlicet primaria* PANORMI, *vt Rex Alphonsus declarat*. Carolum deniquè huius appellationis V. Imp. Max. vt de ceteris sileam, qui cum Panormum appulisset, iurassetquè se Regni diplomata, vt in Drepanitana primum Vrbe inuictissima perfecerat, se seruaturum, Messanam cum accessit, eo sese Sacramento noluit obstringere, quia cum diplomate loquor, *Iurauit in Vrbe Cæsar*. Vt vel ex his omnibus liquidò elucescat Panormitanam vrbem, quicquid blateret ille, vniuersæ Siciliæ, ita quidem Rege statuente Rogerio, dicendam esse, & Metropolim, & Regiam Vrbem, & Regni solium. Vidit, vidit Regiæ vrbis Natura præstantiam, vidit loci amænitatem, vidit aquarum, ac fontium abundantiam, vidit cæli clementiam, ceteraquè id genus, quæ exteræ nationes in vrbe contemplantur admirabundæ; rectè visum penicillo in Montis superficie tamquam in velo regale caput effingere, vt Panormus sicut a Regibus, ac Imperatoribus, sic à natura ipsa & Vrbs Regia, & Siciliæ caput eò regio capite probaretur. Cum ijs, vt videre iam videor, Natura contendit, qui gloriosum Aquilæ insigne rebus præclarè gestis Panormo communicarunt; vel ipsa etiam stemma suum die, noctuque considerandum omnibus præfert, Regium videlicet in procero monte cælatum caput, ne regiæ vrbis Maiestas, regiaquè dignitas delitescat, & Aquilæ penna obsecundantibus Inuictissimorum Regum auspicijs vbiquè terrarum disseminet, ac spargat. Est ita magnum, ac præclarum Vrbis panormitanæ decus, vt breuibus huiusce loci angustijs contineri non possit. Et quidem suum ab Imperatoribus non abs re stemma præfertur, hoc .n. ad exprimendum mentis fætum proponitur. Lege Veterum annalia, si placet, Regum hierogliphyca scrutator, atquè euoluito, si lubet; in quibus profectò plura de insignibus sic leges, vt nihil ad rem certè præstantius, nihil ferè diuinius. Leges quidem non pauca. Et plane qua in Regum

ſceptris inſidentem Aquilam, vt ſicut Ariſtophanes teſtatur eo Reges hierogliphyco Iouis eſſe liberos fateantur; & quod Mantuanus de Muſis ceciniſſe perhibetur, de ſibi ipſis omnino dictum velint.

Ab Ioue principium Muſæ.
Ab Ioue principium Reges. Virg. Ecl. 3

quod & videtur innuiſſe Iuuenalis.

Da nunc & volucrem ſceptro, quæ ſurgit eburno.

Ex eburno, inquit Prudentius, *ſumit arrogantiam*. Qua vero bicipitem a ſolis explicatam, prælatamque Imperatoribus, vt nemo ſit, qui neſciat, quin ad eos dumtaxat tam ad religionem ſeruandam, atquè promouendam, quam ad populares gubernandos, tractandoſquè ſpectet propugnatio. Vel mauis, quod hæc Imperatoribus immineat cura & Orientis & Occidentis regionem adminiſtrandi, ſeruandiquè ab omnibus vtrumquè periculis. Qua deniquè ſolam Aquilam leges, vt ex eo hieroglyphico ſuam omnibus generoſam, regiamq; indolem non obſcurè vel agnoſcendam, vel prædicandam declarent. Neque .n. in ſordidis pectoribus ea virtus radices agit, atque propagatur, cum regium ſit & velle, & poſſe. Quod cum ita ſit non quidem forte fortuna hoc regale, atquè imperatorium caput Natura depinxit, ſed ex induſtria eo loci collocauit, vt vltro, citroquè commeantes aduenæ regia regij capitis maieſtate regiam vrbis Maieſtatem, gloriamquè venerentur. Nec vllus profecto ſit, qui forte in eam montium partem oculos conuertat, quin etiam ad Vrbem ſumma cum alacritate conuertat, vt ex vnius gloria, huiuſce gloriam & agnoſcat, & prædicet. Cum mecum ipſe repeto, ac tacita cogitatione percurro ceterarum Vrbium opportunitates, & commoda vel nobiliſſimum nobiliſſimæ Syracuſanæ vrbis portum ad illius celeberrimæ Vrbis dignitatem commendandam à natura depictum, vel Drepanitanæ Ciuitatis ſinum ſuapte natura tum ad ſeruandos Ciues, tum ad repellendos hoſtes communitum, vt inde inuictiſſimo Vrbis nomine iure perfruatur. Miror quidem. at hunc Panormus iam inde ab enaſcentis orbis, & Vrbis exordio habuit quidem. Mira planè felicitas. At iſta, dicet quiſpiam, perpetua, conſtanſquè non fuit, ſed ab ipſamet natura, quaſi beneficij pœniteret, interrupta, cum huius mirificiſſimi portus veſtigium vix ſuperſit

perſit vllum, ſed ab ipſiuſmet vrbis ſolo, & ædificijs oppletus ſit. Non fuit, non fuit hæc felicitatis auerſio, ſed potius prius beneficium altero conduplicatum. Scilicet ne ſe ſolum naturæ donis Panormitana magnitudo iactaret, datus eſt induſtriæ, ac magnificentiæ locus. Obrutus eſt ille portus a natura conformatus, vt moles illa admirabilis æquè, ac magnifica attolleretur in mari, quæ ipſi naturæ miraculo eſſet, ac propè inuidentiæ. portus, inquam, ille tam magno ſumptu, atquè opere iactis in altum molibus, & contracto mari ædificatus panormitanæ maieſtatis mirumquantum eſt incrementum, & argumentum; quæ cum Romana non immerito compa-

Hor. l. 2. Car. rari poſſit, a qua ſubuerſi montes, & maria conſtrata, Bayſquè maris obſtrepentis, vt cum lyrico loquar, ſubmota litora prædicantur. Et quamuis illæ ſubſtructiones vt inſanæ a ſcriptoribus notari videantur, quod eſſent nimiâ priuatorum hominum prodigalitate,

Plin. l. 36. & opum oſtentatione ſuſceptæ, Panormitanæ tamen Reip. hoc opus publico ære excitatum, ac prope perfectum non niſi magnificentiæ, quæ virtus eſt regia, laus eſſe & induſtriæ poteſt. Imo vero cum celeberrimis illis potentiſſimorũ Monarcharum operibus iure conferendum. Etenim ſi Xerſes ad commodiorem claſſis nauigatio-

Plin. l. 4. nem montem Atho perfodit, Panormus ad tutiorem nauium ſtationem effodit Erctam. Si ille idem Helleſponticum fretum cohærentium inter ſeſe nauium ponte ducto continens propemodum effecit, Panormus continenti producto maris Tyrreni coarctauit ſinum. Si magnus ille Alexander, ſi Auguſtus Imperator pontem Araxi fluuio vel indignanti ſuperſtruxere, Panormus portum contra fluctus, ac ventorum ipſas exaſperantium furias in mari produxit. Neque vero ſolum panormitanæ felicitati obſecundauit, & maieſtati paruit mare, cum tam commodum aptauit ſitum, ſed etiã vllum tam congruum, tamquè opportunum explicauit ſinum, vt in importandis, exportandiſquè mercibus tota portus eſſet Vrbs panormitana.

Stet igitur Panormitanã Vrbẽ ſi minus hoc tẽpore natura, at certe, elaborante ingenio, atquè operatoria potentia portũ conſequutam. Verum .n. verò cum mecum ipſe contemplor hoc dumtaxat vnum naturæ laborantis opus Panormi tantummodo collocatum, nihil mihi aliud ſcribendum occurrit, quam vel ab ipſius enaſcentis Siciliȩ incunabulis Regiam Regum vrbem, Imperatoriam ſedem, Vrbium Metropolim ab natura ipſa delectam, ac deſignatam fuiſſe. Sicut igitur hoc vno naturæ prodigio, de quo fuſius infra, Vrbs Panormus vnica perfruitur, & gloriatur; ſic eadem, acclamantibus om

ni-

nibus, hominibus testantibus, saxisquè tacita quadam oratione fatentibus, & regiæ vrbis dignitate, & prima Metropolicę sedis gloria fruatur, & glorietur.

CAPVT XI.

De Regijs in Panormitano agro ædificijs.



TAmetsi pręcipuo munificæ Naturæ beneficio Panormitanus ager omnibus omnium rerum copijs abundantissimè ditetur; ex hac tamen parte, cum sit regijs insignitus ædificijs sua etiam laudatione non caret. cum Regum .n. liberalitate Natura decertat, & cum Naturæ prodigalitate Regum munificentia contendit. Natura Panormum donis cumulauit amplissimis, amplissimis etiam Panormum beneficijs Reges exornarunt. In ea locupletanda prodigam Natura se præbuit, haud auaros in ea characteribus illustranda se Reges præbuerunt. Quocumquè oculos intorseris Naturam elaborantem videris, quocumquè etiam oculos conuerteris Reges eam nobilitantes inspexeris. Dignum planè certamen Conchæ Aureæ theatro. locus in Sicilia vniuersa nec aptior, nec satior. Intus Naturæ maiestas, foris & eiusdem amplitudo. vtrobiquè etiam & Panormus maiestatem præfert suam, cum vtrobique vel in Maiestatis solio collocata dominatur, vel Regum nobilitata vestigijs gloriabunda spatiatur. Quod si, vt supra innuimus, regium caput in procero monte Natura formauit, regia etiã Reges in Panormitano agro domicilia condiderunt, vt omni ex parte Panormus Vrbs Regia habeatur, illustretur, atque summis ad cælum vsque laudibus efferatur. Nunc pauca de his.

Et quidem si quis totum vel Cubæ, vel Azisæ opus, suaque partium distributione perfectum rectè consideret, facere non poterit, quin id certè dixerit ex regalis munificentiæ fonte profectum. In eo .n. quid non mirabile, quid non egregium, quid non regia maiestate dignum intueare? Nam si ædificij affabrè facti pulchritudinem respexeris, nihil ea formosius. Si structuram, nihil ea locupletius. Si piscinas, nihil ijs delectabilius; vt non immerito quis affirmauerit isthæc, ceteraquè omnia regiam suadere munificentiam.

Faz. l. 8. p. d. *Habebant*, ait Fazelus, *hinc atque inde* (Cubæ scilicet) *viridaria lauro, & myrto redolentia. Medium locum ab ingressu ad extremum vsquè porticus tendebat vna, sed longissima, sacellis testudinatis ex omni parte patentibus ad delitias Regum orbiculari opere extructis frequens: quorum vnum adhuc integrum restat. Piscina erat ingens in medio, in qua viui pisces coercebantur antiquo, quadrato, ingentiquè lapide mira crassitudine instructa. Quæ hodie incorrupta est, aquasquè solum & pisces requirit. Imminebant veluti & hucusque incubant, ædes ad solatia Regum magnifico opere conditæ, cum incisis ad verticem literis Sarracenicis, quarum interpretem hactenus reperire non potui. Ex vna huius pomarij parte, ne quid regij luxus deesset, animalia omnis ferè tum ad voluptatem, tum ad palatij delitias ferini generis abundè nutriebantur. At ea omnia collapsa sunt hodie, ac priuatis vineis, & hortis occupata. Pomarij tantum ambitus ob id, quod maxima murorum pars inuiolata penè permansit, dilucidè discerni potest. Cubam eum locum vt olim, ita & nunc Sarracenicè Panormitani vocant.*

Pomario huic in Septemtrionem ad quingentos circiter passus hortus alter regius erat proximus, cui Sarracenicè Zisa nomen adhuc est, domesticarum arborum fructibus, & aquarum etiam perpetuis scaturiginibus irriguus. Quo loco ædes etiam nunc regiæ lapide quadrato, candidoquè marmore, ac porphyrete, vermiculatoquè, & musiuo superbo nimis opere tument. Sarracenorum opus, quantum ex Sarracenica superius inscriptione, & ipsa quoquè structura indicari potest, ad Regum secessus, latebrasquè voluptuarias extructum: omnibus, quæ in Italia hodie sunt, regijs structuris facilè comparandum. Memorant Sarraceni rerum veterum peritiores Cubam, & Azisam Sarraceni cuiusdam Siciliæ Regis filiarum olim fuisse nomina, a quibus duobus his Regum pomarijs cognomenta desumpta sunt. Hactenus Fazelus.

Vbi hæc in Fazelo perlegi; mecum ipse statui vtrumquè rudi Minerua describere ædificium, ne vel temporum iniuriæ, vel nonnullorum negligentia aut dirutis ijs, aut pænè collapsis de panormitana maiestate nonnihil gloriæ derogarent. Admoueram operi manus. Opus elucubrando pænè perfeceram. Forte fortuna F. Albertus de Leandro Bononiensis in manus incidit; qui cum vniuersam Italiam, Insulasq; ei adiacentes adamussim describeret, Siciliam non omisit. legi, vidi quidnam de ea in eiuscemodi descriptione contineretur. & inter cetera vtrumquè egregiè descriptum ædificium, ne, vt inquit idem ibidem, vel temporum vetustate, vel Ciuium incuria tantorum ædificiorum memoria moreretur. Meam certè sententiam omnino deponendam, hanc mihi suscipiendam duxi,

duxi, vt exteræ gentes, atque nationes, cum id alieno stylo adumbratum, descriptumquè cognoscerent, non ex assentatione descriptum, vel ex animi affectione adumbratum sibi suaderent. Sed lectorum pace paulo altius id mihi liceat repetere, cum ex eo non solum quæ tetigimus, ac breuiter demonstrauimus, sed vniuersa planè totius panormitanæ vrbis descriptio breuissimis, italicisquè perstricta characteribus habeatur.

Scendendo, *sic ille exorditur*, al lito del mare, e seguitando il viaggio da Soloente, a Palermo vicino alla detta Città sei miglia che sono fra lo spatio di dodici miglia tra Solunte, e Palermo, come dissi, euui vna bella, vaga, e dilettosa pianura, ornata di vigne, e di campi fertili, ed ameni, ed abbondanti, massimamente di canne da gli abitatori del paese dette Cannamele, dalle quali si tragge il Zucchero, &c. Post paulo. Ma ritornando alla cominciata descrittione, dico, che seguitando questa pianura tanto fertile, e vaga ritrouasi la nobile Città di PALERMO gia de Romani Colonia, come dice Strabone nominandola Panormus, e così parimente la nomina Tucidide, Polibio nel primo libro, Diodoro nel terzodecimo, Cicerone nelle Verrine, Liuio nel ventesimo quinto, Procopio nel primo, e Tolomeo con molti altri Scrittori, come dimostrerò. Circa la edificatione di questa Città variamente parlano i scrittori. Alcuni dicono, che hebbe principio da Hermodono, il quale passò in quest'Isola da Spagna con venticinque nauili, ed hauendo sottilmente considerato tutta l'Isola, ed aggradendole questo luogo quiui edificò questa Città, e nominolla dal suo nome Hermoda. Altri dicono, che la Sibilla Cumana edificò, in questo luogo vn castello, e vi condusse poi, di diuersi luoghi molte persone, le quali, veduta l'opportunità del luogo disposto à dar ricetto alle naui addimandaronlo Panormo, perche i Greci chiamano Panormos la statione delle naui. Vero è, che i Panormitani altrimente narrano, il che più s'accosta al vero, la edificatione di questa lor Città, e dicono, che la fù edificata da Caldei, e Damasceni inducendo per lor testimonio vna pietra scritta di lettere Caldaiche posta sopra l'antica torre della porta delle Pratelle della detta Città. La cui sententia in latino è tale. *Non est alius Deus præter verum Deum, non est alius potens præter eundem Deum, non est alius victor præter eum, quem colimus, Deum. Huius turris præfectus est Saphu filius Eliphat filij Esau fratris Iacob, filij Isaac, filij Abraham. Turri nomen est Baych*. Dimostrano etiandio d'vn'altra pietra le lettere scritte, che si ritroua nella Città molto antica, le quali così si leggono: Viuen-

In descrip. Sic. f. 46. mihi.

uente Isaac filio Abrahæ ingens Caldæorum manus, quibus adiuncti sunt multi Damasceni, atque Phœnices prælitatores, ad hanc triangularem Insulam, & hoc amœno loco, quem Panormum postea dixerunt, sedes perpetuas locauerunt. A questa opinione s'accosta Pietro Marso chiosando il verso di Silio nel quartodecimo libro, doue dice.

Tergemino venit numero fœcunda Panormus.

il quale dice, che questa Città fu primieramente habitata da Fenici mercadanti, e che poi ella fù colonia de' Greci, ed al fine vi furono condotti habitatori da Romani. Queste sono adunque le opinioni, che io ho trouato del principio di tanta Città, la qual non è dubio, ch'è molto antica. E questa poi fù soggiogata da Cartaginesi, come dimostra Polibio, e Strabone nel sesto libro, doue narra, che Aulo Equilio, e C. Cornelio Consoli partendosi da Messina con trecento, e cinque Galee passarono a Palermo nemico del Romano, ed hauendolo combattuto e per terra, e per acqua lungo tempo, al fine per forza delle machine, e de soldati pigliarono quella parte nominata Napoli. Di che spauentati i Palermitani dell'altra parte si dierono a Consoli. E così fu tolta dalle mane de Cartaginesi la Città, e venne in poter de Consoli Romani, li quali postaui bona guardia, se ne partirono. Doppo ella fu tanto fedele al popolo Romano, che finita la prima guerra fra Romani, e Cartaginesi (la qual durò ventiquattro anni) ella fù fatta Colonia de detti Romani. Questa Citta meriteuolmente è cognominata felice per li grandi ornamenti a lei donati dalla potente natura, imperoche ella è posta in luogo opportuno, oue possano passare i Mercadanti tanto per terra, quanto per acqua. Ha l'aria piaceuole, e bene edificata, e con belli edificij ornata, si come in parte dimostrerò. Ha magnifico popolo, ed è la stanza di tutti quasi i Signori, e Baroni dell'Isola, e del Vicerè, e del consiglio reale. ed anticamente etiandio era la stanza de Re, e degl'Imperadori per la vaghezza del luogo. Abbonda di tutte le cose necessarie, e dilletteuoli. Ed in ogni stagione dell'anno vi si veggono nuoui frutti e nuoue dilicatezze dal fertile paese produtte. Onde si conosce la gran dolcezza dell'aria. Ne men però produce huomini di raro, ed illustre intelletto. Et infra. Ha Palermo il paese fertile, e diletteuole, ed è copioso di belli, e vaghi Giardini pieni con molto ordine di Cedri, Limoni, Naranzi, ed altri frutti gentili. Quiui da ogni lato scorrono i ruscelletti di chiare acque mormorando suauemente, e tra

quei giardini si veggono alcune Isolette artificiosamente attorniate dalle dette acque coperte sempre di verdi erbette. Quiui ritrouandomi io già della staggion del verno, e riguardando per quei dilettevoli luoghi estimaua questo essere nel tempo della primauera. E tra l'altre cose belle, che io viddi, fù vna nauicella di marmo lunga tre piedi nel mezzo d'vn di quei giardini sostentata da alquante picciole colonne in cima ad vna Isoletta dall'acque intorniata, su la qual nauicella erano per alcuni condotti mandate l'acque in tant'abbondanza, che scorrendo elle per la nauicella, mentre le persone a tauola poste mangiauano, conduceuano loro dauanti i vasi pieni di vino come lor piaceua. Cosa nel vero di molto piacere, e spasso. Taccio altri luoghi assai simili, che io qui viddi. Di questo tanto delitioso paese così scriue Silio nel decimoquarto libro.

Tergemino venit numero fœcunda Panormus,
Seu syluis sectare feras, seu retibus æquor
Vertere, seu cælo libeat traxisse volucres.

In questi versi mostra la bontà del territorio di questa Città, e come in quello si ritrouano selue molto commode alla caccia, ed il mare per pescare, ed altri luoghi per vccellare.

Breuissimis totam pænè habes vrbis panormitanæ descriptam characteribus, quam licet dissectam in partes supra proposuerim, hoc mihi tamen arrisit loco exteri hominis nullo stipendio affecti, vel pollicitatione permoti in medium afferre sententiam, vt consona veritati sit veritas. Tanta planè laudatio in externi hominis ore non modo non sordescit, sed, quibus vel pectus sapit, vel qui nulla prorsus animi affectione ducuntur, mirumquantum placet. Verum hæc obiter. Illa, quæ sequuntur, ad rem, aures admoue.

Sono oltre di ciò, sic ille prosequitur, lunge vn miglio da Palermo le ruine di due illustri palaggi col terzo pure in piedi, ma mal condotto per esser ora abitatione di animali.

Ex hac dicendi ratione animum candidum quidem, ac purum scribentis attende, quæ laudanda proponit, quæ pæne vituperanda non omittit. Et è fama, che fossero edificati da Mori, mentre che tennero la signoria dell'Isola soggiungendo, che cosi furono fatti da vn loro Re, il quale haueua tre figliuole, ed a ciascuna ne consegnò vno, si come si può vedere da quelche in piedi resta. Et erano tutti fatti con molta misura, proportione, e vaghezza. Trouan-

uandomi io quiui, e vedendo quel palazzo, che ancor si vede, esser fatto con grand'artificio, e spesa, deliberai di farlo designare quanto era possibile misuratamente descriuendolo poi a parte per parte per piacere delli curiosi ingegni.

Quoniam vero illud Azisæ ob eximiam, singularemquè pulchritudinem primas habet, primo loco describendum putauit.

Ha la facciata di lunghezza di piedi nouanta, e di sessantatre di altezza di pietre quadre molto artificiosamente insieme congiunte; sopra di cui vi è vn ordine di merli di altezza di piedi tre. Nel mezzo di questa facciata vedesi vna molto misurata porta alta trenta piedi, e larga la metà meno con gran magisteri fatta. Sostentano l'arco di detta porta due colonne di finissimo marmo per ciascun lato di piedi dieci l'vna computandoli le sue misurate basi, e capitelli, sopra delle quali da altre tanto sono le poste, che sostentano l'arco, ed il sott'arco della prefata porta. Dall'vno, e l'altro lato di detta artificiosa porta con pari spatio vi è vna porta minore il terzo della prima, anch'ella di pietre lauorate composta. Cinge questo edificio intorno vn ben lauorato architrauo, ch'è sopra d'ambendue le porti minori, il quale finisce al principio dell'arco della maggior porta da ogni lato. Sopra questo architrauo perpédicularmente, e sopra di ciascuna di quelle due minori porte veggonsi duoi fenestroni per lato alti per ciascuno venti piedi, e meno per metà larghi con vna proportionata colonna di marmo striata nel mezzo di piedi cinque computate le basi, ed il Capitello. La qual colonna sostenta due archi, sopra de quali vi è vna semplice fenestra di tre piedi in longhezza. E computando l'altezza dell'antidette colonne, gli archetti con questa fenestrella ritrouasi occupare da doi piedi, ed altre tanto si vede otturato insino alla sommità di detto fenestrone. Partisce questi duo fenestroni da ciascun de detti lati vna porta di pietra lauorata, che al quãto del muro maestro vscendo finisce vgualmente coll'Antidetto Architrauo. Sopra di cui dall'vno, e dall'altro lato della maggior porta vi è vn spigulo di pietra lauorata, che sale insino ad vno Cornisamẽto sopra delli quattro fenestroni sostentato, che lega intorno tutto questo edificio. Sopra di cui nel mezzo perpendicolarmente mirando in giù al colmo dell'arco dell'antedetta porta vedesi fondato vn gran fenestrone, e da ciascun de lati di quello sono tre fenestre di tanta altezza, quanto è quello, ma di larghezza meno. E detto fenestrone meno della metà è serrato, oue si vede vna picciola fenestra. le due vicine fenestre, cioè dalla destra, ed alla sini-

stra

ſtra ſono per terzo aperte, ma l'altre due da ogni lato ſono ſerrate oltra della metà.

Nella parte aperta vi è vna bella colonna di marmo, che ſoſtenta doi archetti; nel mezzo ſopra di quelli vedeſi vn'occhio di pietra lauorato. Poi nella ſommità della facciata ſcorgonſi li merli, con li quali è intorniato tutto detto Palazzo. Dalli lati è queſto edificio di larghezza per metà dell'artificioſa facciata. Egli è ben vero, che nel mezzo di detti lati eſce fuori per quadro piedi dieci. Ritrouanſi da ciaſcun di queſti lati tre porte di altezza, e larghezza di quelle due porte dalli lati della gran porta della facciata. Piglia il principio ſopra dell'Architrauo innanzi nominato, che è ſopra di queſte porte, vn gran feneſtrone ſopra la porta di mezzo, ch'è anch'egli meno otturato; e ſimilmente cominciano due altre feneſtre della miſura di quello in altezza, ma non tanto larghe ſopra di quelle due porte. Sopra poi della cornice è vn' altro gran feneſtrone parimente mezzo ſerrato con la colonnella nel mezzo, come di quell'altro diceſſimo. E parimente ſi ſcorgono da ogni lato d'eſſo tre altre feneſtre ſolamente per metà aperta quella di mezzo. E poi li merli in cima della muraglia come è detto. Fu fatto tutto queſto edificio di quadrate pietre con marauiglioſo artificio, benche hora ſi veda rouinare, e maſſimamente nelle feneſtrate. Entrato dentro per la maggior porta ritrouaſi vn Atrio longo piedi quindici, ſopra di cui innanzi detta porta la ſommità dell'arco di eſſa da piedi ſei euui vna volta indorata larga, e longa, quanto è la porta. E poi da ambidoi li lati per quindici piedi piglia la volta la forma della falce, come noi dicemmo. Paſſato queſto ſpatio molto ſi humilia, e così ſcorre per inſino al fine da venti piedi a forma di croce. Paſſato l'Atrio nell'oppoſito della prefata porta, vedeſi vn'altra porta di non minore larghezza, ed altezze di quelle. Similmente ſoſtentando il ſotto arco due belle, ed alte colonne di candido marmo da vn lato, ma dall'altro due altre vaghe colonne di ſerice brunito con i ſuoi baſi, e capitelli. E l'altezza di dette colonne computando le baſi, ed i Capitelli, ed il peditamento dieci piedi. Sono queſte coſe molto più artificioſamente lauorate, che non ſono quelle colonne della prima porta. Queſto ſotto arco tutto è ornato di finiſſimo muſaico. Più oltre incontraſi in vn quadro di ambito per ciaſcun di loro di piedi dieci. Ed in ciaſcun di queſti tre lati è vn picciolo ſacello, ch'eſce fuori di detto quadro due piedi, e mezzo. Il perche riſultarebbe la larghezza di tutto queſto ambito da quindici piedi, e parimente nella longhez-

za

za altretanto, stringendo dentro imperò il vuoto della Porta quanto occupano le sopranominate colonne. Da ogni lato di questi sacelletti ritrouasi vn Pilastro di pietra lauorato, oue è vna colonna di candido marmo di piedi cinque, computandoui le basi, ed il Capitello in piedi rizzata eleuata dal pauimento tre piedi; e così risultarebbe l'altezza di quei Pilastri annouerandoui anche doi piedi, che sono sopra de capitelli delle colonne dieci piedi, sopra delle quali è posto vn vago freggio con grand'artificio lauorato, che congiunge tutto questo edificio. Fra le poste, e gli antedetti Pilastri dal pauimento insino a questo freggio, sono le pareti tutte di eccellenti tauole di marmo crostate, le quali sono di larghezza vnze sei per ciascuna, e per longhezza piedi dieci; essendo anche fra l'vna, e l'altra li freggi di marmo rileuati, fra le quali ven'è vno di mezzo piede fatto alla musaica. Certamente cosa molto singolare. Sostentano gli antedetti Pilastri vna volta alla moresca costrotto, si come vna Pigna, ma concauata, cosa in vero molto artificiosa. In mezzo di quelli doi sacelletti, che sono dalli lati, e vno vsciuolo, e nella fonte doi artificiosi scaloni di bianco marmo freggiati molto sottilmente alla Mosaica. Nella sommità di ciascuno vna bella pigna di marmo. Nel mezzo delle quali da vn artificioso schifone di metallo esce gran copia d'acqua. E così questa chiara acqua con gran vaghezza de gli astanti cadendo sopra d'alcune striate pietre di marmo, da gran rumore, e mormorio scendendo per quelle pietre striate. Nel fine poi ragunandosi assieme passa per vno artificioso ruscelletto, come poi dimostraremo. Sopra dello Schifone, da cui escono dette acque vedesi vna bellissima Aquila da finissimo musaico compatta, sopra di cui si vedeno anche due vaghi pauoni sotto di vn bianco drappo, cioè vno per ciascun lato, e nel mezzo due huomini con gl'archi tesi mirando a certi augelletti, che sono sopra li rami di vn albero per saggittarli, cuopre tutto questo quadro di mezzo vna crosata volta. E tutto il pauimento di esso di quadrate pietre di bianco marmo; nel mezzo di cui passano l'acque dell'antedetta fontana per vno artificioso ruscelletto di candido marmo per poco ispatio, ed entrano in vn bello, e misurato quadro di quattro piedi, e mezzo per lato; pur anch'egli di finissimo marmo freggiato con alcuni curiosi lauori alla musaica. Il cui fondo è condotto a sei cantoni, fra le quali per le chiarissime, e transparenti acque veggonsi pesci finti di diuerse maniere alla musaica molto sottilmente composti, li quali secondo il mouimento delle chiare acque anch'eglino paiono muouersi.

Vscen-

Vſcendo queſt'acque anch'elle di quindi ſcorrono per vn'altro ruſcelletto ſimilmente fatto come il primo; ed entrano in vn altro quadro fatto parimente a ſomiglianza dell'altro, e di quindi al terzo con marauiglioſa delettatione. Da queſto terzo quadro anche per vn ruſcelletto paſſano queſte acque, ed alquanto paſſate per vn ſotterraneo cuniculo ſono condotte ad vna larga, e profonda Peſchiera edificata auanti a queſto palazzo, come poi deſcriueremo. In vero ella è coſa molto vaga, e diletteuole di vedere, ed vdire queſte freſche, e chiare acque di continouo precipitoſamente ſcēdere con tanto diletteuole crepito dell'antedetto Siphone, che caggionano nel caſcare ſopra dell'artificioſe, e ſtriate pietre, e poi ragunarſi aſſieme, e correre per detto bello ruſcelletto, ed entrare di quadro in quadro, e vedere rappreſentare quelle vaghe figure di muſaica, com'è detto. Egli è ben vero, che vicino al quadro di mezzo vi è vna miſurata pietra di candido marmo di piedi tre per lato, da quattro artificioſamente lauorati capitelli dal pauimento non molto alla ſoſtentata, ſopra di cui con gran piacere mangiare ſi può. Appreſſo di queſti diletteuoli luoghi, e con non minor delettatione guſtar ſi può il freſco vino portato con li vaſi dalle correnti acque per detti ruſcelletti per inſino a queſto quadro. Nel quale eſſendo condotti pare vogliono fra ſe combattere così agitati dall'acqua, o più, o meno ſecondo l'impeto delle correnti acque di eſſe. Inuero di quindi facilmente giudicare ſi può, foſſe queſto artificioſo Palazzo ſtato fatto da potente, ingenioſo, ed anche nobile ſignore. Vſcendo fuori di queſto luogo ritrouanſi doi vſci non molto grandi, cioè vno alla deſtra, e l'altro alla ſiniſtra, per li quali ſi paſſa per ſalire ſopra del Palazzo. E quiui veggonſi alcune ſcale fatte a limaca di trēta otto ſcaloni di ciaſcuna per inſino al primo ſuolo, oue ſi ritrouano per ciaſcun lato queſti edificij. Il perche narrando d'vn lato il ſimile ſi potrà intendere, che ſia dell'altro. Salito dunque alla deſtra per detta ſcala entraſi primieramente in vna ſala dodici piedi larga, trenta longa, e quindici alta. Nel cui capo ritrouaſi vna Camera di piedi quindici. Corriſpondono a queſto edificio quelli doi primi feneſtroni, quali diceſſimo eſſer nella facciata ſopra di vna di quelle porte dalli lati della porta maggiore. E da queſte due habitationi per paſſare all'altre due dell'altro lato della maggior porta, vedeſi vn adito di piedi quattro largo, che paſſa fra l'altezza della volta, che è ſopra della fontana, e la facciata del palazzo. Poi per vn'altra ſcala fatta a ſimiglianza dell'altra di ſcaloni trenta ſi ſaliſce, in capo di cui vi è vn chioſtretto

M di

di ſopra aperto all'aria di piedi dieci per ogni lato. E ſimilmente anche vn'altro dall'altro lato ſi vede. E di quindi ſi paſſa nel mezzo di tutto l'edificio ſopra della fontana, oue è vn chioſtro o ſia corte parimente longo, o largo venti piedi. In cui da tre lati veggonſi tre ſacelletti, cioè vno per lato di larghezza per ciaſcuno piedi cinque, e di dieci in longhezza, ſopra dè quali ſono le volte alla moreſca fatte, come inanzi dimoſtraſſimo. Son ſoſtentate le volte d'intorno di queſto chioſtro da quattro belle colonne di finiſſimo marmo di altezza di piedi dieci per ciaſcuna. ſpira nel mezzo di detto chioſtro l'aria. Penſo foſſero poſti in quei ſacelletti li Dei di detti pagani. Appreſſo di ciaſcuno di queſti chioſtretti vi è vna ſala di piedi trenta in longhezza, e tredici in larghezza, e ventitre in altezza. alle quali corriſpondono parte delle feneſtre, che diceſſimo eſſere ſopra del freggio della facciata, e parte di quelle, che ſono dalli lati dell'edificio. Sono tutte dette feneſtre con le colonnelle lauorate alla Moreſca. E ciaſcuna di queſte ſale ha vna cameretta congiunta, a cui correſponde vna di dette feneſtre. Si può paſſare di vna nell'altra ſtantia. Appreſſo delli doi chioſtretti dalli lati veggonſi le ſcale da ſalire ſopra la ſommità del palazzo, la quale tutta è coperta di bitume. Sono anche dette ſcale a lumaca di gradi trent'otto per ciaſcuna. Fu fatto molto artificioſamente detto aſtricato con il quale è coperto tutto queſto edificio fuori dalli chioſtri. Con tanto magiſtero fù fatto queſto edificio, che ſi vede tutto eſſer di groſſe mura fabricato, che ſono nella ſommità di groſſezza di piedi cinque, concatenato di groſſiſſimi traui di quercia fra le mura poſte, ſi come in più luoghi mezzi rouinati ſi vede. Egli e l'aſtrico di cui coperto l'edificio, come ho detto, fatto con grand'artificio, che non ſi può comprendere, oue ſiano li meati, per li quali ſcendano l'acque, che quiui dall'aria caſcano. Inuero, come ho ſcritto, è queſto ſuperbiſſimo, ed artificioſiſſimo edificio.

Huiuſce ædificij minuta planè, ac nimis exacta deſcriptio, vt vides; ſed illud certe me conſolatur, ac recreat, quod ea non ab Panormitani viri, ſed ab Itali ſcriptoris fonte profluxit. Nulla aſſentationis timenda eſt nota, nullum figmentum, aut commentum. tota tota fideliter exſcripta. quam vel ea ratione ductus latinitate non donaui, ne forte quis ſibi iſthæc omnia vel pèr hyperbolem dicta, vel ſcripta ſibi ſuaderet. Præclara, ni fallor, ætopeia, at res ipſa ætopeiam vincit. Qui fidelibus eam oculis non ſubiecerint, animis concipere non poſſunt. Sed alterum iam, eodem ſcriptore duce proſequamur. præit ille. nos pediſſequi.

Scendendo poi, ſic habet, dal detto palazzo vedeſi auanti la

mag-

la maggior porta per poco ſpatio vna vaga quadrata peſchiera creata dall'acque. Così ella è formata. Gira intorno ducento piedi, che danno cinquanta per ogni quadro eſſendo quadrata attorniata di artificioſe reticulari mura; Nel cui mezzo vedeſi vn bello, e vago edificio anch'egli di quadrata figura. A cui entraſi per vn picciolo ponte di pietra nel capo del quale vi è vna porta, per la quale ſi paſſa in vna ſaletta di dodici larga, e ſei longa, voltata in croce con due feneſtre cioè vna per ciaſcun lato, dalle quali ſi poſſono vedere li viui peſci per l'acque nuotare. Poi di quindi ſi paſſa in vna miſurata, ed artificioſa ſtanza di larghezza di otto piedi, e larga dodici. E quiui ritrouanſi tre belle, e miſurate feneſtre cioè vna per ogni lato, e nella fronte la terza, che mira al palazzo. Nel mezzo di ciaſcuna di eſſa ſoſtenta doi piccioli archi vna ſtriata colonnella di finiſſimo marmo. Cuopre queſta ſtanza vna ſuperba, ed eccellente volta alla Moreſca lauorata. Il pauimento di lauorate pietre di marmo molto diligentemente compoſto ſi vede, benche ora gran parte di eſſo e rouinato. Quiui in queſta habitatione ſi preſentauano le ſignore, e dalle feneſtre pigliauano ſuoi piaceri vedendo vargare li peſci fra l'acque chiare. Nell'altra habitatione rimaneuano le loro donzelle, le quali poteuano anch'elle da quelle due feneſtre hauere parimente ſimili delettationi. Nella peſchiera ſi poteua ſcendere per alcuni ſcaloni di marmo. Intorno a eſſa peſchiera eraui vn vago giardino di limoni, cedri, Naranzi, e di altri ſimili fruttiferi alberi, di cui alquanti veſtigi ancor ſi veggono per vna parte delle rouinate mura, dalle quali era intorniato. Ancor ſi ſcorgono in queſti contorni aſſai veſtigij di edificij, ed anche parte di eſſi in piedi, per li quali ſi può giudicare foſſero quiui grandi, e ſuperbi edificij ſi per ſeruiggio della famiglia delli Signori, come per hoſpitio delli foraſtieri, che di continouo veniuano ad eſſi. Inuero io credo non poſſa verun animo generoſo vedere queſti edificij parte rouinati, e parte che minacciano rouina ſenza graue diſpiacere di animo. Parimente io credo fuſſero quegli altri due palazzi, li quali quaſi totalmente rouinati giacciono non molto da queſto diſcoſti. Aſſai ſono dimorato nella deſcrittione di queſti edificij vſcendo del principiato noſtro intento; pur è paruto a me di deſcriuere queſto edificio per ſodisfattione de curioſi ingegni, ed accioche mancando tanta fabrica, come minaccia per nõ eſſerui alcuno di animo generoſo, che la conſerui nõ potendoſi poi veder in piede almeno rimanga la memoria nella ſcrittura. Hactenus ille, & nos cum illo hactenus.

Illud vero monitum hoc loco te volo, quod licet hæc ædificia sint aliqua ex parte hodierna luce collapsa, sua tamen pulchritudine, ac maiestate non carent; cum in ijs regiæ, auitæquè vestigia nobilitatis elucescant; quæquè suapte sponte restantur Panormitanæ Vrbis gloriam ita singularem existere, vt gloriosior, vbiquè videatur. Vidi antiquissimum M.S. apud Hæredes D. Iosephi Caggij S. Nicolai ab Albergaria Parochi vitæ integritate, ac doctrinæ excellentia præstantis. Legi arcem illam Fonti maris dulcis propemodum imminentem temporis diuturnitate dirutam, cuius tantum hodierna die vestigium extat, a Sarraceno Rege constructam; cui filiæ sibi carioris ille indidit nomen. In huiuscerei inuestigationem adhibui summam diligentiam, plurimos dies, noctesque plurimas elucubrando consumpsi. Non inueni. præclarior cæteris cum sit locus, maximisque delicijs refertus id suadet. Locus regius est; ac ædificij vestigia, quæ non exiguam terræ intercapedinem continẽt, & coercent, regiam commendant liberalitatem. Arx aquis septa balneas, piscinasquè gremio confouebat suo, ad quas Rex vel lauatum, vel expiscatum cum veniret, per varios ædificij meandros delitescentibus gradibus in ea loca deueniret. In ea obsoleta papyro hæc. Autumant nonnulli extare libellulum, qui Siciliæ Itinerarium inscribitur, ab Hebreo exaratum, in eoqne legisse Regem vna cum liberis, ac vxore in cymba ex ebore facta expiscari solitum. Is nunquam ad me peruenit. Sit penes eos fides, neq; .n. incerta scribẽda pro certis. testis dumtaxat auritus, non oculatus. De Cuba meminit Boccaccius in Decamerone, & cum eo pleriquè alij, quos, si iubet, consule. Atque hæc de ædificijs sint satis.



CAPVT XII.

De templis in panormitano æquore constructis.



NEC abs re quidem est, recensitis iam regijs ædificijs templa etiam in panormitana planicie vel a Regibus, vel a ceteris Regum vestigijs insistentibus, (regium .n. panormitanum genus est) extructa breui orationis anfractu vel proponere vel describere, cum semper ex vnaquaquè re panormitanę vrbis regia maiestas luculenter existat. Et debebatur planè Aureæ Conchæ templorum decus, ac ornamentum, cum ea tamquam adamantini lapides eiusdem aureæ Conchæ monile; perinde .n. græcum hoc verbum ὅρμος sonat, siuè regium caput collustrent, comant, coronent.

Atquè vt hinc prosperè, ac feliciter ordiamur satis scio in Guilelmi secundi Circo illo regio, seu saltu, quem hodie communiori vocabulo Parcum populares appellant, Guilelmum Regem venationi frequenter indulsisse; qui profectò cum id temporis multiplices ferarum fætus aleret, ac educaret, singularem venaticis canibus prædam offerret, ac præcipuam Regis animo delectationis materiem suppeditaret. Hoc ergo loco progrediente tempore a Friderico secundo Siciliæ Rege templum est conditum, ac D. Mariæ sacrum, quod Cistercienfis familiæ sacerdotes colunt. In huiusce templi parte Virginis Deiparæ simulacrum visitur aspectu augustius humano. Sacram illam ædem nemo adit, quin suplex Virginem adeat, ac pietate commotus lacrimas pietatis non effundat. Cænobium illi adiunctum in præcælso, editoque colle collocatum. Hic summam aduentanti voluptatem creat locus. is .n. cum & cæli clementia, & volucrum concentibus, & florum odoribus, & arborum varietate exornetur materiem voluptatis subministrat, & ad deponendas curas omnes cordis tyrannides inuitat. Totum panormitanum æquor vno lustratur aspectu, vnoq; aspectu varijs, iucundissimisquè rerum ferè omnium imaginibus affatim aduenæ, incolæue desiderium satiatur. Vndequaquè fontes erumpunt, vndequaquè etiam, vt innui, vernat & auis, vt post haustum beneficij non immemor loci delitium cantu reddat amænius, vel loci delitium

tium ingeminato carmine consalutet. In eo nihil est, cur quispiam desideret.

d.p. l. 8. E regione respondet Mons Regalis, *vbi*, ait Fazelus, *templum est ingens, musiuo opere, ædiumquè superbissimarum structura toto orbe celeberrimum, magnificentissimumquè D. Mariæ sacrum, & Cænobium D. Benedicti Sacerdotibus adscriptum, quod Guilelmus secundus Siciliæ Rex magnis impensis loco iuxta Bulchar Sarracenorum Pagum paulo supra Sanctam Kiriacam a fundamentis erexit omnibus fanis non solum Italia, sed toto etiam terrarum orbe excitatis eo genere structuræ præferendum; vbi statum tantæ, tamquè insignis fabricæ, maiestatisq; templi admiratione, Regis præterea frequenti accessu, ac incolatu, accita rerum nouarum auida multitudo, oppidum pro initijs suis, Panormiquè tam illustris Ciuitatis vicinia non contemnendum effecit. quod eiusdem Regis liberalitas paulo post in ciuitatem Metropolim concedente Lucio Tertio Romano Pontifice euexit. Hic locus hortorum amænitate liquidis fontium planè manantium aquis, & suauissimo in totam panormitanam sibi subiectam planitiem, omnemquè vrbem ipsam, ac mare Tyrrhenum prospectu, aërisquè clementia pulcherrimus cum esset, & ob frequentes Regum secessus, qui se animi relaxandi gratia eò conferre solebant Mons Regalis iure optimo appellatus.* Hæc ex Fazelo. Breuioribus iam notis, rudiquè, vt aiunt minerua templum huiusce vrbis descriptum considerasti, considera quæso nunc mecum illud ipsum ex P. F. Leandro Alberto paulo accuratius, ac diligentius adumbratum; vt, si terrarum orbis tantam tanti templi maiestatem, tam singularē, tantamquè Regis munificentiam si minus potest oculis inspicere, adamussim literis expressum, characteribus efformatum contempletur. Quæ sanè magnificentia cum pænè sit toto terrarum orbe singularis, singularem etiam vrbi Panormitanæ affert laudem, cum id fuerit tum a pio, tum à præpotente Rege constructum, qui suum in Conchæ Aureæ theatro domicilium collocarat, eoquè loci, in quo assuerat animi curas, molestiasq; subinde deponere, ne diuinis se rebus orbaret, sacellum quasi agreste sibi condiderat, quo nihil, vt dictum est, orbis terrarum vel magnificentius, vel par fortasse cognoscit. Ne igitur diutius præstolantē F. Leandrum Albertum Italum detineamus, aures commodemus. consentaneum .n. est, vt quiuis humanam hanc exteri hominis ex longinqua regione aduentantis orationem benignis auribus accipiat, ac ceteris, si qui sunt, qui obstreperent, silentium imponat.

Sopra Palermo, sic exorditur ille, *quattro miglia vedesi su quelli ameni, e dilletteuoli colli il picciolo Castello di Monreale da latini Mons regalis,*

galis, nominato, edificato gia da Guilelmo il buono Re di Sicilia dal legnaggio de Normanni per ristorare i danni dati dal suo Padre a popoli; volendo che questo luogo fusse ricetto de poueri. E non contento di ciò vi aggiunse vna molto superba chiesa con vn Monastero consegnandoli di buone entrate per sostentare alquanti monachi, li quali continuamente hauessero quiui a lodare Dio, e pregarlo per la salute sua, e de' suoi, si come dice Raffaello Volaterrano nella Geografia de Commentari vrbani. Vi è dunque il tempio, se ben non è molto grande di edificij, di preciosità e nondimeno da potersi pareggiare con ciascun' ornatissimo, e pretiosissimo, tanto per la materia, quanto per lo magisterio. E certamente, (auuenga che egli sia in parte guasto) dimostra che fusse opra da Re magnanimo, e di grande ingegno. Non mi sarà dunque graue per li curiosi ingegni descriuere tanto degna opera più breuemente sarà possibile. Prima egli ha vna molto bella, ed artificiosa porta di marmo, ed entrato nel tempio per quella si appresentano due ordini di colonne di smisurata grossezza di finissimi marmi, che sono noue per parte, le quali sostengano l'alte mura crustate di musaica parte fatta a figure, e parte designate all' Arabesca, onde viene ad esser questo tempio in tre naui distinto. E copriua gia queste naui vn ricco, e nobil tetto conueneuole al rimanente del edificio, ma ora è coperta poueramente di legno colpa della neglgentia, ed auaritia di coloro, a cui è stato raccomandato il tempio. A man destra di quello si vede vna ben misurata colonnella di porfido fermata sopra la sua base, la qual sostenta vn bellissimo vase di Iaspide, la cui rotundità è di dieci palmi di misura. Oue si conserua l'acqua del battesimo. Più auanti precedendo veggonsi le mura del coro fatte di sei gran tauole di lustrato porfido, larghe ciascuna due piedi, e mezzo, e longhe dieci. Tre ne sono da vn lato, e tre dall'altro. Nel mezzo e la porta di finissimi marmi composta. alla cui destra è vna superbissima capelletta dedicata a S. Giouan Battista; la cui pretiosa, ed artificiosa volta da dieci colonne di porfido longhe dieci piedi per ciascuna (computandoui però le loro basi, e capitelli) è sostenuta. Sopra l'altre fatto di pietre pretiosi vedesi l'imagine di S. Giouan Battista di marmo da ottimo statuario formata. I pareti d'ambendue i lati del Coro di fuori sono diuisati di marmo biãco, e nero. tutto il pauimento tauolato del tempio si vede di pietre pretiose di diuersi colori composto a somiglianza di figure di huomini, e di diuersi animali, vccelli, alberi, foglie, ed altre cose molto nobilmente lauorate. Ed essendo gli anni passati parte di questo pauimento guasto dalle pioggie, che scendeuano per la rouina del tetto, di nuouo l'Arciuescouo, che vi era Spagnuolo, huomo religioso, da singolari maestri fece non senza sua gran spesa ristorare come si vede. Ella è nel pauimento del Coro, oltra che egli è tutto composto di diuerse pietre pretiose alla musaica con diuerse figure in guisa,

che

che accompagni l'altre parti del tempio congiunte a questo che vi si veggon quindici pietre pretiose ritonde di larghezza ciascuna per diametro di tre piedi, delle quali due sono di chiaro verde, del quale colore niun'altra pietra mi raccordo hauer veduto mai. Le tredici sono di bel porfido. E sono queste ritonde pietre legate di raro artificio. oltre il coro euui lo spatio fra quello, e la maggior cappella tanto lungo, e largo, quanto il coro, si come disegna vn quadro perfetto. e di pareti dall'vna, e dall'altra parte sono quattro ale, e grosse colonne di marmo, a cui si appoggiano. Nel mezzo di questo suolo fatto, com'è detto di pietre pretiose vedesi vn ornatissimo compasso. poi si scorge l'altissimo Nicchio sopra il maggior altare molto ben proportionato. Ed è tutto questo edificio dal pauimento in sù per fino alla volta crustato di marauigliose tauole di marmo bianco venate di nero, sopra le quali appare vn'ingegnioso freggio, il qual comincia sopra i capitelli delle due vltime colonne, e seguita legandole insieme. E sopra al freggio è vn lauoriero fatto alla Musaica molto eccellentemente. Nel cui mezzo si vede vna bella, e misurata imagine del Saluadore così ben fatta, ed ornata con tante pretiose pietre, che poche per auuentura simili se ne ritrouano. E tutto che per esser tanto in alto paia della statura di vn giust' huomo, nondimeno ella è di tanta grandezza, che il suo capo e di pari misura di larghezza con la porta del coro, la quale chiaramente conoscer si può mirandola da ciascuna posta di detta porta per diametro all'estremità di detto capo. Alla man destra, ed alla sinistra di questa Cappella maggiore nel capo d'ambendue le naui della Chiesa veggonsi due belle cappellette, cioè per ciascuna naue vna fatte anch'elle con gran magistero, e crostate di Musaico. E sopra l'altare a man destra si vede ritta l'imagine di S. Pietro. sopra l'altro a man sinistra si vede quella di S. Paulo di marmo l'vna, e l'altra molto sottilmente fatta. I lati d'ambendue delle naui sono silicati alla musaica con diuerse figure, e pretiose sepulture. delle quali vna è di porfido lunga sei piedi, e mezzo, sopra cui si vede vn coperto di marmo sostentato da sei bellissime colonne di finissimi marmi. ed in questa sepoltura sono l'ossa di Guglielmo malo, così detto per le male opere, che fece. A piedi a questa vn'altra sepoltura molto pretiosa giace il corpo di Gulelmo nominato il buono suo figliuolo, il quale acquistò tal cognome per le buone opere, che fece, contrario al padre. La terza è di marmo bianco freggiata alla musaica. e quiui si riposarono l'ossa di Ludouico Re di Francia, secondo che si dice. Dentro a questo nobilissimo tempio tutte le mura sono di tauole di marmo crostate. fuori a man destra euui vn superbo monistero, il quale ha vn bel chiostro con quattro fontane molto degnamente di marmo lauorate, cioè vna fontana in ciascun lato. Hæc Leander. Omnia quidem egregia, præclara.

Sed

Sed iuuat hoc loco subscribere vel quæ Leander omisit, vel quæ Archiepiscoporum pietas ad templum hoc exornandum adiunxit, vt tota, integraquè descriptio suis absoluta numeris habeatur. Quæ omisit, hæc sunt.

Primo. Non exiguæ magnitudinis valuæ vtriusquè ianuæ, quæ tam ad forum vergit, quam ad D. Castri Cænobium spectat, ex ære sunt factæ.

Secundo. Parietes Deum Opt. Max. suo nutu creantem mundum, ac cetera, quæ consecuta ipsa die sunt, vsque ad Christum Dominum pro humani generis instauratione decumbentem præferunt mira arte elaborata ingenio perfectos.

Tertio Guilelmus Rex prouolutus in genua, qui templum manu Deiparæ Virgini pius offert, animo dicat, vouet.

Quæ vero Archiepiscoporum religio perfecit: ea.

Illustrissimus ac Reuerendissimus D. Ludouicus Torres, cuius memoria in benedictione est, qui Montem Regalem vnicè dilexit, ac templum, dempto illo S. Ioannis Baptistæ simulacro, simulacrum aliud ex ære factum supposuit. In porphyretæ columnæ tripalmaris sedet apice.

E portæ regione ad forum vergentis sacellum extruxit magnificum, ac nobile. ornamentis ditauit, imaginibus insigniuit. in eo D. Castri Capsa asseruatur religiosissimè.

Senis candelabris argenteis templum illustrauit, aram maximam exornauit; quæ cum primum Montem Regalem appulerunt, ad ea inuisenda, factus est vndiquè ingens hominum concursus, cum ante id tempus simile quidpiam Siculi conspexerant nihil.

Ad Sanctorum reliquias ea qua par est pietate seruandas locum augustissimo Dominici corporis altari proximum condidit, excoluit; In eo quidem templo nihil, quod vel ad eius maiestatem celebrandam, vel ad eiusdem perfectionem commendandam faciat, desideratur. adito, scrutator. habeto oculis fidem.

Iam si Panormum versus iter instituatur, in templum D. Virgini offendes sacrum, quæ cum lapidi superioribus annis insideret, in hunc nobiliorem locum translata ab eo nomen traxit. Vnde vel hodierna luce nuncupatur la Madonna della Rocca. Huic adiunctum est amplissimum, celeberrimumquè cænobium D. Hieronymi Venero, ac lyeua Montis Regalis Archiepiscopi sumptibus excitatum. Id colunt S. Adriani Sacerdotes Augustinianæ familiæ instauratores. Vndequaquè ad hoc omnes omnium ætatum viri, fæminæquè confluunt cateruatim. Si quis opis indigus Deiparæ nomen, ac

numen implorat, lætus ex accepto beneficio redit domum. Miracula cuicumq; auspice Virginis liberalitate, sunt peruia. templum illud, rectè dixeris, miraculorum Eous, ex quo miraculorum enascitur dies.

L. 8. dec. pri. Gabrieli fonti, ait Fazelus, ad dexteram quidem in eleuato nõnihil tumulo, qui Acuto Monti altissimo subest, templum ad p. mille assurgit, & ordinis D. Bernardi adiectum illi cænobium insigne D. Mariæ de Angelis cognomento a Mamfredo Claromonte Motycæ olim Comite, consensu Vrbani Sexti Romani Pontificis in agro Baydæ, qui iuris erat Ecclesiæ panormitanæ, & ex causa permutationis adepto ædificatum, locupletissimè què ditatum, vt in publicis tabulis Notarij Nicolai Castroni 1388. Mense Aug. & in Archiuio Magnæ R. C. legimus. Quod ætate mea vetustate collapsum a Ioanne Paternione Catanẽsi Panormitano Archiepiscopo, cui cessit, instauratum, magnisquè ædibus ampliatum, ab ædicula in area templi ab eo fabricata, & D. Ioanni Baptistæ dicata appellationem a D. Ioanne Baydæ vulgo adeptum est. hæc ille.

Et quidem cum sit templum hoc in edito colle constructum, adeuntibus ansam præbet, vt vno aspectu totum panormitanum agrum flore gemmantem, ac varijs fructuum mercibus onustum intueantur. Prospectus certè iucundissimus, verequè regius est, regium panormitanum genus allicit, inuitat, vocat. S. vero Ioannis simulacrum ita quidem mirificè fabricatum, vt nihil færè pulchrius, nihil delectabilius; cum ita protuberantibus venulis, ac membrorum proportione compactum, ita oculorum maiestate cõpositum, ita ouina pelle conuolutum, vt artificem dixeris non hominem. In eo dumtaxat vox desideratur. ceterum pænè viuit, ac spirat. Ad id inuisendum qua est pietate populus panormitanus, secundo Paschatis die singulis quibuscumquè annis cateruatim conuolat; tantamquè suplicis populi pietatem haud contemnit Prodromus Sanctus, cum miris eum donis amplificet, ac singularibus exornet beneficijs.

Sed progrediamur iam. Huic templo PP. Cappuccinorum templum respondet ab hominum Societate remotum. Loci religio accedentibus silentium indicit, pietatem suadet. adiectum est cænobium nobili cupresseto nobilius ijs ædibus conterminum, quæ non celebres modo ob aquarum copiam, & cuiuscumquè generis arborum fæcunditatem, sed & etiam quod in ijs, fama testante, antiquitus cudebatur argentum.

Huic S. Francisci tertij ordinis templum est proximum in Azisæ fini-

finibus collocatum; vt ager ille, quem Sarracenorum superstitio violauerat, Religiosorum Patrum fide, ac virtute sacraretur. Hic Marchionis de Villena Siciliæ olim Proregis pietas, ac liberalitas non amplum modo, sed regium etiam cænobium inchoauit, tum quia vt ceteris exhiberet documenta pietatis, ac præcepta virtutis, tum etiam quia vt Religiosi dumtaxat in cultum Dei op. amplificandum diligentiam omnem, studiumquè nauarent. Non desperandum, quin Deo duce, ac auspice, perficiendum, numerisque sit absoluendum suis.

Haud procul hinc S. Francisci a Paula templum varijs, pulcherrimisq; sacellis exornatum, diuersis Sanctorum imaginibus insignitum, ac fornicibus auro distinctis adopertum suspicitur. Odæum, quo nihil pulchrius, nihil ornatius, & auro charitatis indice collustratur, & lacteo candore virginei candoris argumento exhibetur, vt vel eo tamquam Hieroglyphico vtraquè virtus in huiusce Religiosæ familiæ Sacerdotibus declaretur, vel vt templum adeuntibus non sine Charitatis, ac integritatis ornamento ante Christi Domini tribunal sistendum demonstretur. E Carinensis portæ regione respondet. Hinc, atquè hinc suæ areæ, quæ non exiguam terræ coercent intercapedinem. Maior, quæ vergit ad mare; quæ ad vrbem tendit, minor. Pomarijs vndequaquè cinguntur. Ex maioribus accepi sacram hanc ædem in S. Oliuæ planitie constructam. Argumento id est. In ea S. Oliuæ Sacellum extat, coliturquè religiosissimè. Fazelus hac de re progreditur vlterius. extra hanc, inquit, portam ad iactum sagittæ D. Oliuæ Virginis, ac Martyris panormitanæ templum est, quo diruto à fundamentis in nobilissimam testudinum faciem instauratum, illiquè minimorum fratrum Cænobium religiosissimum adiunctum. De Cænobio vero nihil est quod dicam. Illud dumtaxat. Panormitana maiestate dignum. Huic Cænobio & Cænobium, & templum finitimum est Sanctæ Luciæ sacrum. penes est Franciscanæ familiæ Patres. Machædæ Duce auctore, ac Siciliæ Prorege, inchoatum. Nautis vltro, citroquè commeantibus obuium, tum vt antequam soluant, intersint sacro, tum vt animos Sacra confessione detergant. Mari abluitur. fluctus sacrat. Sedat.

A Lucia Virgine Virginis Deiparæ ædes Sacra, quæ a cõsolatione ducit nomen, haud distat. Consolationi Deiparæ præit lux. In augustinianæ familiæ potestate est. Singulis quibusquè Quadragesimæ dominicis ad ædem hanc ingens hominum, fæminarumquè multitudo circumfluit. aptus ad leuandam molestiam & locus, ap-

tius ad ſedanda animi tædia & Virginis numen. Octonis columnis in orbem digeſtis ſuſtinetur. Templo illi, quod Romæ della Rotunda appellatur, haud diſſimilis. Templa etiam panormitana Romæ parentis templa imitantur.

Tertio ab hoc loco, quartoue lapide templum extat Virginis a Mercede dictum. Inchoatum eſt hoc tempore cænobium ita magnificum, ac præclarum, vt nihil certè vel magnificentius, vel præclarius. Id inchoamenta perſuadent. Ex linea Apelles.

Huic templo Erčta mons imminet, ac vmbra vel fouet, vel fauet. In eius apice D. ROSALIAE Virginis Panormitanæ antrum aſpectu quidem horribile, Aſcetriæ cultu religioſum. Id hæroico olim carmine deſcripſi. Soluta nunc oratione deſcribendum non putaui. Carmen id eſt typis, Deo duce, imprimendum breui.

Iamquè propinquabant monti, qui proximus vrbi
Imminet, & nomen peregrina ab origine ducit.
Hic viridès annoſa comas, annoſaquè pandit
Brachia, populeas inter bene conſita frondes
Ornus, & ingentem, ſyluis frondentibus, effert,
Cæſariem quercus, quæ culmine lambit olympum.
Hic florum delecta cohors, hic læta renident
Lilia, purpureoquè ardet Roſa murice campis.
Prominet hic rupes, hic rupibus addita vallis
Parturit vmbriferam gelida caligine noctem.
Antrum antro, ſiliciquè ſilex reſpondet, & antrum
Plura ſub immenſis complectitur oſtia fibris.
Intus aquæ dulces, gelida quæ cortice ſenſim,
Guttatimquè cadunt; atquè in caua ſaxa reductæ.
Suppeditant rigidis prædulcia pocula ſaxis.

Inuento iam S. ROSALIAE corpore, vt tantæ tutelaris Ciuis, ac Sanctæ S.P.Q.P. locum illum, ac lucum efficerent religioſiorem, vtque D.ROSALIAE antrum præcipuo quodam cultu, ac veneratione ab omnibus haberetur, accepti beneficij haud immemor in ipſo antro ſacram ædem extruxit, inſigniuit, exornauit. Duplicem præfert columnam è marmore veſtibulum. Hæc inſcriptio præ foribus.

Hæc eſt hoſpes, ſi neſcis Erctæ montis ſpelunca
Hic S.ROSALIA Virgo Panormitana.

Roſa

Rosa inter regiæ spinas primum adulta.
Mox in Eremi hortis secreta
Seu florens, seu languescens;
Nitorem, odoremque suum texit, compressitque.
Donec afflictissimis Patriæ rebus;
Aduersus pestiferam luem cæleste amuletum,
Hinc reflorescens Idibus Iulijs Anno M. DCXXIV.
longe lateque redoluit;
Præsidium in tempore ab vrbe regni Principe
Et Sicilia ferè vniuersa votis publicis expetitum.

Hoc te venientem monet Elogium, adeuntem vero sic alterum docet.

DIVAE ROSALIAE AB AVLA

VVillelmi, & Margaritæ Siciliæ Regum
Fugientis latebra:
Pridie nonas Septembris diem obeuntis tumulus
Idibus Iulijs sub Rege nostro Philippo IV. reuiuiscentis
Thalamus.
A S. P. Q. Panormitano piè cultum, splendidè exornatum
Sacrarium
Anno M. D. CXXIX. absolutum.
Quo Sacer eius dies tum existentis e terra, tum euolantis in cælum
In Sanctorum fastis recenseri mandauit
VRBANVS VIII. P. M. *eiusdem nominis Iconis, Reliquiarum*
publice, priuatimque cultor egregius;
Antrum S. ROSALIAE *perantiquum*
nouæ Sacrarij forma,
Egesta humo æquato, stratoque solo vallato vestibulo
appositis è marmore ornamentis exædificandum curauerunt
NIC. PLACIDVS BRANCIFORTI *Comes Racudiæ*
Princeps Leonforti, & Iacobus Agliata
Operis totius Præfecti.
Ex. Sen. Con.

Vbi Pontifex Max. VRBANVS OCT. S. ROSALIAE tutelaris, & cultor diuino afflatus numine S. ROSALIAM Romani Martyrologij fastis adscripsit, ab eo commonitus Panor. Senatus ne tanti ac-

accepti beneficij memoria consequentium annorum obliuione deleretur sequens elogium in marmoreis tabulis inscriptum ipsi speluncæ curauit affigendum, vt & Pontificis Opt. deque Panormitana vrbe merentissimi donum seruaretur, & tanti Pontificis religio horum characterum prædicatione celebraretur.

Ne tam insignis ab VRBANO VIII. PONT. OPT. MAX.
dati beneficij memoria cum labentibus sæculis vnquam
excideret: neue hæc elogia Sanctorum iam fastis adscripta,
ac diplomate ab ipsius Pontificis propenso in ROSALIAM
Virginem animo ad Senatum Panormitanum misso contestata
frequenti populo hanc specum quotidie reuisenti occultata forent.
hunc lapidem immortalium gratiarum vicem
PP.

Ipsius verò antri dextera

In DIVAE ROSALIAE *Fontem*
intra rupem excauatum.

Quæ latet, hic rorem gelida de rupe fluentem
Condebat rosea Concha parata manu.
Felix virgineis donec libata labellis
Educat æthereum gutta caduca rosam.
Iam fluit in puteum, tu nunc felicior hospes
Huc ades, & casti pocula amoris habe.

Id autem præfert sinistra

In angulum lutulentæ specus siccum
D. ROSALIAE *recessum.*


Vndiquè inaccessum riget; horret, perfluit antrum:
Nec tamen infesto marcuit imbre Rosa.
Angulus hic illi vernans, hic hortulus halans,
Flore nouo lacrimis, sanguine sæpe madens.
Hic Christi nam sole calet, mulcetur & aura:
Et floret roseo terra subacta genu.

Quod si ad specum ipsam, vbi S. ROSALIA & iacuit, & delituit; hoc leges.

Ad hanc vsque rupem
Eodem quo summa huiusce marmoris ora

Spe-

Speluncæ solum pertingebat
Cum ex alta tellure S.ROSALIAE corpus effossum est,
Hinc Virgo teneris plantis adrepens.
O quam angustam præoptauit cellulam
Vnde ampla cæli spatia
Liberiori mente percurreret.



Saxeus hic spreta risit tibi nidulus aula,
Nox vbi perpetuo sæuit, & acris hyemns.
Dura quies pauidæ, ah nimium dilecta columbæ,
Quo foret hac latebræ tutus in arce pudor.
Post vbi dant animos tibi quas amor addidit alas,
In petra nidum nobiliore locas.

E sepulchri regione.

Vt quo loco & situ D.ROSALIAE *sacrum corpus*
Admirabili opere lapideis thecis insertum
Annos ferme CCCCC. delituerit,
Quod maiores nostros latuit, nobis diuinitus innotuit
Posteri non ignorarent:
Ipsius expirantis imago vbi iacuerat sita est:
Ara super imposita anno iubilæi M D C. XXV.
Quicumquè venis peregre aduena, indigena
Specum, loculum, simulacrum
Precibus, osculis, lacrimis
Iam copia est, vt lubet, submissus venerare.

Hæc posterorum monumenta, quæ sunt ad Sanctam ROSALIAM percolendam vel Ciuium incitamenta, vel omnium. Pendent vbiquè flamina, comæ, lintea, cerei, sclopi, votiuæ tabellæ; quæ Panormitanæ Ascetriæ pietatem vel prædicant, vel potentiam commendant. Nec mirandum planè, Deus Opt. Max. vt Virginis honori consuleret, diuinam quamdam arcanamquè vim in ipsis lapidibus occlusit, vt vel lapides ipsi Virginis ROSALIAE potentiam, editis miraculis vel loquerentur, vel prædicarent. Mons ille adeo hac tempestate carus est omnibus, vt ad eum non ciues modo, sed exteræ etiam gentes, atquè nationes confluant. Mirus itaquè

est

est omnium concursus. ROSALIAE perfugium,are asylum patet. hic illud merito.

HAEC ARA TVEBITVR OMNES.

In vna ROSALIA spes omnis omnium nititur.

lib.8. d.p. *Ad montium radices*, ait Fazelus, *tumulus surgit vndiquè præcisus non ingratum quoque, aut inanem in Panormum, & eius agros, ac mare prospectum præbens, vbi ædicula est vetusta Diui Heliæ.* Dictitant Sanctam Rosaliam ad hunc se locum subinde contulisse, vt diuinis de rebus cum Sacerdote fama sanctitatis illustri, qui ab hominum societate remotus dies exigeret suos, vltro, citroquè sermonem haberet, ac leuiusculis animum faminibus Sacræ confessionis igne purgaret. Et addecebat profecto vel maximè eo loco huiusmodi Sacerdotem sanctitatis, ac virtutis zelo floruisse, vt Heliæ, sub cuius clientela versabatur, vestigijs inhæreret.

Atque hæc quidem, quæ ad septemtrionem spectant. quæ vero ad meridiem vergunt ea.

lib.8.d.p. *Quarta porta*, ait Fazelus, *ad latus vrbis occidentale sita a Mazara Vrbe, quæ Panormo passuum m. 706. distat, nomen habet. extra quam per pontem superato Oretho amne templum Diuæ Mariæ a Gratijs p.m. 3. ab vrbe aditur. quo præterito sinistrorsum ad montium radices emergens fons est perennis, & magnus Ambler Sarracenicè nuncupatus.* hæc Fazelus.

D. Ber. ser. 4. in nat. Domini. Et rectè quidem templum hoc Deiparæ Virginis a Gratijs cum tam magno, perenniquè fonte miscetur. Cælestium .n. donorum aqua symbolum est. *Per medium montium pertransibunt aquæ.* Quasi vero ex huiusce templi fonte cælestium beneficiorum vnda promanat; & quo foris crescit & vnda, eo crescit & intus Virginis beneficientia; vt nemo certè sit, qui fontem adeat, qui sitim non extinguat; & nemo itidem sit, qui indigus ad templum Virginis suplex accedat, qui ab ea singularibus exornatus beneficijs non recedat. Inde a gratijs nomen inditum, vt vnicuiquè constet satis hic Deiparam Virginem, sicut & in cæteris etiam Siciliæ locis, ita se liberalem, munificamquè præbere, vt locus ille voluerit hoc elogio, a gratijs, insigniri.

Ad mille fermè passus Panormo distat ędes sacra Fratrum Minimorum, nobileque cænobium, quod a victoria nomen traxit. Peruium omnibus, omnibus iucundum. Absolutum hoc anno templum est superioribus annis inchoatum; ea quidem pulchritudine,

vt

ad inuisendum sese ciues inuitet, exteros alliciat. augustum, nec angustum sane.

Huic respondet PP. S. Theresiæ templum affabre descriptum; Quæ videmus inchoamenta potius sunt hæc, quam incrementa. Niueus in eo candor elucet, vt fortasse candorem animi, quem illius religiosæ familiæ profitentur Patres, vel suadeat, vel ostentet.

Extat extra vrbis mænia D. Agathæ templum ea ibi ratione constructum, vt ne illius prodigij memoria consequentibus annis, templo teste, moreretur. A Quintio Agatha Catanam euocata, dum oblita patriæ eo loco equum ascenderet, vestigium impressit in saxo. Legitur quidem hodierna luce vestigium, & conuiuis vestigium quasi æternum beneuolentiæ monumentum a ciuibus ore lambitur, lacrimarum fonte proluitur. Et certè lapis ipse licet sensu, ac ratione careret, cum tam nobili, tamquè præclaro pondere opprimi persensisset, ita quidem emolliuit sese; vt cum illud occludere, atq; ab Tyranni sæuitia defendere sinu non posset suo, auidus vestigium Agathæ retinuit gloriæ argumentum suæ: essetquè inposterum lapis hic decedentis Agathæ ab vrbe locuples testis; qui licet cũ posteris de conciue Agatha loqui nõ posset, impresso vestigio, quasi expresso ore de Agatha Panormi deprehensa, bonis omnibus, fortunisquè spoliata loqueretur.

Instauratur & itidem hac tempestate Apparitorũ olim ędes sacra, quam S. Adriani Sacerdotes monasticę S. Augustini disciplinę instauratores colunt. Ipsa die, diuino fauente numine, bonis iuuantibus, augustior, magnificentior. iacta .n. fundamenta id suadent satis. *Sequitur*, ait Fazelus, *templum Sancto spiritui Sacrum, & Cænobium cistercienfis ordinis illi annexum præclarum quidem, & a Gualterio Panormitano Archiepiscopo ad ripam fluminis, quod Sarracenis eo tempore Habes nominabatur, gratia, & fauore Guilelmi Secundi Siciliæ Regis conditum, vt in suo priuilegio dato Panormi Mense Nouemb. anno salutis* 1178. *Guilelmus ipse testatur. cuius primo inchoationis die solem Eclypsim passam fuisse Siculorum annales referunt. Vbi etiam a conditore thesaurum, quo postea templum maximum excitauit, repertum memorant* hęc Fazelus. Faz. l. 8. d. p.

Templum hoc triplici ratione factum est toto terrarum orbe celeberrimum. Prima ex interfluente Orethi amne rerum pręclarè gestarum vestigijs nobilitato. Qua de re iam supra. Per varios ille nunc Meandros serpit, ac insinuat se se, ostenditq; enascentem secum deposuisse iam elationem, cum a nauibus, vt Historici asseuerant, enauigaretur. Quo de rectè illud.

Leni fluit agmine Orethus.

Inspectante .n. maiestate quid non placidum, quid non iucundum? *Altera*, quod cum hoc loco, teste Fazelo, *anno salutis* 1282. *tertio die Paschæ festo Galli, qui tum Panormi aderant, petulantius mulieres, quæ ad rem Sacram solemni more confluxerant, oculis, gestibusquè procarentur, vna vesperarum hora a Panormitanis partim religionis, partim pudicitiæ vindicibus trucidati sunt. Vnde Siculorum vesperæ in prouerbium abiere.*

l.8. d.p.

Tertia demum, quod in ara maxima Christi Domini crucem baiulantis imago, Alberto Duro Pictore, suspicitur; ita quidem egregiè delineata, vt siccis eam oculis contueri nemo possit. Diuinissimum vnumquodquè simulacrum. Illud vero diuinius. admirabilius. Centurionis latus quasi speculum & precuntium, & consequentium ordinem suis digestum locis prefert, & distinctè. Nouum noue artis, nouiquè ingenij penicillum. Inter res panormitanę vrbis speciosissimas enumeranda res est.

l.8. d.p. *Traiecto amne Oretho*, inquit Fazelus, *ad iactum fundæ ædes sacra testudinata occurrit D. Ioanni ab infirmis leprosis dicata, a Roberto Guiscardo, & Rogerio Siciliæ Comite, cum Panormum obsiderent, excitata, vt & in eius gestis legimus, & Fredericus Secundus Cæsar in suo diplomate dato Hagenouæ anno salutis* 1209. *mense Februario testatur.* Hęc ex Fazelo.

Huic conterminum est templum, quod prima Mansionis Abbatia fuit, Sarracenicum opus. Ipsa structura antiquitatem olet. hæc auita vestigia non secus ac si fumosę imagines vrbis nobilitatem declarant. Restat demum, vt de S. Marię a Iesu templo pauca dicamus. Pręit Fazelus. Sequamur. Sic habet.

Ad passus circiter 500. *dextrorsum ad montium latus cænobium est ornatissimum, ac religiosissimum fratrum minorum obseruantiam regularem sectantium a S. Maria de Iesu appellatum Matthæi Agrigentini Concionatoris sua tempestate illustris opera anno ab hinc fermè centesimo excitatum.* Is locus & loci sanctitate insignis, & Sancti Antonij de Padua olim Panormum adeuntis aduentu nobilis. Sanctos creat locus. Nulla hominum vox exauditur. exactum silentium. nonnisi a volucrum concentibus interturbatur, an fouetur? Multiplices pręte templi foribus cupressi; vt hisce tamquam hyerogliphicis suadeatur eo loco religiosos viros viuere, qui sibi iam mortui, Deo dumtaxat viuunt. *Et ferales ante cupressos.*

Virg. Aen. 6.

CA-

De Vrbis Panormitanæ miraculis.

CAPVT XII.





PANORMVS haud immerito & ab exteris, & ab auctoribus Naturæ miraculum appellatur, cum ipsa sit inter Siculas Ciuitates reapse miraculum, ac miraculis peculiari quadam ratione ditetur. Enimuero in ipso, vt opinor, enascentis Siciliæ primordio Siciliam vniuersam Natura peragrauit, & quidnam vnicuiquè tribuendum ea, qua potuit, liberalitate concessit. Panormum vero cum vnicam sibi Regiam, vnicumquè domicilium selegisset, regio more locupletauit, atque in vnam hanc omnia rerum omnium bona congessit, vt Naturæ miraculum iure diceretur.

Et certè si Conchæ Aureæ nomen, quo Panormus illustratur, attendamus, id ipsum plane miraculum est. Quid .n. in ea non magni, quid non inuenias noui? Omnibus omnium fructuum generibus exundantem videris. Speciosissimæ arbores, lymphæ lucidissimæ, perpetui fontes & vernant, & scatent. Quod si in toto terrarum orbe ager est, qui si fortè vel lymphis, vel fontibus, vel fructibus gloriatur, haud hisce simul omnibus in vnum congestis potest vt panormitanus ager gloriari. *O beatam*, sic lubet exclamare cum Falcando, *cunctisquè sæculis prædicandam planitiem, quæ intra gremium suum arborum, fructuumquè genus omne conclusit, quæ quicquid vsquam est delitiarum, sola prætendit.* Solus itaquè hic ager Naturæ Parentis ager est. ceteris propemodum est nouerca Natura. Pone tibi quæso ob oculos Concham Auream hinc vuarum, hinc fructuum, hinc mellitarum arundinum, hinc olearum nectare promanantem, verè dixeris iure hoc Aureæ Conchæ nomen fuisse sortitum, & iure tamquam Naturæ prodigium, ac miraculum appellari. Nam si fortasse vel Erctam, vel Acutum Montem, vel quemlibet alium procerum, editumquè collem conscendas, totum panormitanum æquor oculis subiectum tuis consitum arboribus intueare. quo nihil plane ad videndum speciosius, ad contemplandum iucundius, ac delectabilius. Turres subinde vigiles, nobilissima quandoquè ædificia, pulcherrima identidem pomaria. hæc quidem omnia sibi Natura comparauit, vt hanc sibi scænam turribus defenderet,

In hist. S i

deret, in ædificijs consisteret, atq; in pomarijs lætabunda spatiaretur. Quem .n. agrum penicillo Natura adumbrauit, hac adhibita diligentia non minus ceteris, quam vni seruat sibi. *Panormus*, loquor cum Graun, *agros planè, diffusosquè complectitur, qui formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam repræsentant*. Sed hæc omittamus. ad ipsa miracula vel quæ Natura depinxit, vel quæ panormitanæ vrbis potentia patrauit, deueniendum; cum nemo sanæ mentis existat, qui dubitet, quin agri panormitani & amænitas, & vbertas sit certè Naturæ dicendum ab vnoquoquè miraculum.

In descrip. orb. ter. tom. primo f.1.

Fazelus itaque, vt a Fazelo exordiamur, cum de Siciliæ prodigijs sermonem haberet, ceteris recensitis sic habet. *In Panormitano, Saccensi, Elorino, & alijs pluribus agris fontes sunt hodie, quibus a Buyhuto Sarracenicum nomen remansit; quorum aquæ molliendi ventris, purgandiquè vim habent*, hæc ille. At hoc prodigium commune cum ceteris, communis itidem, & laus. Rectè admones. Verum si quid simile, quo de neq; Fazelus, neque ceteri vnquam meminere, sed dies ipsa, sed experientia nos docuit, subsciberem, esset ne commune, an vero panormitanæ Vrbis singulare præconium?

l. p. c. 5. prior. Dec. tit. de mirabil. Siciliæ.

Finitimum ferè est D. Gratiani de Castronio pomario pomarium, in cuius sinu è viuo, vt aiunt, saxo magna aquæ vis erumpit, quæ sole nascente hausta ad alui purgationem, ac salutem confert. Est nè igitur hoc commune cum ceteris? Natura sicut Panormitani agri singularis mater est, ita & singulare quid illi adijciendum putauit, vt quemadmodum & Ciuitatibus, ita & Siciliæ ceteris agris omnibus præemineret. Indignum .n. Naturæ videbatur eam Vrbem, quæ peculiaribus ipsius Naturæ beneficijs gloriaretur, communi ditare beneficio; voluit, vt illi alterum conduplicaretur; quo facilius Vrbs illa, quæ in Sicilia vniuersa parem non agnoscit, aliquo peculiari semper Naturæ dono sese gloriabunda iactaret. Quare diuersis in locis diuersa miracula patefecit, vt ex miraculorum varietate laudationum varietas oriretur; quiquè ager aut libero cæli aspectu, aut ingenita vbertate, aut pomariorum pulchritudine Principem inter ceteros locum obtineret, principem etiam locum ex præcipua quadam Naturæ liberalitate obtineret.

Video, planequè perspicio ideos, qui male sunt in Panormum affecti, negaturos, cum id omnino videatur ijs esse figmẽtum ad panormitanæ dumtaxat vrbis celebrandam gloriam excogitatum. Isti profecto nulla quidem alia possunt ratione conuinci, nisi vt vel ipsi periculum faciant, vel habeant incolis fidem; qui profecto non ita sunt laudum auidi, vt aut eas insequantur, aut aucupentur. At esto

hoc.

hoc. In illo ipso, quod est commune cum ceteris, quid singulare comperio, vt singularis etiam Panormitanæ Vrbis existat laudationis argumentum. Verba itaque Fazeli supra laudati repetite memoria si placet; illis hęc itidem adijcite ex eodem Auctore deprompta. *Deinceps*, sic ait, *fontem paruum excipit a Buyhuto Sarracenicè nuncupatum salsas, tepidasquè habentem aquas, quas epotas statim ventrem laxare, & plerosquè langores curare Panormitani experiuntur*. Hęc Fazelus. Magna certè aquæ vis; magna itidem & Panormi laudatio. Quod aluum laxet, singulare non est; quod curet, peculiare. Vim .n. medicinæ rem ipsam attingentis ille sortitur; cum duplex ea sit, vt loquar cum D. Th. *remouens morbum, & promouens ad perfectam sanitatem*. Hanc autem aquę vim merito cum Archita Tarentino appellaueris Pharmaceuticen, *quæ*, vt ait ille, *morbis medicata potione subueniat*. Quare medicinam ipsam aut antecellit, aut vincit, cum semper opem medicina non ferat. Hinc ille ad rem sic cecinit.

l. 8. d. p.

3 p. q. 80. art. 4.

Laët. l. 3. de vita Phi los.

Eripit interdum, modo dat medicina salutem.

Ouid. 2. Trist.

Et alibi.

Ad medicam dubius confugit æger opem.

De ponto li. 3. eleg. 4.

Et quidem ita se habet, ait Aristoteles, Medicus, ac Rhetor; *is.n.* inquit *non semper persuadet, nec Medicus semper sanat*. Iam quod aliquando ex ipsamet medicina non habetur, ex huiusce fontis pharmaco summa cum animi gestientis voluptate gustatur, & bona corporis valetudo recuperatur. Sunt & alię prodigiosæ, ac salutares aquæ in hoc eodem agro Saccensis agri laticibus ita persimiles, vt omnes dixeris penè pares. Partim in ea ora maritima, quæ ex Aquæ Sanctæ nomenclatura nomenclaturam traxit; partim in eo litore, in quo Mondelli, vt aiunt, Arx est ad tuendos ab hostium excursione fines excitata, emergunt. Eumdem pænè omnes sortiuntur effectum. Illa paulisper arenam voluit sale illita. Ceterum ab illis haud distant. Aquam igitur tam Buyhuti, quam Aquę Sanctę, & huius itidem, de qua modo meminimus, Laurentius Natali artis medicę Doctor Excellentissimus sic infundebat in vas, vt ex hisce portentosum poculum, ac hominum saluti conducibile confectum ęgris degustandum offerret, ac eo medicinæ genere graui morbo laborantibus subueniret. Vt ex his liquido elucescat Naturam ipsam peculiari quadam ratione & Vrbis dignitati, & Panormitanorum saluti, vitæquè consulere; cum tot, ac tantis aquarum pot-

Lib. pri. Topic.

potionibus & ad vrbis amplitudinem euehendam, & ad salutem hominum comparandam, seruandamue suapte sponte prouiderit. Sed hæc quidem ad confouendam Ciuium incolumitatem, ac vitam, quid quæ ad oblectationem, & gloriam? Est, vt fusissimè supra cap. x. disseruimus, in Monte quasi in augusto flamine adumbratum Imperatorium caput, quod Panormitanis est ornamento, exteris admirationi, ęmulis inuidentiæ. hoc .n. non solum id, quod innuimus, docet satis hanc imaginem a Natura depictam, vt Panormitanę Vrbi supra ceteras vrbes primatus beneficium conferretur, sed nouum etiam aliud, ac ferè inauditum ponit ob oculos scilicet ab vna Panormitana vrbe non oportere imperium segregari. Quorsum .n. hoc vnius capitis stemma Natura depinxit, nisi vt profecto sicut vnicum Imperatoris caput, ita & vnicum in hac vrbe regia consistere deberet imperium.

Optimum planè est sequi Pontificum sanctiones, Imperatorum leges, ordinemquè Naturę; Pontifices .n. ab hac vna Capitis dignitatem, Imperatores Imperij summam, ac Natura tantam tanti honoris gloriam non amouit; quæ quidem omnia ab auctoribus infra laudandis comprobanda cum sint; ad id, quod vltimo mihi propositum est loco breuiter orationem conuertam. Panormum itaque vnicum Sicilię caput regij capitis hieroglyphico Natura declarat, cum in ea & consilium, & sapientia, ac prouidentia versentur. hinc illa antiqua numismata, in quibus triangularis Insula, medium vero caput aristis coronatum hisce characteribus. PANORMITAN. vt scilicet Panormus vna cum sit, quę sicut ceteris consulit, præ ceteris sapit, ceteris prouidet, ita & vna omnes Sicilię Ciuitates moderatur, ac regit. *Multos imperitare malum est*, ait Homerus, *Rex vnicus esto*. ita.n. se. Rex habet in regno, ac nauicularius in naui, ac Imperator in bello si .n. naufragium pati quis velit, si ab hoste superari malit Imperator, duplicem, qui administret, gubernatorem, duplicem, qui militiam procuret, Imperatorem, admittat. Diuersę .n. sententię diuersa pariunt consilia, quæ cum quandoquè sibi inuicem pugnent, nihil profecto afferent boni, imo vero etiam plurimum detrimenti; cum eo difficillimo tempore in varias vel militia, vel Resp. distracta sententias infame naufragium patiatur est omnino necesse. Optimum itaquè est ordinem Naturæ sectari in hac dumtaxat vrbe vel ostendentis, vel constituentis caput.

Ho. Iliad. 2.

Atque hæc de Naturæ prodigijs. Quid de Panormitanæ potentię miraculis? Panormitanę vrbis Potentia ita quidem singularis

est,

est, vt pæne sit ceteris vel miraculo, vel inuidentiæ; cum nulla in Sicilia tota sit Ciuitas, quę cum Panormitanæ Vrbis potentia possit quoquomodo contendere. Hanc Panormo gloriam concedant omnes Sicilienses Ciuitates est necesse.

Et quidem si constructiones ipsam maris profunditatem opplentes inspexeris; nonne dicenda prodigia; cum illę tum ventorum rabiem, cum ipsius ęstuantis maris impetum vel retardare, vel obsistere profiteantur. Superioribus annis ligneum pontem in ipso maris sinu ad Proregem excipiendum Vrbs Panormus extruxit; vt innueret satis vel ipsius exasperantis maris indignationem posse edomare se se, cum maris potentia panormitanæ potentiæ sit minor. Inflictę iniuriæ haud immemor cadente ponte pontem indignatum mare panormitanis Equitibus rabiem expleuit suam, atquè iniuriam ea tam insigni ruina, luctuosaquè internecione contriuit. Panormus ne susceptum semel onus vel propter infirmitatem animi, vel propter maris minitantis metum deponere videretur, obsistentem, refragantemquè maris impetum mascula virtute prostrauit. Iacta .n. in mare moles est, quę sęuientis maris iracundiam cohiberet, impetum reprimeret, audaciam retardaret, ac insanientes furores, vento bacchante frenaret; videretque aliquando an posset panormitanę Vrbis potentiæ quoquomodo refragari. Sic Panormitana Resp. antiquam, grauemq; maris iniuriam est vlta; itaque Proregibus ex Hispania Panormum Vrbem regiam adeuntibus datur & tutior, & commodior, & facilior descensus. Hinc duplex elogium. Alterum ante ipsius oræ maritimę conspectum.

Regi Philippo II. Max. Perp. Victoriosiss.

Didacus Henriquez, & Guzman Con. Albadal. Prorex omni virtute præstans nostræ vrbis Amantiss. cum multa eius vtilitatibus, & voluptatibus contulisset porticum iam inde ventorum impetu collapsam ab extremo vindicauit occasu, & ad sedanda populi tædia commoda deambulatione, & oculorum oblectatione restituit.

Andreas de Salazar Præt. secundum. Petrus Aluarez de bebar, Don Franciscus Amodeus, Iacobus Diana, Augustinus Bonaccoltus, Laurentius dela Montagna, & D. Rogerius Salamonius PP. CC. curauerunt, ijdemque probauerunt.

MDLXXXXI.

Ex hoc deducas velim duplex a Senatu Panormitano facinus edi-

editum, tum quia vt ventorum furorem obiecta mole vel præpotens oppugnaret, vel expugnaret inuictus; tum etiam quia vt Pop. Panormitani animos ea noui prodigij delectatione recrearet; quique dum vel Rhedis prouectus, vel equis euectus vltro, citroquè commearet, patriæ vrbis potentiam vel admiraretur, vel prædicaret.

Alterum vero supra ipsum mare collocatum, vt vel mare ipsum iam panormitanæ Vrbis imperio subiectum, ceteris id legendum quasi peculiaris potentiæ monumentum suapte sponte & præferret, & offerret. Sinistræ.

Henrico Guzman Oliuaren. Comiti Principi Opt. Siciliæq; Pror. Optatiss. Aduenienti.

PANORMVS *præ incredibili lætitia suis se finibus continere non valens saxea hac mole ad mare excitata exultans obuiam procedit.*

D. Coriolano Bononia Præt. D. Francisco Lombardo, D. Laurentio Bonanno, Antonino Bonaccolto, Don Vincentio la Rosa, Don Gasparo Bellacera, Iacobo Caggio PP. CC.

Dexteræ.

Ad Henricum Guzman Oliuaren. Comitem Siciliæquè Proregem Panormum primo venientem

Lignea facta alijs, posita est sibi saxea moles
Primus & insolito litus honore subis.
Scilicet Vrbs meritis ingentibus æquat honorem,
Aeternumquè cupit, quod dicat, esse decus.

Huic prodigiosæ moli Arx imminet & ad pulchritudinem, & ad oblectationem composita, quæ vel etiam ipsa cum fortuna sæuiente sic præliatur, vt non fortiter obsistat solum, sed etiam vincat. Sic ipsa maris potentia Panormitanæ vrbis venerata potentiam & victam sese, & ab vna panormitana vrbe dumtaxat isthæc patrari miracula confitetur. Quoties .n. Panormitanus Ciuis in huiusce Arcis areola muris circumsepta, mariquè contermina spatiatur, maris sibi fluctus calcari, deprimique iure persuadeat. Exiguum plane hoc? illud maius.

Fuit Vrbs Panormitana quondam totus portus, cum illi in Sici-

lia vniuersa nullum plane similem natura formauerit;& vt supra cap. 3. De Pyrrho ex Diodoro retulimus, qui Panormitanorum vrbem inuasit,quæ pulcherrimum totius Siciliæ portum haberet. Hunc vel incolarum incuria, vel temporum iniuria, vel arenarum colluuione oppletum perdidit Panormus; sed hæc iactura gloriæ potius Panormo,quam dedecori fuit; nunquam .n. hæc potentiam ostentasset suam, nisi tantum,ac tam singulare beneficium sibi a natura collatum fortuna perdidisset. Imo, vt ingenuè fatear, hæc haud inimicam, sed amicam se præbuit, ac beneuolam. Qui .n. Ciuis Panormitanus ingenium venditasset suum, nisi haberet, vnde id posset nauus exercere? & qui itidem virtutem animi prætulisset suã, nisi cum ipsa ipsius maris potestate certasset? Domuisse gentes immanitate barbaras, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes; haud quidem singulare præconium, cum eę conditionem, ac naturam,quæ vinci possent,habebant. at fluctus cohibere, maris impetum reprimere, ingruentibus hyemis tempestatibus fines collocare; hoc sicut peculiare potentiæ genus, ita & singulare laudationis argumentum. In hanc rem extat inscriptio meo quidem iudicio digna, quæ ab vnoquoquè perlegatur, quæquè mirumquantum celebretur. Est Antonij Vinitiani, quem siue orationem numeris solutam, siue pedibus astrictam summa cum laude scribentem debent omnes, velint, nolint, vel Præceptorem sequi,vel omnino venerari.

Diod. li. 22

Cic. pro M. Mar.

Philippo II. Max. Fortiss. Feliciss.

Garzias Toledus Prorex Præclariss. & oræ maritimæ aut frustra tentatum, aut omnino omnibus ante se inexcogitatum dignum ingenij, dignum animi sui præstantia, qui vastitatem maris expleret, profunditatem æquaret vim, & impetum non citra admirationem interrupto cursu naturæ arte coerceret, frangeretquè in æternam vrbis securitatẽ, atq; gloriam POR-TVM *faciundum Didacus Henriquez, & Guzman Comes Albade Alistæ Prorex V.C. nobilitate, actibusquè ad exemplum præcipuus inchoatum tanti viri auspicio peragendum, & memoriam perpetui nominis officiose celebrand. C.*

Nicolao Bononio Præt. Vrb. Colantonio Spatafora, & Andrea Salazare Præe.

Anno. M.D.LXXXX.

Sed amabo te mi lector quidnam Ioannes Boterus tam de Panormitana Vrbe,quod obiter, quam de hoc panormitano portu ab

Ioan. Buterus par. 2.

P arte

vol. 2. dell'Isole l. 4. f. 60. mihi.


arte elaborato, atque ab operatoria potentia constructo, quod ad rem, conscribat, breuiter accipe, vt luculentissimè cognoscas meum dicendi, scribendiquè genus non ex animi affectione, sed ex veritate profectum. Sic itaquè is habet. *Verso Settentrione non vi è altra Città notabile, che* PALERMO, *ma per grandezza di sito, e per moltitudine di habitatori, e per concorso di nobiltà, e per magnificenza di fabriche, e di contrade, e per amenità, e ricchezza di territorio è tale, che può honorare due Sicilie, non che vna*. Sed hæc quidem cum ceteris scriptoribus communia, cum ita omnes de Panormitana Vrbe tum sentiant, cum scribant. Hosce suus erit recensendi locus. Ad portum redeamus. Audi quid ille de portu. *Non hauea*, sic idem ille Buterus, *porto, ma ne hanno ora fatto vno capacissimo con vn molo mirabile, e non indegno della grandezza Romana*. hæc ille. Lege, quæ scripsimus de hoc cap. x. sed obiter. Rectè autem Buterus affirmat, *E non indegno della grandezza Romana*, Si .n. Vrbem Panormitanam inspexeris se se maris fluctibus opponentem, quid augustius, si maris potentiam superantem, quid potentius, si profunditatem maris exæquantem quid mirabilius? si vero eiusdem sumptus consideraueris vel ad coarctandum mare, vel ad coercendas tempestates, vel ad aptandum nauibus commodiorem sinum, quid gloriosius, quid laudabilius, quid magnificentius? Et quidem supputatis sumptibus inuentum hactenus ab vrbe panormitana ad maris rabiem edomandam, atquè ad portum efficiendum fuisse tantum pecuniæ consumptum, vt attingat hunc aureorum numerum 3600000. Quod inde liquet; cum .n. huiusce portus 1550. Panormus fundamenta collocarit, qui vel iam tum pro dote triginta septem aureorum millia quotannis accepit, ad hunc vsque diem supputatis rationibus aureos 3600000. summa cum liberalitate lætus insumpsit. Præter quam quod maior vis auri, argentiquè proiecta, si ad ipsa primum iacta inchoamenta, antequam statuta dos esset, aduertas animum. Id certè Senatus Panormitani naturam attendenti patet satis, nec is audebit profectò in meam pedibus ire sententiam. Huc accedit & illud singulare argumentum, quod ad potentiam vrbis ostentandam maximè facit. Proximum est nauale armamentarium Prorege D. Francisco a Castro Comite Castri, ac D. Didaco Pigmentellio totius Siculæ classis præfecto, ac præcipua S.P. plura aureorum millia erogantis liberalitate inchoatum. Ab eminentissimo, ac Reuerendiss. D. D. Ioannettino Doria S. R. E. Cardinali amplissimo primus lapis sacer. Ob hoc tam singulare, ac nouum Panormitanæ vrbis ornamentum ab eodem D. Didaco plures instituti

tuti

tuti ludi, plurimæ peractæ comediæ. totum hoc celebre, ac Romana potentia dignum ædificium ab Mariano Smiriglio in Siciliæ Regno Philippi Regis auctoritate Architetto designatum. Ea partium absolutio, quam nunc vides, Illustriss. D. D. Petro Corsetto Panormitanæ vrbis amantissimo adscribenda, qui vel patriæ desiderantis studio, vel tanti ædificij inchoati pulchritudine, ac magnificentia excitatus curauit, vt singulis quibusque mensibus centum quinquaginta aurei soluerentur, quo pedetentim opus hoc magnificum, ac regium vndequaquè perficeretur. Stet igitur singularia extare in panormitanæ vrbis agro miracula, & singularem S.P.Q.P. elucere potentiam.

De ipsa ipsius Vrbis Panormitanæ Maiestate.

CAPVT XIII.



IN huiusce primi libri calce nullo mihi pacto est Panormitanæ vrbis omittenda Maiestas; quæ licet mirumquantum ab vnoquoquè veritatis sectatore suspiciatur, ac celebretur, hic tamen rudi minerua, quod aiunt, describenda; vt qui nunquam Panormum appulerunt, eamquè dumtaxat ob nominis famam terrarum vbiquè vulgatam concordi scriptorum laudatione cognorunt, hac dicendi ratione non secus atque penicillo tamquam in scæna quoquomodo descriptam contemplentur, ijquè si minus oculos, animos certè eo grato, iucundoquè spectaculo depascantur.


De præclara Panormitanæ Vrbis natura, eiusquè partibus, qualisnam ea florebat antiquitus, nihil ijs vltra addendum censeo, quæ de ea, vt omittam reliquos, satis egregiè doctissimus, vt cum Cluuerio loquar, in cuius ore conciuis laudatio non minuitur, Marianus Valguarnera in libro de vrbis panormitanæ primordio prosecutus, ac varijs eruditionum generibus disertissimè disertissimus illustrauit. Quem huiusce perantiquæ vrbis videndi decus desiderium tenet, eum consulat. Meæ igitur sunt partes, qualis ea certè nunc sit, quaue laude florescat, ob oculos distinctius, apertiusq; luculenta, veraquè oratione proponere.

Lib. 2. Sic. ant. f. 275.

Quadrifariam ergo Vrbs tota partitur; quasi in quadruplices dis-

fecta vrbes vrbis vnius ambitu contineri non possit. Et quidem si nos singulas attentè contemplemur, contemplabimur certè suam singulis retineri tum Venustatem, cum Maiestatem.

Panormitanæ Vrbis Vrbs prima describitur.



ATquè vt enucleatius progrediamur, ab ea nobis exordiendum est, quam tutelaris Christina tuetur, ac seruat. Quid in ea non pulchrum, quid non magnum videas?

Porta, quæ generatim Noua dicitur, quæquè ad Montem Regalem vergit, ita opificio quodam, miroquè artificio elaborata est, vt prima tibi fronte sese obijciant ob oculos consideranda Caroli V. Imperatoris augustissimi ex Africa triumphantis præclara monumenta. tanti nimirum Ducis gloria digna quidem satis, quæ non hostium modo sanguine celebretur, sed ab imaginibus etiam ipsis sensu, ac ratione destitutis merito commendetur; vnaquè dumtaxat Regia vrbs ceterarum omnium prima auspicatissimi Regis dignitatem qua voce, qua signis, qua acclamatione proloquatur, ac Marco Antonio Columna Prorege ob Caroli V. triumphum exultante, perfusa etiam ipsa mira quadam alacritate triumphet ac gestiat. Quamobrem duplex extat præ foribus elogium, alterum viam Toletanam, alterum vero Montis Regalis vrbem spectat. In vtroque digna panormitana maiestate maiestas. Scilicet Antonius Vinitianus auctor.

Illud en.

Porta ad dignitatem noua forma restituta via intra vrbem ad oram maritimam, extra ad terminos vsquè Montis Regalis producta, vt porta viæ, via portæ splendore nitescat. Fabricio Valguarnera Prætore, Leonardo lo porto, Syluio Ramo, Prospero Abbate, Iosepho lo Campo, Andrea Saladino, & D. Carolo lo Campo PP. C.

Hoc vero & ad rem.

EX AVCTORITATE PHILIPPI
Hispaniarum, & Siciliæ Regis

M.

M. Antonius Columna Prorex portam nouam ob Caroli V. Imperatoris ex Africa triumphantis redditum auspicatam in ampliorem formam erexit, & signis abundantiæ, Iustitiæ, veritatis, & pacis cultor ipse exornauit, & Austriam dixit, vt paterna gloria ex filij pietate illustri apud posteros commendetur monumento. M.D.LXXXIIII.

Et quidem hæc & opere, & magnitudine, & forma inter Siculorum vrbium ornamenta recenseatur, suspiciatur est necesse, quæ, cum pleraquè alia & eminentiora, & nobiliora in vrbe contemplentur, ferè pro nihilo a ciuibus, non ab exteris, quorum oculi rerum pulcherrimarum sunt indices, ac iudices, æstimatur. Copia contemptum parit.

Quidne pulchrum consideraſtin? quid magnum nunc ipse mecum vna contemplator. Nihil afferam de meo. Præstolatur & Fazelus, præstolatur & Hugo Falcandus. Illius perelegans de Regia, venustaquè descriptio. Lege si velis. satis ad fontem digitum intendisse. Loquentem interim Falcandum attendito. *Li. 8. Dec. pr.* *In hiſ. Sic. f. 9.*

Alterius vero, inquit, *lateris partem oppositam Palatium nouum insedit mira ex quadris lapidibus diligentia, miro labore constructum; exterius quidem spaciosis murorum anfractibus circumclusum, interius vero multo gemmarum, auriquè splendore conspicuum. Hinc habes turrim Pisanam thesaurorum custodiæ destinatam; illic turrim græcam ei Ciuitatis parti, quæ Khemonia dicitur imminentem. Medium vero locum pars illa palatij, quæ Iobaria nuncupatur, plurimum habens decoris illustrat, quam multiformis ornatus gloria præfulgentem, Rex vbi ocio, quietiquè indulgere voluerit, familiarius frequentare consueuit. Inde per reliquum spatium variæ sunt circumquaquè dispositæ mansiones Matronis, puellisquè, & Eunuchis, qui Regi, Reginæquè seruiunt ædificatæ. Sunt & alia ibidem palatiola multò quidem decore nitentia, vbi Rex aut de statu regni cum familiaribus suis secretius differit, aut de publicis, & maioribus regni negotijs locuturus Proceres introducit. Nec vero nobiles illas palatio adhærentes silentio præteriri conuenit officinas; vbi in fila varijs distincta coloribus serum vellera tenuantur, & sibi inuicem multiplici texendi genere coaptantur. Hinc .n. videas amita, dimitaquè, & trimita minori peritia, sumptuquè perfici; hinc examita vberioris materiæ copia condensari. Hic Diarhodon igneo fulgore visum reuerberat. Hic diapisti color subviridis intuentium oculis grato blanditur aspectu. Hic exanthemata circulorum varietatibus insignita maiorem quidem artificum industriam, & materiæ vbertatèm desiderant; maiori nihilominus pretio distrahenda. Multa quidem & alia videas ibi varij coloris, ac diuersi generis ornamenta, in quibus & sericis aurum intexitur, & multiformis picturæ va-*

rie-

rietas gemmis interlucentibus illustratur. Margaritæ quoquè aut integræ cistulis aureis includuntur, aut perforatæ filo tenui connectuntur, & eleganti quadam dispositionis industria picturati iubentur formam operis exhibere. Porrò ex ea parte, quæ vrbem respicit, palatium ingressuris capella regia primum occurrit sumptuosi operis pauimento constrata, parietes habens inferius quidem preciosi marmoris tabulis decoratos, superius autem de lapillulis quadris partim auratis, partim diuersicoloribus veteris, ac noui testamenti depictam historiam continentes. Supremi verò fastigij tabulatum insignis elegantia cælaturæ, & miranda picturæ varietas, passimquè radiantis auri splendor exornant. Sic ergo dispositum, sic ornatum, sic omnimodæ voluptatis gratia delibutum palatium tamquam caput reliquo corpori, sic toti supereminet Ciuitati. Hæc Falcandus egregiè. Non hæc sunt Poetarum commenta, non iactantium opiniones, aut delirantium voces sub aspectum cadunt. Qui dictis haud credit, oculis habeat fidem, & maximam a nobis inibit gratiam, si Panormitanæ maiestatis oculatus testis, non auritus existat. Ea quidem hosce deposcit. Multiplici oculorum officio veritas delectatur.

ex M. S. antiq. Palatio conterminum est S.Ioannis ab Heremitis peruetustum, auitumquè cænobium ab Gregorio Magno Pont. Opt. Max. superioribus sæculis extructum. Structura quidem & antiquitatem operis suadet, & conditoris pietatem olet. Dignum opus, quod colatur, cum ex eo tamquam ex præcipuo quodam S.Gregorij monumento Panormus illustretur.

Inter vtrumquè recens Porta anno 1620. annuente, eodemquè probante Comite D.Francisco a Castro Prorege Opt. religiosissimo, deque Panormitana vrbe, ac Siciliæ regno benemerentiss. patefacta, quæ ad eam regionem vergit, quę Khemonia dicitur; ex qua olim aquarum eluuione Panormus oppressa nobilem illam suorum Ciuium est passa iacturam. O spectaculum non hominibus modo, sed vndis ipsis luctuosum. Vt prudens Prorex & ciuium, populariumq; commodis consuleret, & vrbis pulchritudini prospiceret, & demum ingruentibus futuri temporis tempestatibus non secus ac si clypeum obijceret nomen suum. Ne singulare tanti Proregis beneficium, ac tanti viri memoria, consequentibus annis, obliuione deleretur, idque grati non homines modo, sed memores etiam vel lapides ipsi testarentur, hoc illi inscriptum elogium.

D.N. Philippo III. Hispan. & Siciliæ Rege
eiusquè vices gerente

D.Fran-

D. Francisco de Castro Comite Castri ad vrbis decus, & commodum, in regione, quæ Khemonia fuit appellata, S.P.Q.P. portam hanc aperit, vtquè lapides etiam Principis beneficientissimi promerita loquantur, portam de Castro dicit.

Porta de Castro aperta CIↃ. IↃ. CXX.

D. Aluaro de Riuadeneira Prætore. Pompilio Plaga Barone Vaticani. D. Vincentio la Rosa. D. Iacobo Lucchisi Barone Camastræ. D. Vincentio Landolina, D. Gaspare Bellacera Barone Pedagogi. D. Francisco Lanza Barone Ficarræ Senatoribus PP. Q. Conscrip.



Iam progrediamur vlterius. In vrbem a Palatio pergentium oculis insigne quodam ex antiquiori lapide obijcitur ædificium a Matthæo Sclafano Mamfredi Claramontani Motycæ Comitis, qui præclarum ad mare sibi struxerat domicilium, æmulatore Adriani olim Comite 1330. a fundamentis excitatum. Ingens quidem, ac ferè omnium maximum, vniusq; anni spatio perfectum vndiquè, vndiquè absolutum. Quod planè cum præ incredibili magnitudine humanum captum exuperet lapis ille marmoreus grandioribus characteribus conciliat inscriptus fidem. Barbarum quid sonat, sed veritatem profert.

ANNO DOMINI. M. CCC XXX.

Felix Matthæus Sclafanis memoria dignus,
Fabricam hanc fecit nobilem pius, benignus.
Vt ne mireris modico tam tempore factam,
Vix annus fluxerat, quam cernis ita peractam.

Anno itaque ab orbe red. 1440. cum venale Sanctius Rodericus Vicecomes id proponeret S.P.Q.P. vt ægrotantium necessitati succurreret, eorumdemquè saluti, vitæquè prospiceret, ac panormitanæ pietati consuleret, Alphonso Siciliæ, & Hispaniæ rerum potiente, coemit, quod tum operis magnitudine, tum loci pulchritudine Magni Xenodochij nomen assecutum. Nihil in eo, quod ad bonam ægrorum valetudinem conducat, desideres. Munia quidem sic prudenter, sapienterquè distributa, vt alter alteri opituletur, & alter alteri ob hominum multitudinem non obsit. Plures

ægris,

ęgris, quę ad victum, potumquè sunt necessaria, non stipendio solum affecti, sed pietate commoti suppeditant viri. Sacerdotes non pauci Sacramenta subministrant, vt morbo laborantibus neque cõgruus cibus, neque Sacramentorum omnium desideretur opportunitas. hac de re latius suo loco.

Nunc iam, eodem auctore Mattheo, Diuę Claræ Monialium extructum est Cęnobium, quod hac tempestate refectum, eiusquè templum penitus instauratum, exornatum, nobiliquè odeo illustratum. Hæc prę foribus extat antiquissimis characteribus exarata inscriptio, quę tempus, annumquè non tacet.

Annus erat quartus, Domini post mille recentos,
Triginta septem Ludouicus regna tenebat.

18. d.p. Plura Fazelus. Ceterum nihil est quod dicam de templis Monialium refectis, atquè in augustiorem formam redactis; quæ auro vndequaq; collucentes Aureę Conchæ Maiestatem summa cum conspiratione commendant. tam .n. hoc, quo de verba iam fecimus, quam etiam illud a Riglione dictum (id itidem ad Sanctimoniales spectat) ita hoc tempore magnificum, præclarumquè suspicitur, vt non minus certè Ciues, quam aduenas in vrbem confluentes ad eorum contemplationem inuitent, quò facilius ij templorum maiestate pellecti Diuini numinis maiestatem religiosius venerentur; exteris vero nihil planè sit reliqui, quo moti, suasiquè vrbem non laudent, non prædicent, non admirentur.

Cænobijs hisce finitimum est, Ioanne de Dios auctore, Xenodochium hodierna luce de buon fratelli nominatum. Honestis viris, ac Sacerdotibus peruium. Nequè mirandum planè. Sicvt .n. hic olim turris extitit, quæ Patitellorum portæ vrbis imminebat, a primis totius Siciliæ Christianis extructa ea inscriptione.

Non est alius Deus præter vnum Deum.

Non est alius potens præter eumdem Deum. Nequè est alius victor præter eumdem, quem colimus, Deum. Huius turris Præfectus est Saphu Filius Eliphar, Filij Esau, fratris Iacob filij Isaac, Filij Abraham. & turri quidem ipsi nomen est Baych. Sed turri huic proximæ nomen est Pharath.

Ita progrediente tempore turri fide, ac sanctitate compactæ successit extructum Sacerdotibus Xenodochium, qui non minus verbo, quam vitæ, morumq; probitate vnum, trinumq; Deum confitentur,

ftentur, venerantur, colunt. Conterminum est S. Saluatoris monialium cænobium, quod & antiquitatis religione, & Constantiæ Reginæ olim Sanctimonialis gloria præclarum. Templum suis innixum columnis templi antiquitatem suadet. In ipsis fornicibus plures Sanctorum, Sanctarumq; antiquiores conspiciuntur Imagines. Ipsum verò Cœnobium ita magnificum, vt Regis potentia dignum videatur. Asseruat id Cōstantiæ breuiariū diligentissimè tamquam gloriæ monumentum suæ. hac de re pluribus suo loco.

Quarto ferè ab hoc lapide distat D. Nicolai ab Albergaria templum parochiali dignitate insignitum, atque a Regina Blanca Anno 1400. vt ex publicis tabulis Fazelus testatur, extructum. Imminet celeberrimo illi venali foro Sarracenicè dicto Segeballarath, quod ipsa die, deprauato a plebæis paulatim nomine ex Gallorum internecione per syncopen hodierna luce Ballarò vocatur.

Omittenda hoc loco non est Carmelitani Templi instauratio, quæ cum pænè à fundamentis R. P. M. Heleodori Stremulæ familiam administrantis virtute duce excitata ducat originem, magnum quid S. P. Q. P. iure pollicetur. Prudens nimirum Pater iste didicerat nullam omninò Religiosam familiam habere posse feliciter, nihilq; boni vnquam consequi, nisi augustissimo Dominici corporis Sacramento ædes digna comparetur, summusquè honos vel Templorum magnitudine, vel peristromatum varietate, vel altarium pulchritudine habeatur. Quare nihil is certè habuit antiquius, vbi prouinciam totius familiæ administrandam suscepit, quam numini sub panis, viniquè spetie latitanti augustius Templū inchoare, vt ipse, si per tempus liceret, vel ceteri inchoatum numeris omnibus absoluerent.


Ad ducentos ab hinc fermè passus est Aedes Patrum Societatis IESV, quæ SS. Philippum, & Iacobum Apostolos tutelares veneratur. Prima tibi fronte SS. Ignatij, & Xauerij simulacrum vel ad contemplandum, vel ad adorandum obijcitur. Pluribus illa gradibus ex areola conscenditur. Aediculæ mira arte elaboratæ, auro conuestitæ Martyrum, ac Sanctorum imaginibus illustratæ. Sacello, qnod SS. vel Ignatio, vel Xauerio sacrum, nihil vel pulchrius, vel speciosius, vel admirabilius. In vtroque .n. res præclarè gestæ videntur ita descriptæ, vt spectantium oculos ad sese rapiant, ac eorumdem animos noua quadam oblectatione suffurentur. Denique Templum ipsum hodierno die sic est ornatum, sic cultum, vt nihil ornatius, cultius nihil. illius .n. vestigia retinent celebritatis, quam Panormitani Iesuitæ, cum in Sanctorum nume-


rum Gregorius XV. Pont. Max. Ignatium, ac Xauerium cooptauit, summa cum pompa, summoquè apparatu peregerunt. Latius lib. 3.

Clericorum Regularium Templum iam inchoatum è regione respondet. Magnificum dixeris, ac Regium; quo certè, vt autumant plerique, ob structuræ magnitudinem nihil in tota Sicilia vel dignius, quod suspiciatur, vel magnificentius, quod celebretur. Feruet opus in dies, & horas. Eam Templi partem, quæ ad aram maximam, ac principem spectat, octonæ columnæ sustinent quadragesimo palmari spatio constantes, quas cum ipse inspexi primum, suspexi quidem. Ex linea Apelles. Ex vngue Leo. Ex hisce inchoamentis incrementa. Hæc satis.

Priuata vero ædificia, quæ sparsim, passimq; in hac Vrbe, quam præclara, quamquè sint nobilia, vos, vos exteri, Siculiquè testes appello, qui vidistis, qui considerastis. Ea singulatim omnia recensere superuacaneum est, cum vel ipsa fama loquatur satis; eaquè veritatis calamo expressissimis characteribus in omnium animis scribat sine fuco, fallacia, & dolo. Illud dumtaxat vnum pace omnium dicam: Vrbe Regia digna ædificia. Quod si quis Panormitanæ Maiestatis hostis id, quod fatendum est, non fateatur; prætquam quod hunc veritas armata mendacem petet; haud certè Maiestatis absoluetur.

Panormitanæ Vrbis Vrbs altera proponitur.





LTERA vero Vrbs sese nunc offert mihi dictione demonstrandam SANCTAE AGATHAE tum Panormitanæ, tum Catanæ Vrbis Ciui sacram. Ecce tibi primo loco: Palatium Prætorium hodierna luce sic miro ordine distributum, vt singularis D. Aloysij Mastr'Antonij, ac Bardi prudentia, & virtus in ea distributione celebretur. Eo præturam exercente inter cetera præclara, hoc etiam opus affabre factum iam inchoatum, iam perfectum Vrbs Panormitana suspexit. Omnia Vrbis munia, quæ sparsim inueniebantur, in vnum hunc locum congregata iam habes; vt ea Vrbs, quæ sicut ceteris Siciliæ ciuitatibus est regula, in his etiam muneribus obeundis sit & Idæa. Te breuiter subscripta docet insctiptio. Pro foribus.

D. N.

D.N.Philippo III. Hisp.ac Siciliæ Rege
D.Francisco de Castro Comite Castri Pror.

Vrbis officia cum ijs, quæ ad eorum ministeria pertinent, vt negotia commodo Reip. facilius explicarentur, vnicuiquè officio sedem aptam præbentes in domo Prætoria collocauerunt: D.Aloysius Mastr'Antonius Bardi Prætor. D. Petrus Opezinga, Thomas a Cascina, Gaspar Agliata, Vincentius Vannius, Benedictus de Prado, Franciscus Scirotta Senatores.

Anno CIↃ. IↃ. CXVII.

Supernè itaquè est Aula, nec exigua plane, sic magnificis exornata picturis, sic insignita hieroglyphicis, vt & Vrbis Panormitanæ gloriam, & inuentoris Antonjj Vinitiani commendet ingenium. In aulæ coronidæ & omnes nostri Regis inuictissimi adumbratæ virtutes, & mira panormitanæ vrbis amplitudo suspicitur. Pluribus in locis vel coronatum caput, vel triangularis Insula in hunc efformata modum est, cuius imago hæc quam vides.



Vt ex ijs elucescat satis Panormum vrbem esse ceterarum caput. Huiusce aulæ finem satis superque doctissimus docet ea inscriptione Antonius Vinitianus.

Rege Philippo II. Pio Inuicto Fel.

Didaco Henriquez, & Guzman Comiti Albadal. Pror. belli, & pacis gloria clarissimo.

Andreas de Salazar Prætor iterum de Rep. Panormitana semper, & vbiquè optimè meritus, & Petrus Aluares de Ebon, D. Franciscus Amodeus, Iacobus Diana, Augustinus Bonaccoltus, Laurentius dela Montagna, & D. Rogerius Salamonius PP. C. perenni ad augenda vrbis commoda voluntate aulam, in qua Senatus, & Comitia haberi solent, pro amplitudine Magistratus, & dignitate loci forma splendidiore refecerunt, excoluerunt, exornauerunt. Ann. M.DLXXXXI.

Est è regione interioris aulæ ædicula pro loci opportunitate nō incommoda Diuis tutelaribus sacra. Senatus antequam ad Senatum habendum cooptetur, interest sacro, vt feliciter, prospereque tam bono alite cuncta procedant.

Infernè vero omnia suo ordine distributa Panormitanæ Reip. officia. Alterum seiunctum ab altero, ne rerum multitudo confusionem pariat. Omnia Panormitani Senatus arguunt prudentiam, vt itidem prudentiam non minus, quam singularem, miramquè Francisci Mutij V. I. D. solertiam illud iure dilaudat, qui patriæ studio inflammatus tabulas publicæ fidei creditas cum videret, timeretquè ne ipsa die, vel temporum iniuria, vel ignauorum hominum incuria aliquid detrimenti paterentur, in commodiorem, aptioremquè sedem transtulit, quo facilius immortalitati consecratæ tabulæ intaminatæ, incorruptæquè permanerent.

Philippo IV. Siciliæ, atque Hispan. Rege Aug. Pio Felici.
D. Henriquo Piment ellto Marchione Tauaræ & Villadæ
Comitè Siciliam Pro Rege administrante.
D. Cæsare Caetano Marchione Sortini Quartum Vrbis Prætore.
D. Octauio Corsetto Equite Sancti Iacobi, D. Aloysio de Syluera,
Alphonso Saladino Barone Valguarneræ, Don Ottauio Ortolis,
D. Petro Bottoner, & Alagon, Francisco Arez Senatoribus.
Franciscus Mutius V. I. D. in antiquarium hoc ex S. C. ampliore forma ex ædificatum tabulas publicæ fidei creditas transtulit felicitati, atquè immortalitati commendans. Anno a Virginis partu 1623.

Hic me locus admonet, vt quoniam de Magistri Notarij Senatus Panormitani munere, quo Franciscus Mutius Iure Consultus hodierna luce summa cum sui nominis dignitate perfungitur, ex huiusce inscriptionis occasione incidit sermo, de eo edisseram pauca, & quidem in pauca perstringam. Nequè .n. id vel contemnendum vt leue, vel vt quid nullius momenti ducendum pro nihilo. Omnia in maiestate panormitana maiestatem olent.

Eo itaquè huiusce dignitas attingit, vt suspicienda, non modo sit, sed nec vulgaris etiam habenda videatur. Si .n. magna est Panormitani Senatoris amplitudo, magna itidē & Magistr Notarij dignitas. Vtraque pænè par. pæne similis vtraquè. Non hoc planè vel commentum, vel figmentum est. Extant Alphonsi Regis literę. Promo. vt qui forte dictis non habet fidem, regijs Alphonsi Regis characteribus iam conuictus credat. ecce tibi.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum Siciliæ, Valentiæ &c. nobili Prætori, & Iuratis felicis vrbis Panormi consiliarijs, & fidelibus nostris gratiam nostram, & bonam voluntatem. Attendentes iustis, & realibus causis animum nostrum mouentibus Magistrum Notarium Curiæ Iuratorum dictæ Vrbis consequi, & habere debere, ac participare in omnibus vt vnum ex IVRATIS *tamquam officialem in capite &c.* Et post paulo. *Consequatur & habeat omnia commoda, immunitates, franchitias, præeminentias, ac etiam Gabellarum exemptiones, & alias prærogatiuas, & emalumenta prout & quemadmodum gaudent, & consequuntur ipsi Iurati, & quilibet ipsorum, & concurrat in omnibus simili modo vt vnus ex eis tamquam in ijs, quæ ad præsens habent, quam in ijs, quæ in posterum gratiosè per maiestatem regiam eis concedentur dante Domino. Et volumus, quod cum ipsis Iuratis possit, & valeat in omnibus & singulis negotijs, rebus publicis & priuatis exequendis per eamdem vniuersitatem & peragendis pro interesse Curiæ nostræ &c. Dat. Messanæ die primo Octob. an. a Natiuit. Domini M. CCCC. XXXII.*

Rex Alphonsus.

Legistin? Regios qua decet attentione characteres perpendistin? plura, quæ librentur, digna; quo muneris dignitas elucescat. Mecum igitur paulo attentius verba diplomatis expendito: sed breuiter, vt progrediamur ad cetera. Ecce tibi primo loco. VT VNVM EX IVRATIS. In hunc etiam Rex volens, lubensquè Senatoris dignitatem confert. Quare mirum planè videri non debet, si in publicis, priuatisquè rebus vel cū Senatu vt Senator est; vel togatus existit; quip-

quippe qui, vt ad Regem redeam, *est vt vnus ex Iuratis tamquam officialis in capite*. Parua ne hæc? accipe aliud maius. *Concurrat in omnibus simili modo vt vnus ex eis tamquam in ijs quæ ad præsens habent, quam in ijs, quæ inposterum gratiosè per maiestatem regiam eis concedentur*. Quasi vero nullum velit inter hunc, ac Iuratos Patres esse discrimen. Tandem vt cum Rege rem omnem breuibus absoluam. *Et volumus*, Sic Rex concludit egregiè, *quod cum ipsis Iuratis possit, & valeat in omnibus, & singulis negotijs, rebus publicis, & priuatis exequendis per eamdem vniuersitatem, & peragendis pro interesse nostræ Curiæ*. Quod plane perinde sonat, ac si Rex hunc rerum suarum vel Patronum deligat, vel fautorem. quid .n. sibi vult id loquendi genus, *In peragendis pro interesse Curiæ nostræ*, nisi vt omnes Senatores licet pro summa Regis amplitudine retinenda defatigent, Magister tamen Notarius debet vt ab Rege delectus ad eam promouendam diligenter attendere. Ceterum cetera explorata cum sint, nullaque prorsus explanatione indigeant, lectoris iudicio committimus. magna itaque vt constat satis, Panormitani Senatoris dignitas, magna itidem & Magistri Notarij, vt liquet, amplitudo. Verum ad institutum redeundum est, vt quod semel incæptum, prosequamur.

Hic itaque publicum armamentarium, ex quo dantur arma populo panormitano, qui licet nullo sit armorum genere instructus, vno tamen temporis momento fere omni, clangente lituo, armatura ad pugnandum armatur.

In summa nihil est quod vel ad vrbis propugnationem, vel ad eiusdem certè pulchritudinem desideres. Intus arma, quibus miles instruitur; foris vero fons plurimis Deorum, Dearumquè insignitus imaginibus, quibus Ciuis oblectatur, quibus vrbs Panormitana suspicitur, quibus Aureæ Conchæ celebratur ornamentum. De quo quidem fonte cum egregiè, eruditè, atquè eleganter scripsisset Antonius Vinitianus, operæ pretium duxi nihil prorsus addere de meo, sed versus, atque Epistolam italico sermone conscriptam exscribere, & consequentium annorum memoriæ commendare; ne tanti fontis nomen, cui similem vniuersa non agnoscit Italia, vel tanti vatis de eo pangentis scriptitatio intermissa recordatione moreretur. Ea est.

Lettera di Antonio Vinitiani circa la dispositione delle statue della fontana inanzi la casa della Città.

All'Illustre Signor Nicolò Antonio Spatafora Pretore della Città di Palermo. Perche piace a V. S. Illustre che dica il mio parere intorno alla dispositione delle Statue della fontana, e che di più vi aggiunga l'anima,

ma, perche si veda che con qualche proposito siano poste; gli dico che sopra tutti va il Puttino col Cornocopia.

Venere vestita nelle onde col Delfino sotto li piedi, hà da andare con Adone insieme. La cagione si è, ch'essendo ella stata sua amica, non pare altrimente che si possa separar da lui, e se le potrebbono accommodare questi versi.

Qui fons hic? lacrimæ Veneris, queis fluit Adonin;
Potus abi, latices ne temerato sacros.

Adone con due sassi in mano, e dietro con vn tronco.

Dente licet perij, tamen hæc dum lympha rigabit,
Noster inoffensus flore virebit honor.

Alludendo alla fauola di Adone, che fu da Venere grandemente amato, ed essendo morto dal morso di vn Cignale, fu da lei pianto, e conuertito in fiore.

Hercole con vna pelle di leone indosso, nella destra la claua, e doppo l'Idra. anderà con Bacco, perche furono compagni chiamati da Gioue alla guerra contro i Giganti; con l'aiuto de quali hebbe la vittoria. Ambendue sono d'vn paese, figliuoli d'vn padre mortale, e per fatighe illustri deificati. Può dir Ercole.

Quod mea Cælitibus nectar porrexerat Hebe,
Gratius hoc, superi parcite, ab amne fluit.

Si fa Ercole esser stato marito di Ebe Dea della giouinezza, Coppiera di Gioue, che porge a alli Dei il nettare.

Bacco tiene addosso vna pelle di Capro, alle mani due graspi di vua, a piedi vna mascbera.

Pocula qui inuentis Acheloia miscuit vuis,
Hic reperit dulci pocula digna mero.

Costui fauoleggiano esser stato il primo, che hauesse trouato l'vso del vino, beuendosi prima solamente dell'acqua. Sicome Cerere l'vso del frumento in iscambio delle ghiande. Onde da Virgilio sono chiamati due assai chiari lumi del mondo. Di più ancora alle fontane vi si facea vna festa detta fontalia, ne' cui sacrificij si ammazzaua vn Capretto, si buttauano

diuerse corone di fiori, e si sagrificaua di necessità con vino.

Apolline appoggiato ad vn tronco di alloro sbarbato per esser fratello di Diana ad vn parto. Si potrebbono accoppiar insieme. L'vn potrà dire.

Murmur aquæ vt cytharæ sonitus, dum pectora mulcet,
Ne strepe, sic Niobes aspera fata feras.

La cetra se ben fù trouata da Mercurio, ne fù poi fatto dono ad Apollo, a cui par che conuenga il suono di essa. Egli saettò i figliuoli maschi di Niobe, e Diana le femine come dispreggiatori della loro diuinità.

Diana con vn cane, a piedi vn arco, ed il turcasso, doppo le spalle vna Cerua tocca con la mano.

Me saxum sine veste vides, si numina temnes
Mutata Ceruus fronte manebis aqua.

Ella fù tenuta per Dea sì casta, che fauoleggiano hauer cambiato Atteone in Ceruo buttandogli acqua nel viso, perche fù ardito guardarla ignuda.

Mercurio con l'ali al cappello, nella sinistra vn cornetto. va con Pomona. Quello è Dio della facondia, ò diciamo abbõdanza del dire. questa è Dea della facondia, o pure abbondanza de' frutti. A Mercurio.

Atlantis facunde nepos hic comprime gressum,
Inde tuo fiet numine lympha loquax.

Dicono gli Astrologi esser il Pianeta Mercurio più vicino al Sole di tutte l'altre Stelle, ma non più lontano di ventiotto gradi, e per esser ei molto adusto, lo preghiamo che si fermi alla fontana. oltre che i Poeti vogliono, che sia Dio del parlare, onde da Greci è detto Ermete.

Pomona abbracciata à due zaini in mano soura vn Delfino, à piedi vn Tritone piccolo con la buccina.

Currite perpetui (Deus adsit) currite riui,
Sic ego vt Hesperides aurea poma feram.

Come dir volesse, che questo fonte hà virtù di far produrre frutti d'oro

Correte chiari, e limpidi ruscelli
ch'a par di quei c'hebber gli Hesperidossi,

Cosi

Così à Dio piaccia, nascer quì vedransi
Le foglia di smeraldi, e i poma d'oro.

Venendo alle Statue piccole, potranno collocarsi con quest'ordine. Cerere va con Trittolemo, perche in Eleusi fù da lui nudrito con latte diuino, dal quale ottenne la gratia dell'insegnare agricoltura.

Cerere con vn manipolo di spighe nella destra, e nella sinistra vn Cornucopia, ed vn vaso à piedi.

Flaua Ceres mater frugum, & tutela Triquetræ,
Hoc aquæ, & hoc Regni gestit habere caput.

Cerere è tenuta per Dea Siciliana patrocinale di questo Regno, e cercando luogo conueneuole alla sua Maestà, elegge Palermo, che è capo del Regno, ed in Palermo la fontana, che è capo di tutte.

Trittolemo con la zappa nella destra sopra vn mastino, nella sinistra vn mazzetto di fiori, e frutti.

Si bene Eleusinæ repeto memor vbera matris,
Hæc quid diuini flumina lactis habent?

Venere con Vertunno. Questa seconda Venere è quella detta appresso i Romani Verticordia, che mutaua l'amor lasciuo in casto, dentro vna conchiglia con vn Cupido, ed vn Delfino.

Pœnituit Venerem, quod aquis foret edita salsis.
Proluar hac dulci, dulcior, inquit, ero.

E conuiene con Vertunno, il quale fù da gl'antichi tenuto per Dio, che mutaua li pensieri, e che trasformaua se stesso.

Consueui in varias me formas vertere, sed nunc
Aspectu hoc fontis constiti, & obrigui.

Opi con l'Aquila, Leone, Capro, Porco, ed Orso, butta latte dalle poppe ignude; si può accoppiare con Orfeo, poiche quella fù da i Poeti detta Gran madre delli Dei; questo interprete loro. l'vn potrà dire

Qua prius aspersi cunctos dulcedine Diuos,
Vberius soli fundo, Panorme, tibi.

Intendendo per il latte, con ch'ella nudrì li Dei. Orfeo ignudo con la lira sopra il Cerbero.

Conatus manes accersere Coniugis orco,
Hoc fessus venio pellere fonte sitim.

Ricchezza va con la Liberalità, come che l'vna nasce dall'altra con vn Cornucopia sotto li piedi pieno di frutti, versando acqua da vn vrna.

Et Tagus, & diues Pactoli cedat arena,
Ditior est fluuijs Aurea Concha suis.

Liberalità con vna collana d'oro, due vasi pieni di moneta, ed in mano denari in atto di porgere.

Tantum natura huc, tantum ars quoque contulit omnis,
Ipsos & valeat detinuisse Deos.

Quanto a i quattro fiumi, ogn'vn va posto fra vn Tritone, ed vn Nerea, perche flumina ex mari exeunt, & in mare redeunt.
Oreto sarà quel vecchio coronato, ed appoggiato su l'vrna.

Vt te suspicimus fluuiorum Trinacriæ Rex,
Qui vada fœcundo gurgite læta facis.

Quello che ha il Pegaso, è'l Mar dolce. Virgilio fa le Muse Siciliane, che habbino cura delle cose rustiche, fra le quali tiene nobilissimo luogo il mele; e quel paese, dou'è'l mare dolce, essendosi detto Fassomide, dal gran mele, che vi si fa, conuiene darsegl'il fonte loro, che sarà questo come ad altri si da.
L'Ippocrene coronata di lauro, e col Pegaso, e sette canne la sampogna di Pan.

Mittite Parnasso deducere vatibus vndas,
Suggerit has dulcis melia lympha maris.

Papireto è quel fiume col Delfino, e l'Ancora. che fù vn tempo porto di Palermo, e secondo l'opinione de' Scrittori viene dal Nilo, di cui ne ritiene la qualità di produrre i papiri, & toccando ciò dice

Me

Me Nilus genuit, nomen fecere Papyri,
Qui fueram vnda salo, sum modo lympha solo.

Dal Nilo ho l'acque, e dal Papiro il nome,
Nel medesimo letto, onde marina.

Gabriele quel vecchio con l'vrna su l'humero coronato di canne, e par che possa dire.

Quattuor hic vitreo fluuij decurrimus alueo,
Vidit Adam similem fertilitate locum.

Alludendo al Paradiso terrestre, da doue han principio quattro fiumi, Tigre, Eufrate, Gange, e Giordano.

E questo quanto mi occorre intorno à questa materia, nella quale oltre la fatiga grandissima di animare, e dare spirito quasi nuouo Prometeo à Statue fatte senz' alcun disegno mi trouo non potermene compiacere di collocarle altrimente; poiche dalla proportion loro non mi è stato conceduto metterne insieme vna piccola, ed vna grande, che senza dubio in molte sarebbe più à proposito. ne riceua V. S. Illustre il caldo affetto, che hò di volerla seruire come Signore, à cui di cuore faccio riuerenza.

Antonio Vinitiani.

Habentne ciues, quibus delectentur, simulacra? habētne exteri, quas admirentur, imagines? Quarum planè Panormitana Maiestate, si spectetur, dignitas, & pulchritudo; si earundem dispositio, Antonij Vinitiani digna, vel ingenio, vel sapientia. si vtrumquè, nihil præclarius, nihil magnificentius, nihil sublimius. Qui ergo vidit, qui circumspexit, veritatis Etopæia fruatur. qui distat, huc concedat, huc aduolet, vt videat, an inter se cuncta respondeant.

Porrò in huius Vrbis regione, ait Fazelus, quæ meridiem spectat inter portas temporum antiquitate collapsas, funditusquè deletas Iudæam, & Belbilbacal, templum est D. Cataldi musiuo pauimento, & porphyreto lapide, columnisquè testudinem sustinentibus insigne, à Syluestro Comite Marsico Rogerij Siciliæ Comitis nepte constructum, cui & eius magna erant adiuncta ædificia, quorum hodie nè vllum quidem extat vestigium. Superest in eo delubro marmorea theca, paruula quidem infixa parieti, in qua huiuscemodi legitur epigramma. *l. 8. d. p.*

Egregij Comitis Syluestri nata Matildis,
Nata die Martis, Martis adempta die.
Viuens ter ternos habuit menses, obijtquè
Dans animam cælis, corpus inane solo.
Hæc annis Domini centum undecies simul vno,
Et decies senis hac requiescit humo.
Anno Domin. Incar. 1161. Metildis obijt.

Extat & alia inscriptio in D.Cataldi impluuio tab. anteriori, vt loquar cum prima Georgij Gualterij editione Panormi habita, latere perfracta, litera florenti, quæ cum ad loci vetustatem, ac dignitatem conferat (quod olet antiquitatem, colendum) prætereunda silentio non est.

Liani. Quod. Mera. fide. Admi.
Cur. Portensis. Kal. Quod. singulari ......
Laudabili. Munerario. Indulgentia ......
Hibuit Illuc. Meruit. optando. Quod. voluit.
Ditionem. Gratissimam. Reddidit. Quod. die.
.. S. Horas. Theatri. Voluptas. Tenuit. Et. Hilaris.
.. Eridie. Transijt. In. Qua miratus. Honestissimum.
Genere. Herbariarum. Et. numerosas. Orientales.
Meridie. In vtrisque. Caueis. Varis. Missionibus
Entia. sacra. specialiter. meruit. At cultum.
Mplissimo. Apparatu. Ciues. suos. vniuersos
Voluptates. Honeste. exhibitas. ad Augendam
.. entissimis. vocibus. Bigas. Centuriatim.
... india. quod. esset. duabus. Bigijs. Et equestrib.

Conterminum huic est Sanctimonialium Marturanense Cœnobium ab Simeone de Bononia Archiepiscopo Panormitano insinitum. Eius templum, quod imaginum pulchritudine, ac varietate Regio S. Petri sacello, de quo supra ex Vgone Falcando, vel pæne par, vel certè non impar à Georgio Antiocheno Regis Comitis primum, deinde vero Rogerij Regis Admirato constructum, quod planè non minus & Græci, & Sarraceniçi, vel in fornicibus, vel in lapidibus, qui ibi asseruantur, inscripti characteres, quam Rogerij Regis literæ, & Guilelmorum diplomata vel confitentur, vel testantur. Donis quamplurimis ad diuini numinis cultum spectantibus, varijsque vasis aureis summa cum liberalitate donatum.

Faz. l. 8. d.pr.

Octo Canonici Sacerdotes & sacrum in dies facerent, & cetera ritè munia obirent. Progrediente verò tẽpore hisce adiectis quattuor, duodenos omnes in regium S. Petri sacellum transtulit Rex Rogerius. Vasa verò aurea, cum magni essent ponderis, magniquè pretij Fredericus secundus ad alendas, sustinendasquè militum copias insumpsit, eorumquè loco scapellum opidum elargitus est templo. *Ex priuil. dat. Pan. die 11. Aug anno 1220.*

Dixi Marturanense templum cum regio S. Petri templo certare propemodum. Multis .n. ab hoc id vincitur.

Et primò prima illud fronte musiuo opere, ac veteris testamenti insignitur historia. Opera nimirum Doctoris Ioãnis Sancies sacelli primum Prophonistæ, deinde verò Cephaledẽsis Episcopi Anno 1506. Ex hoc liquet, quod pro foribus extat.

Sub Diuo Ferdinando Hispaniarum, vtriusquè Siciliæ
ac Hierusalem Rege Catholico.
Cantore Reuerendo D. Ioanne Sancies V. I. D.
Hic rudis interno paries inuiderat aurum,
Diuitijs cantor fecit, & arte parem.

Secundo horologij magnificentia; de qua quidem Latinæ, Græcæ, & Saracenicæ extant hæ literæ parietibus insculptæ.

Hoc opus Horologij præcepit fieri Dominus, & Magnificus Rex Rogerius Anno Incarnationis Dominicæ M.C. XIII. M. Martio Ind. Quintæ Anno regni eius XIII. feliciter.

Græca, inquit Fazelus, *& Sarracenica hoc latinis sonant. O spectaculum nouum. Fortis Dominus Rogerius Rex ex Deo sceptrum tenens fluxum frenat fluentis substantiæ cognitionem distribuens à peccato immunem horarum temporis. Mense Martio Ind. V. salutis Anno 1142. Regni eius 13.* Quod quidem sacellum Rege vel innuente, vel volente Rogerio Petrus huiusce appellationis primus Panormitanus Archiepiscopus parochiali dignitate donauit. *l. 8. 1. d. p.*

Demum tertio eo Mayfridis Regis Siciliæ priuilegio decoratur, quod de alijs scriptum non inuenio. *Mayfridis Dei gratia Rex Siciliæ Iustitiarijs Siciliæ extra flumen salsum, & infra. Ecclesiam Cappellæ sacri Palatij nostri Panormi inter alias Regni Ecclesias eo volentes amplius honorare, quod prædecessorum nostrorum, & nostra reputatur in regno Camera spetialis, Dat. Fogiæ V. Aprilis. Plura Fazelus. consule. sed ad rem.* *Ex priuil. dat. Pan. 1132.*

E regione visitur S. Catarinæ Cœnobium, ac templum Monialium Ordinis Prædicatorum, Fazelus autumat, à Palma de Magistro Angelo, & Benuenuta eius filia anno salutis 1300.*sacratum ditatumquè, vbi Bebilbacal porta olim erat Vrbis, & ædes Sancti Stephani de Admirato.* Hæc Fazelus. *Odæum* habet hoc templum ita magnificè exornatum, vt in templi maiestatem rectè cadat. Ara maxima ita sublimis, vt maximum templo creet ornamentum. Sacella culta. insignita. illustrata.

Finitima huic est S. Matthæo ædes sacra, vbi quondam Virginum D. Basilij Cœnobium à Normannis extructum. Ad eam quamplurimi singulis quibusquè diebus confluunt Sacerdotes, qui pro animabus in Purgatorio igne cruciatis salutarem hostiam diuino libant numini. Hoc in templo ea diuina primum instituta res est; ex quo cetera tamquam ex fonte pietatis latices hauserunt. Opus panormitana pietate dignum. Rectè quidem Vrbs panormitana, & à Regibus Regni caput, & à Ioanne Læto Sicularum Vrbium regula nuncupatur. Capiti .n. aptentur membra, & à regula addiscatur norma virtutum est necesse. Hisce animabus ab igne iam ereptis, ac tutelaribus semper certe prouehetur panormitana felicitas. Iure panormitanus Ales dictum illud præfert, ac profert.

VNDIQVE FELIX.

Patrocinantibus nimirum loci delitijs, & animulis ex flãmarum pænis in cæli voluptatem euocatis panormitana commiseratione fauentibus.

Huic proximum hoc ipso anno 1630. extructum est sacellum, quod ex operis magnitudine singularem sibi vendicat laudationem. Opus hoc vel ea ratione institutum. vt lethali morbo oppressis, atque iamiam extremum spiritum agentibus nonnihil opis afferatur. Opus singulare. diuinum inuentum. si enim hoc vtrumque, quo de supra, inter se conferatur, hoc priore superius. Illud enim eò preces dirigit, vt ex ignibus in cælum ferat. hoc, vt in cælestis portus ora locet animulas ex tetra mundi tempestate seruatas. Animulæ istæ de beatitudine incertæ; illæ verò de æterna felicitate securæ. Summo cum apparatu, pompaquè exornatum est templum. quæ quidem pompa cum triduum expleffet, eo triduo ad id ingens ciuium multitudo confluxit. Varia pro foribus ornamenta. diuersæ inscriptiones. plures Cytharedi. Sublime extabat mõstrum in tridui calce comburendum; quod flammas euomeret,

ac neces, ore spiraret. Auernalis monstri Hieroglyphicum huiusce sacelli precibus, Deiparæ Virginis opitulante numine, eneruandum, proterendum, conculcandum. Vnde rectè quidem, ac sapienter ante huiusce monstri oculos positum est illud Geneseos.

IPSA CONTERET CAPVT TVVM.

Auspicatum exordium, auspicatius incrementum.

Hinc si progrediaris vlterius: Religiosissimorum PP. tertlj Ordinis S. Francisci templum obuersatur ob oculos, quod recens à fundamentis excitatum sic istam Vrbis partem nobilitat, vt illustret. Pulchriores ædiculæ è saxis in orbem coeuntibus hinc inde efformatæ, niueoq; colore lucentes, vt quocumquè fortè oculos conuerteris, vsquequaquè tibi quid dignum, quod spectetur, oculis proponitur. Et quamuis à religiosa sit paupertate constructum, eius tamen magnitudo, eiusquè maiestas, ciuium opitulante munificentia, potentiori potentiæ non dissona. Organum hic magnificum, hic regium.

In huiusce Vrbis regione Regio est Deisin sarracenicè, quæ nonnihil immutata Diuisi hodie nomen suæ retinet originis.

Hinc atquè hinc duplex sanctimonialium Cœnobium. Alterum ex Repentitis vetustum quidem; de quo suus erit dicendi locus. Alterum vero recens Montis alti Ducis liberalitate constructum. Operis magnitudo summam pietatem in summa prodigalitate commendat.

Inter vtrumquè sedet media Parochialis Ecclesia Sancti Ioannis à Tartaris cognomento; quæ annis superioribus sic à S.T.D. Don Hieronymo Daniele Prot. Apostol. Rectore, & Beneficiali illius ita refecta, itaquè ad formam redacta nobiliorem, vt exigi omnino & à Panormitana maiestate, & à Parochiam administrantis religione videretur.

Ex hac regione si celeberrimum forum illud, vbi antiquitus panormitanæ nundinæ celebrantur, dictum hodie, Fera vecchia, dempseris, habes plures ædes sacras. *Quarum vna*, ait Fazelus, *est Diuæ Trinitatis iuxta Thermarum portam à Matthæo Guilelmi Regis secundi Cancellario intra Vrbis eo tempore mœnia cum Monasterio illi coniuncto à fundamentis erecta; quam etiam postea à Guilelmo Rege fuisse dotatam ex eius priuilegio dato Panormi Anno salutis* 1150. *consequimur. Hanc subinde Henricus Sextus Siciliæ Rex Theutona gente ortus,*

vtpotè

vtpotè Friderici primi Cæsaris à Ruffa barba appellati filius Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Hospitali Teutonicorum concessit, vt ex Friderici Secundi Cæsaris rescripto colligimus. quod in hunc modum refert. Notum. inquit, *facimus, tam præsentibus, quam futuris, quod nos ad imitationem Domini Imperatoris felicium Parentum nostrorum Diuæ memoriæ monasterium Sanctæ Trinitatis de Panormo à Matthæo quondā dicto Cancellario constructum, quod ipsi Dominus Imperator, ac Domina Imperatrix Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Hospitali Theutonicorum misericorditer concesserunt.* hæc ille. Theutonum igitur hoc pacto factū est ex ea Xenodochium Mansio hodie vulgo appellatum. Hoc in pretio est hodierna luce templum singularibus exornatum priuilegijs. Dies Dominici Corporis Sacramēto sacer huiusce templi dignitatem suadet. Ex eo enim toto orbe celeberrima illa Augustissimi Sacramenti, vt ita dicam, processio exorditur; quæ cum suo describenda sit loco, libenter hic omittimus.

Dixi supra Forum illud, in quo antiquitus panormitanæ celebrantur nundinæ ita floruisse, vt earum adhuc vernaculum seruet vestigium. In huiusce vmbilico fons est, qui aquarum vbertate, & fontis pulchritudine hanc Vrbis partem, aut satius hanc Vrbem vel illustrat, vel laudat. E fontis sinu Cylindrus assurgit. in apice muliebre simulacrum, quod affatim latices hinc inde diffundit, qui in ampliorem peluim excepti panormitanam vbertatem vel commendant, vel innuunt. Aquæ dulcedo ipsam dulcedinem vincit. ea scilicet blāda, dulcis, ac humana Panormitani ciuis natura declaratur. Id planè respicit eam Vrbis portam, quæ Himeram notat, Sancti Sebastiani, Diuique Rocchi Vrbis tutelarium imaginibus insignitam. Hosce profert aduentantibus tutelares. Vtriusque tutelam duplex hoc Antonij Vinitiani Poetæ ingeniosissimi Epigramma confitetur.

Vrbs hæc, quæ merito Sebastiane,
Se addixit tibi vindici salutis,
Si non exuuias, nec arma, figit
Hæc passim simulacra, figit, vt sint,
Patronoquè, Duciquè, Principiquè
Votiuæ monimenta seruitutis.

Alterum verò D. Roccho votiuum est.

Improba felicem pestis populata Panormum

Vici-

Vicinos latè saturabat ciuibus agros.
Cum miseratus opem cælo, dextramquè dedisti.
Muneris ob tanti meritum tibi, Rocche, sacramus
Hoc quantum illud cumquè est; tu bonus inspice mentem;
Æternumquè tuo deuotos numine serua.

Tertio igitur ab hoc foro lapide Franciscanum suspicitur & Cœnobium, & templum. hac tempestate magnificum, nobile, regium. Vtrinquè pulchrum. mirabile vtrinquè opere fornicato constructum. præcipuæ quædam à S. Francisco res præclarè gestæ descriptæ auro oblitæ, coloribus animatæ. pænè spirant. Imaginum pulchritudo templi pulchritudinem commendat. Commendat itidem & Petri Nouelli penicillum. Antiquis non cedit. Mons Regalis tam vate, quam pictore glorietur suo. communis Poesi, ac Picturæ, ait Plato, est vterus, communis, & laus. laudetur Vates, laudetur & Pictor, laudetur & Vrbs, cum sit Illustrium virorum ferax. Ante portam maximam areola præclaris Equitum exornata domicilijs.

Non longe ab eo, loquimur enim cum Fazelo, *templum est D. Mariæ ab Angelis, & minorum Fratrum, quos Obseruantiales vocant, cænobium ætate mea à fundamentis adiectum.* hæc ille. Suis hinc inde insignitur ædiculis. vnicuiquè imminet simulacrum Apostoli. lingua desideratur. pænè vnumquodquè spirat. eloqueretur. Tabernaculum augustissimo numini sub panis specie latitanti ex pretiosissimo lapide constructum: quod primum in panormitana Vrbe, quod nouum est. Pietatem Patrum illustrat. Cultum Eucharistici numinis exornat, prouehit. Claustrum vero quod aiunt, ingentibus suffultum columnis Marchionis Villenæ sumptibus inchoatum. Et profecto non adeo exigua sunt inchoamenta, vt incrementa non videas, non admirere. In eo varijs arborum generibus consitus est hortulus. Domesticum Religiosæ felicitatis, Cœnobijquè delitium.

Faz. lib. 4. dec. 1.

Propè, sequitur idem ibidem, *extat ædes D. Mariæ à Victoria pijs viris dicta, qui veste alba amicti, & facie velati in furcam, securim, aut aliam id genus capitis pænam damnatis piè assistunt.* Verum me iuuat hoc loco de hoc ipso à Victoria templo pauca differere, atquè huiusce nominis cognitionem, templiquè nomenclaturam & proponere, & exponere. Sarracenis iam longè, lateque in Vrbe panormitana dominantibus Panormum Rogerius Comes, ac Robertus ad-

l. 8. d. p.

uolat. obsident. Bifariam signa figuntur. Ad Orethum Rogerius, Robertus vero ad eam Vrbis partem, quæ ad Montem Regalem vergit, vbi hodierna luce templum Minimorum fratrum extat à Victoria, castra admouet. Diuiditur Sarracenorum virtus. Oppugnantium Normandorum vim, impetumquè sustinere non potest. cedit. à Normandis victoria reportatur. In ea demum Vrbis parte, quam fortiter, strenueq; Rogerius oppugnauit, iã superata, profligata, ac victa templum a victoria construxit. Valuæ ab Rogerio direptæ sub huiusce templi altari vel hoc die asseruantur. Vidi. De qua certè victoria cum diploma illud, quod à Trainensi Ciuitate ad me transmissum, loqueretur, hic fideliter exscribendum existimaui. Plura in hoc, quæ ad Rogerij laudem; non pauca, quæ ad Panormi gloriam vel celebrandam, vel euehendam faciunt, leges. *Baro*, sic illud habet, *dedito* (seu clarius Barensi Ciuitate dedita) *& nauali exercitu apud Hydrontum congregato, Dux, & Comes in Siciliam ad expugnationem Panormi profecti sunt. Erat autèm Panormus Ciuitas diues, & populosa totius Siciliæ caput, & Principalis sedes Tyrãnorum iuxtà mare in delitiosa planitie non longe à Pellero monte circuitu sita. nullius bonæ rei indigens. Circumsedentibus igitur eam ex altera parte Ducis, ex altera parte Comitis exercitu, nauibusquè omnino maris partem prohibentibus omni die grauiter vtrinquè pugnabant. Tanta erat ciuibus audacia, qui plurimum de situ, multitudine, ac Ciuitatis fortitudine confidentes nostris licet acerrimè inuadentibus portas claudere dedignantur. Contigit itaquè die vna dum quidam Arabicus miles audacissimus, qui iam nostrorũ multos interfecerat, aliquem sibi in porta occurrentem armatus expectaret; vnus Normandigena Ducis, atque Comitis strenuæ animositatis equum acriter vrgens per medium pectus illius lanceam contorsit. Et cum hoste interfecto ad socios redire festinaret, porta subito clausa, & præsens hostium congeries aditum sibi per eamdem viam prohibuit. Mox impiger per medios hostes quam citissimè longum, & ignotum iter arripiens per oppositam portam sæuas insequentium manus (Christo ducente) illæsus euasit. Quem ad socios iam pro morte ipsius lacrimantes redeuntem ipsi quasi rediuiuum admirãtes eum osculari non cessant. quin aliam Normandis partem illam Ciuitatis, quam Comes obsederat, acerrima cum multimoda oppugnatione aggredientibus, cum ciues vniuersi ad defensionem eiusdem partis conuenissent, Dux omnium sapientissimus, cui etiam ab astutia nomen inerat, ex alia parte cum trecentis militibus viriliter aggrediendo portas frangit, & maximam partem Ciuitatis vsque ad interiores*

muros

muros occupat, atque tenet. Quo audito nec collectis in vnum viris ciues Ducem retro expellere præsumerent. Comes ad eumdem locum cum parte sui exercitus se transtulit. in crastino autem Ciues postquam nullo modo virtuti Normandorum posse se resistere viderunt, communicato consilio, missis, & remissis nuncijs, & pactionibus, quales in eadem Vrbe tenebant, confirmatis PANORMVM VRBEM REGIAM TOTIVS REGNI DOMINAM, METROPOLIM, *Duci, atque Comiti viris inuictissimis fratribus regendam, & tenendam tradiderunt, &c.*

Huic itaquè templo cur à victoria sicut & itidem illi Fratrum Minorum à victoria nomen impositum sit, iam habes; & constat Robertum ex altera Panormum parte obsidentem in ijs domicilijs constitisse, vbi eorumdem Patrum est hodierna luce cœnobium. Quamuis etiam hac de re si aliquantisper à proposito digrediamur, alia etiam ratio à nobis non in poetarum inuentis, sed in Historiæ veritate firmata possit afferri.

Hoc ergo templum hac de causa à victoria nomen traxit. Rex ille Ferdinandus cognomento Catholicus contra nefarium Maurorum genus in Hispania cum certaret; atquè ab ijs fortiter, animoseq; propelleretur; cumq; de S. Francisci de Paula adhuc viuentis sanctitate fama percrebesceret, atque omnē pænè terrarum orbem oppleret, eum per literas monuit, institit, vt is in Hispaniam traijceret. Eadem tempestate eumdem Sanctum Patrem plures Dynastæ, ac Reges votis omnibus exposcebant, vel sua præsentia vel eos consolaretur, ac recrearet, vel eorum necessitati effusis in cælum precibus subueniret. Ferdinandus frustra neruos industriæ contendit suæ. Pontificis voluntate præpeditus S. Franciscus aliò iter instituit, atquè vt aliqua saltem ex parte Regi faceret satis, duos è sua familia Patres, Abundantium, ac Bernardum Buel ablegauit. Ex his accepit se victoriam primo congressu relaturum. Prima itaque luce Mauros aggreditur. verbis respondet euentus. Mauri timore perculsi, animoque consternati in fugam conijciunt sese. cumquè palabundi discurrerent, ac in Patres offendentes plurimis vulneribus interemerunt. Reportata itaque à Ferdinando Rege victoria Malacæ templum Virgini Deiparæ à victoria excitatum; atquè hoc non forte fortuna, sed ea de causa, tum vt innueret, se Diua Virgine opitulante, victoriam consecutum, tum etiam vt fateretur se Patrum à victoria precibus (hoc enim nomine in Hispania Minimi fratres insigniuntur) Mauros tandem fudisse, superasse, atque optatissimam palmam longa obsidione, longoquè temporum interuallo expetitam retulisse.

Mōtoia in hist. Frat. Minorum In Prouincia Granata. Petrus Tristani.

Iam cum hic ijdem ipſi Patres cœnobium, templumquè molirentur extruere, atque de imponendo nomine ſecum animo cogitarent, non aliud imponendum Machedæ Dux duxit, quam à victoria nomen, vt vbiquè terrarum eius celeberrimæ victoriæ memoria, ſeruato nomine, nulla vnquam intermiſſa recordatione moreretur. Singulis annis ſecundo Quadrageſimæ Dominico die dies ſacer inſtitutus, ad gratias Deo Opt. Max. pro Ferdinando Rege victore referendas. hæc obiter. ad rem.

Nullus itaquè dubitationi relictus ſit locus, quin vtrumquè templum ex reportata à duplici Principe tum à Ferdinando Rege, cum à Rogerio Comite victoria victorioſiſſimum, celeberrimumquè nomen ſit aſſecutum. Quod ſi profectò cetera omnia deſiderarentur, quæ ad id comprobandum facerent, id præ cæteris eſſet elogium ſatis altari Virginis Deiparæ dextera vexillum præferentis inſcriptum.

Porta hæc, in quam Rogerius inuictiſsimus Siciliæ Comes irrumpens aditum exercitui Christiano ad Vrbem hanc Panormum ab indigna Sarracenorum ſeruitute emancipandam venienti patefecit, victoria cognomento ab eo deuictorum hoſtium ſummo cum honore ob inſignem reportatam victoriam, Deiparæ Virginis cultui Victoris eiuſdem Principis ardenti, ac pio deſiderio conſecrata eſt. Quintili menſe Dominicæ incarnationis Anno M. L. XXI.

l.8. d.p. *Huic vicinum eſt*, ait Fazelus, *Monaſterium monialium Ordinis Prædicatorum Diuæ Mariæ à Pietate à Franciſco Patella Magiſtro Portulano ſuper eius egregijs ex quadrato, & ornato lapide conſtructis ædibus ætate etiam mea fundatum*. Hæc Fazelus.

AEdi magnificæ ædas ſacra ſucceſſit. inconditis ciuium vocibus Monialium cantus. quæquè terra pedibus contaminata mortalium, nunc Virginum ſacrata veſtigijs. Huiuſce ſedis veſtibulum antiquitatem olet. Patellæ præfert inſignia. Hinc inde appoſita duplex inſcriptio, altera ligata pedibus, altera ſoluta oratione conſcripta.

Siniſtræ.

In Gallos, inque Hiſpanos ſub Rege Sicano
Præmia, quæ geſſi, Rex mihi teſtis adeſt.
Qui fidei titulos dedit, & virtutis honores,
Ditiaquè emeritæ prælia militiæ.

Nunc

Nunc ego pro castris praeclara palatia pono,
Vt fruar his partis sanguine diuitijs.

Dexterae.

Sub Ferdinando Mau. Robetico Siciliae, & Hispaniarum Rege Christianae religionis propagatore Franciscus Patella Eques Panormitanus Regius Alumnus, & Edeatra Regni huius Magister Portulanus sibi, & Eleonorae Solerae Barcinonensis Coniugis dulcissimae delitijs, ipsiusquè Francisci posteris has aedes construxit.
Anno XIII. Ind. M.CCCC. LXXXXV.

Progredienti vlterius non parua sese tibi offert area magnificis exornata palatijs. oculatos testes non Panormitanos, non Siculos, sed Italos, sed Hispanos appello. Nec mirandum planè. In hac .n. Vrbis calce praeclariora paenè surgunt aedificia, cum antiquitus in ijs sedibus Proreges, quas nunc sacer Inquisitorum Magistratus colit, domicilium collocarent. Ea ad Graecorum portam ducit. Aquila quasi viuens, oculis in caelum defixis, explicatis alis prima fronte obijcit sese. quasi vero vel sculptoris gloriam, vel panormitanae Vrbis magnificentiam in omnes orbis terrae partes dissemi nandi ardeat cupiditate. Ab incaepto desistit. Spiritus illi deest, non animus. hinc illud

...... In magnis est voluisse satis.

Publicanis petentibus patefacta haec porta. Id sequens fatetur elogium.

Prouidentia M. A. Columnae Pror. Opt. & Inuict. Publicanorum petitu ob viae Columnae opportunitatem, & caeli temperiem benigniorem decretum magno totius Vrbis applausu, vt vectigalia non vt hactenus Thermitana; sed hac tantum porta percipiantur.
An. ab orb. redemp. M. D. LXXX.

Vrbem vero adeunti hic Vrbis angulus deuictam, ferratamquè portam Africae victoriae monumentum praefert. Inscriptioni imminet duplex columna. vtraque praefert laconicum dictum.

PLVS VLTRA:

Ad declarandam scilicet victoris voluntatem, ac desiderium.

Diuo

Diuo Carolo Quinto Imperatore Rege Siciliæ.
A. D. M. D. LVI.

Quarto Bello punico deuicta Vrbe Africa ob optimo Duce Vega, funditusquè deleta, delatisquè foribus superatæ totius Africanæ regionis præcipuæ Ciuitatis Senatus, Populusquè Panormitanus ad inimicorum dedecus, virtutis gloriam, ac sæculorum memoriam prodendam collati beneficij illas hoc in publico stabiliri decreuit.

Hos Vega Ioannes post punica prælia postes
Ferratos capta Victor ab Vrbe tulit.

Ex hac ad supremam viam, quæ ex procero, editoquè loco sibi nomen traxit, via soprana, itur. Totum, quantum, quantum est, quod certè maximum est, æquor subiacet. via Columna subest. ex Rhedis tranantibus, ex cymbis prætereuntibus non mediocris voluptas. Hic domus D. Nymphæ aquæ salutari cunctis peruiæ imminens ab Senatu P. constructa. habet toto æstiuo tempore Cytharedos, qui, dum inclinat dies, Equitesquè, ac Matronæ panormitanæ Rhedis prouectæ nobilibus dulciores ex maris sinu flantes auras captant, lituis, tibijsque ex proportione respondentibus ciuium animos alliciunt, & in Columna via, qua nihil in Sicilia tota vel pulchrius, vel magnificentius reperitur, ita distinent, vt Zephirorum delectationem spirantium aucupantes domum alacres reuertantur. Autumno vero tempore supra Portæ Austriæ, seu Nouæ vestibulum statio, vt Equitum, Matronarumquè Rhedas vltrò, citroquè commeantes tibijs modulatè canentibus distineant, & æstatis, Autumniquè tempestate Panormus suis non videatur esse spoliata delitijs.

Vlterius, inquit Fazelus, *ædes est præclara duplici columnarum ordine suffulta, & lapidibus quadratis ingentibus insurgens Diuo Nicolao à Khalcia totius regionis Parochialis.*


Hoc templũ Beneficialis D. Francisci Geloso pietate, ac religione instauratũ. Aliud ab eo, quod extabat antiquitus, pænè dixeris. totũ niueo cãdore perfusũ. Panormitanæ fidei cãdor hæc symbola iure sibi vẽdicat suo. Paulisper à terra sublimis ara maxima. Cultũ Sũmi numinis suadet. Exornati magnificentiã tẽpli maximopere cõmendat. Hoc D. Frãcisco à Castro Prorege olim Siciliæ opt. integerrimo ampliatũ, vt Eucharistiæ Sacram. exposcentibus præsto Sacerdotes essent. Huiusce rei, & Proregis, & Senatus Panormitani memoria, in hac inscriptione templi exterioris angulo affixa seruatur.

Phi-

Philippo III. Rege Potentiſs.


D. Franciſco de Caſtro Comite Caſtri Proroge. Ad libramentum proprium via redacta Senatus Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti miniſtris Eccleſiæ Parochialis Diui Nicolai à Chalcia ſedem præbuit ampliorem. D. Ioanne Ioenio Cardona Prætore. D. Vincentio Platamone. D. Hieronymo Plaia de Termis. Petro Monte aperto. D. Ludouico Vaſſallo. D. Franciſco Lanza. Friderico Criſpo.
PP. C. An. CIↃ. IↃ. CXVI.


Huic S. Ioannis militum Hieroſolymitanorum tutelaris templum è regione reſpondet, ſphæricum quidem, ac pulchrum. Id maritimi æquoris area maxima, & toletana via maximè inſignitur. In ea, cum ſit capax ſatis, à Panormitano Senatu feſti dies ad fouendam ciuium hilaritatem celebrantur. Scęnam ipſe exhibet locus nobiliſsimis illuſtratus ædificijs. Inter cætera præclarum illud, in quo pro Chriſtianæ Reipub. propugnatione ſacrum Inquiſitorum Tribunal iura dicit. *Hinc*, Fazelus ſic habet, *ad iactum lapidis ad meridiem diſtant areæ maximæ, quam planitiem maritimam appellant, prominentes Mamfredi Claramontani Motycæ olim Comitis inſignes veteris Architecturæ ædes anno ſalutis* 1320. *ſtructæ hoſterium ætate mea dictæ. Quas cũ Andreas Mamfredi filius defuncto patre, quod à Martino Siciliæ Rege deſciuiſſet, capite plexus eſſet, Rex ipſe ſibi in Regiam adſcripſit; Curiamq; circum eas ampliſſimam, vbi Iudices totius Regni ad cauſas decernendas, quæ ante (vt Friderici Regis Secundi priuilegio conſtat) in Caſtro ad mare agitabantur, conuenirent, inſtituit; qua poſtea Siciliæ Proreges vſi ſunt. Verum Anno ſalutis* 1517. *cum per mortem Ferdinandi Hiſpaniæ, & Siciliæ Catholici Regis motibus in Sicilia, & Panormo præſertim exortis, Hector Pignatellus Montis leonis tum Comes Siciliæ Præſes à coniuratis in ea Regia expugnata captus eſſet: ſedatis poſtea motibus tutum ſibi, ſuiſquè poſteris ibi refugium minime fore ratus, Regia ad maris Arcem, quæ munitior eſt, translata, mercium eo horreum, quod Doanam vulgo appellant, tranſcripſit. Porta Vrbis in hac regione, & non longè ab his ædibus olim erat Politio cognominata; quæ hodie licet nulla ſit, nomen tamen apud ſeniores adhuc retinet.* Hactenus Fazelus, & nos cum illo hactenus. Qui plura de hoc domicilio legat Georgium Graun tom. 1. in deſcriptionibus orbis terræ. l. 8. d. 1.



Panor-

Panormitanæ Vrbis Vrbs tertia breuiter exponitur.





Viuſce Vrbis tutelarem veneramur, & colimus Sanctam Oliuam; in ea etiam ſua pulchritudo non deſideratur. ſi ædificia ſpectes, nihil præclarius; ſi templa, nihil certè diuinius. De ædificijs nihil eſt, quod dicam, Pulchra omnia, omnia illuſtria. Exteris in Panormum Vrbem confluentibus, ac teſtantibus habeatur fides. Ad templa itaque deſcribenda deueniamus. Atquè vt hinc ordiamur, *Portæ obſcuræ*, ait Fazelus, *imminens vetuſta eſt ædes D. Theodori teſtudinata, & columnis ſubnixa Normannorum fabrica Monialibus D. Baſilij primum adſcripta*.

l. 8. d. 1.

Qui huiuſce ſtructuram operis diligenter attendat, nulla planè ij inſurget dubitatio, quin antiquitatem oleat. Cœnobium itaquè magnificum quidem, at non magnificum templum. alterum alteri diſſonum. quare vt vtrumquè ſibi reſponderet, templum à fundamentis excitatum, quod & Odæi duobus columnis innixi pulchritudine, & parietum candore non inter poſtrema recenſendum.

Loco ſup. cit.

Nec multo poſt, auctore Fazelo, *Infra marmorea via intercurrente ad angulum Vrbis ſuper mænibus turris Pharath, ac portæ Patellorum incubans templum eſt hodie D. Antonij*.

Hic aduertas velim duplici mihi loco de hac turri, Patitellorumq; porta mentionem factam. ſcil. de vtraquè duplex extat apud nonnullos opinio. ſed germanior, quam Fazelus innuit, cum oculatorum, eorumquè grauiſſimorum teſtium auctoritate comprobetur. lege quæ ibi diximus. huc transfer.

Parochiale templum à D. Vincentio Domenichi viro & pietate, & eruditione præſtantiſſimo ſumma cum religione adminiſtratum. excultum. In orbem formatum quadruplici innixum columnæ. Prima fronte ara maxima. hinc atque hinc altare duplex. Ad baptiſmatis lauacrũ D. Caroli Borromæi imago ſuſpicitur, qui lacrimarum imbre perfuſus, nudis pedibus, inſertoque in collum laqueo (vere dolentis animi vel documenta, vel argumenta) Chriſtum cruci affixum gerit, diuiniquè numinis miſericordiam implorat, vt Mediolanum ſuum ab diuturna peſtis obſidione liberet, ſeruet. In templi veſtibulo area. nec quidem parua. In ea quidem

ædes

ædes Sacerdotibus templo inseruientibus opportunæ. Ex altera parte ad toletanam viam, ex altera vero ad forum illud Vrbis panormitanæ celeberrimum aditus patet. Ex hoc superiori loco & aucupes, & venatores, & piscatores, & cuiusuis generis homines suis distributos locis vides. Quid hac scæna, theatroue nobilius? quoniam verò de hoc foro fortè incidit sermo, abs re quidem non est, hic exscribere, quæ Fazelus innuit. nihilquè, quod egregium, quod celebre est, à me silentio prætereatur. *Eo itaquè loco*, ait Fazelus, *forum olim Sarracenorum fuisse in Regum diplomatibus. & publicis tabulis comperimus. Vetus hæc Vrbs, qua septentrionem respicit, prisco tempore stagno maritimo vsquè ad eum locum, qui Papyritus hodie dicitur, abluebatur. Quod obiectu protensæ linguæ ad Vrbis vsq; verticē mare incurrens portum tutissimum faciebat. At æui cursu amnis, qui hac etiamnum ætate Papyritus dicitur, quiquè olim Vrbis mœnia cum stagno lambebat, & auctam iam Vrbem interfluit, limosus alioqui, & materiæ secū aliquid semper afferens, obturatis luto portus faucibus, paulatim illud ad maris vsq; littus prorsus oppleuit, oppletq; etiam in singulos adhuc annos panormitanum maris sinum, qui ea causa importuosus propè relinquitur. Enim vero quinquaginta plus minus ab hinc annis hybernis nonnunquam temporibus sæuiente aquilone non solum maritima Vrbis porta, sed & campus quoquè, qui intra Vrbis mænia est hodie, ad tabernas vsq; meritorias vndis atterebatur. Quod hac ætate repleto iam limosa materia sinu minimè contingit. Nam fluctus ipsi etiam vehementissimi ne ad portā quidem suo impetu peruadunt. Et quod de stagni ingressu scripsimus, Procopius lib. primo de bello Gothico affirmare videtur. cuius verba adscripsi.* Loco cit.

Panormus, inquit, Vrbs sola, quoniam in ea validum erat Gothorum præsidium, ac munitissimus erat locus, obsidionem expectauit, ac pertulit. Quæ cum a terra munitissima esset, hostesq; contemneret, quin imo & vt abirent, imperabat. Classe in portum delata mari tandem expugnata est. Portus .n. vsque ad mænia patebat. Animaduersumquè à Belisario fuerat quibusdam in locis malorum, nauiumquè altitudinem celsius attolli, quam mænia. Quare classem intra portum suis statim vt agerent, iussit, ac murum ad mare situm subirent, qui fortè tūc erat defensoribus vacuus. Iactis itaq; in portu mox anchoris, & nauibus in tuto firmatis, quarum mali vrbis propugnacula superabant, ex templo lembos sagittarijs complent, sublatosquè ad mali suspendunt fastigium. vnde ex eminenti Gothi sagittis vndiquè icti, & instanti periculo adducti in imbellem formidinem acti sine mora mox Panormum Belisario dedunt, &c. hucusque Procopius ait Fazelus. In laudando Auctore non rectè. huiusce rei historiam exponit Leonardus Aretinus fol. 518. de bello Italico aduersus Gothos. nec correctum locum hactenus vidi, licet extiterit,

qui Fazelum correxerit. Dignus planè, qui purgetur, cũ si fortasse Procopiũ perlegerit, nõ Aretinũ attẽderit. itaq; sibi iure persuaserit Aret. verba in opere Procopij cõscripta nõ ex Aret. sed ex Procop. fuisse profecta. Qui error in grauissimũ Theologũ, quem honoris causa nominatum nolo, ẽt cadit; is .n. cũ Cyrillũ Alexandrinũ pro sua sententia laudaret, non Cyrilli, sed Clodouei orationẽ vsurpauit. In lectitãdis auctoribus diligenter aduertendum. *Hæc*, prosequitur Fazelus, *communi Panormitanorum opinioni plurimum adstipulatur. Nam cum ea anno salutis* 538. *Panormi obtigerint, qui decimus septimus ab hinc supra millesimum fuit, quo tempore nequè partes Vrbis hodierno portui cohærentes, nequè quæ portum hodie ambiunt mænia condita, vt paulo post ostendam, sed longo post tempore extructa fuerint, vbi portũ vsquè ad mænia Procopius patere scribit, non de hoc portu, nequè de his mænibus, quæ eo tempore non extabant, sed de veteris vrbis mænibus, & portu, qui ea tunc stagni instar abluebat, procul dubio locutus est. Quod ẽt annales vrbis affirmant, cũ regnantibus Petro, Iacobo, Frederico, Petro secundo, & Ludouico Logiam, ac Conciariam padulosas, inhabitatasquè, ac Iuratum, qui his partibus exinde cultus hodiè adscribitur Portæ patitellorum appellatum fuisse referunt, vt in Archiuio Prætoris est videre. Cæmentarij præterea, qui ædium in ea regione aliquando fundamenta fodiunt, non in molem lapideam, neq; in solidum, firmumq; aliquod, sed in arenas marinas incidunt: quod euidentissimum, ac omni prorsus tergiuersationi contrarium est argumentum.* Hæc ille. In ipsa perpetua via ab Machedæ Duce olim Siciliæ Prorege ædificata, quæ Panormũ æqua proportione ab se ipsa partitur, est templum D. Roccho sacrum, ex Panor. Senatus voto, dum Vrbs peste laboraret, absolutum.

D. Martinus la farina.

D. Roccho templum votiuum iterum ex voto S. P. Q. P. præædificatum Præt. D. Cæsare Caetano Sortini March. D. Ottauio Corsetto milite S. Iacobi. D. Aloysio Syluera, Alphonso Saladino Valguarneræ Barone. D. Ottauio Ortolis. D. Petro Bottuneri, & Alagona. Francisco de Arez Senatoribus. Ann. M. DC. XXVIII.

Progreditor. in ædem Sacram Virgini à Succurso nuncupatam offendes. Opitulatrici debetur & honos, & ædes hæc præcipua; vt quisquis ad eam tãquam ad sacram anchoram, asylumq; de beneficio securus, certusq; confugiat.

Hinc ad trecentos fermè passus plus, minusuè pulcherrimũ illud templũ extat Cõgregationis Oratorij S. Ignatio Episc. Antiocheno Martyrij laurea insignito dicatũ. Eius ingressus animi alacritatẽ parit, pietatem accendit, religionẽ suadet. Ara maxima suis ornata interuallis sic elucet, vt templi magnificentiã dilaudet. Aediculæ pulchriores. S. Ignatij à leonibus discerpti, dilaniatiquè imago con-

conspicitur, colitur. Longæui senis formam exhibet. Ignatium efferato leonũ tremantibus iubis ipsa crudelitate crudeliorũ vngue fædatũ expressit penicillum. Post ædicula Sancto Philippo Nereo Fundatori recens iam a Gregorio XV. in Sanctorum numerum cooptato sacra, quæ sic diues, vt nihil ea ditius, cum sit ex pretiosissimis compactalapidibus. Eius imago roseo flamine charitatis indice obtegitur. solemnioribus festis diebus detegitur, vt eo inuento & Sancti sit carior aspectus, & præsentia munificentior.

Huic adiuncta est & alia Christo Domino cruci affixo ex lapidibus non exigui pretij constructa vario colore intertextis. Inter duplices columnas media est Crucifixi imago ita miserabunda, vt ex oculis lacrimas pietatis eliciat. Ante altare extat Infantium sepultura sic lapillulis exornata magnificè, vt huiusce loci pulchritudo obtenti pulchritudinem loci mira quadam ratione commendet. adiectum elogium. nos & adiecimus.

Vobis ò Paruuli hæc sepultura paratur,
Quos lucis ipso in limine,
Qui vos redemit, sustulit velut nascentes rosas.
Aram ergo ante eius simplices, Palma, & Coronis ludite.

Patris Iosephi Gambacurtæ ex nobilissima Gambacurtorum familia pietas inuentrix. fundatrix.

E regione S. Rosaliæ Panormitanæ Ascetriæ respondet sacellũ, quæ rosis coronata, Angelis ducibus, à Christo Iesu in Eremum dimittitur. In quam rem scriptum, impressumq; illud Epigramma.

Quam prudens Rosalia fugam meditaris honorum,
Et nemorosa tibi transfuga lustra paras:
Iam videt, & summum summi tibi numen Olympi
Annuit, ac duro in tramite sternit iter.
Perge alacer, nemorumquè atris te conde latebris,
Emeritæ è tenebris lux tibi laudis erit.

Frequens in dies fit ad eam ciuium concursus. Imploratur: ea, qua est regia liberalitate succurrit. Antiquissima imago. Penicillum docet. Reliquas vero hic omittendas duximus, cum nihil in hisce sit hactenus inchoatum, quod præcipua animaduersione dignum videatur. In summa & templi cultus, & Patrum religio, & loci frequentia populos ad pietatem vel inuitat, vel vocat. Supra

portam maximam hinc inde suum est inscriptum & Congregationis, & Templi tutelaribus elogium.

Alterum.

D. O. M.

D. Philippo Nereo Confessori

Congregationis Oratorij Fundatori

Congregatio Oratorij Panormitani

Eius sub instituto, & viuente, & annuente erecta;

Quod Ann. Dom. M. D. CXXII.

Et XXVII. postquam sanctus vir octogenarius

Obdormiuit in Domino


A Gregorio XV. P.M. In festo S. Gregorij Magni

Fuerit inter Sanctos relatus

Pietatis, ac deuotionis monumentum insculpsit

Et Sancto suo

Patri, & Patrono.



Alterum.

D. O. M.

D. Ignatio Martyri

Antiochenæ Ecclesiæ III. post B. Petrum Ap. Episcop.

Congregatio Oratorij Panormitani

Eius sub auspicijs, ac nuncupatione

Anno Dñi M. D. XCIV.

Et XVIIII. post fundationem eius, quæ Romæ à S. viro Philippo Nereo instituta fuerat auctoritate Didaci de Aedo Archiep. erecta,

Et à Clemente VIII. P. M. post biennium confirmata Basilicam hanc ab anno M. D. *XCVIII. extruxit*

Et sancto suo

Titulari, ac Tutelari

D.

Gemino templi frontispiciũ leone exornatũ. Medium S. Ignatij cor integrum, in quo grandioribus, aureisq; IESV nomen exaratũ characteribus; vt quiuis non ignoret, teste Nicephoro, nihil in Ignatium leones immanitate barbaros potuisse; vbi cor IESV nomine insignitum eluxit. Dulce IESV nomen barbariem domat. Domus verò sic planè refecta, vt digna quidem Maiestate Panormitana & videatur, & habeatur. Pomarium in eo consitum, quod

ver

ver spirat. Columnis suffultum atrij pulchritudinem ostentat ædificium. Vbi numeris erit omnibus absolutum, ac perfectum suis cum præclarioribus huiusce Vrbis contendet ædificijs.

Haud procul inde Dominicanæ familiæ templum est augustum, ac celebre, sacellis abundat. Ara maxima diebus sic exornata festiuis, sic Sanctorum insignita reliquijs, vt nihil vel ornatius, vel pulchrius. Adiunctum est cœnobium nec paruum quidem. Claustrum multiplicibus innixum columnis, suisquè hinc inde collustratũ ædiculis, ex quibus tamquã ex vberioribus S. Thomæ Aquinatis fontibus Philosophiæ, ac Theologiæ latex hauritur. opere fornicato constructum. sunt in coronide felici penicillo adumbratæ ab illius religiosæ familiæ Patribus Christi Domini causa res præclare gestæ. Præclariora etiam S. Patriarchæ Dominici facta leguntur. In hoc itaque ambulationis intercolumnio iam habes documenta Sanctorum, ex quibus pietatem lætus ediscas. habes itidem vnde solatium petas. Id enim ex varijs, pretiosissimisquè arborum generibus insignitur. Primo vere Nympharum domus. Autumnus vero ver spirat. Cœnobium habet & pomarium suum suis ornatum violarijs, intertextum & rosetis. partim perpetuis, partim obliquis, partim dissectis pomarium vijs continetur. In ijs varia florum peristromata profulgent.

Conterminum est Sanctimonialium Cœnobio, quod generatim Beluirdi nuncupatur; cuius licet angustũ sit templum, augustũ est. impedimento est locus; cum ex tẽplo S. Petri Mart. sibi adiecto tendere nõ possit vlterius. Monialiũ cœnobio Dominicanæ familiæ cænobium, ac templum proximum est, quod à Sancta Cita communiori vocabulo circumfertur; Lucensium olim Xenodochium, ornatum illud quidem; hoc vero sacellis mira arte constructis non caret suis sua inuicem proportione respondentibus. *Faz. lib. 8. dec. 1.*

Huic imminet D. Octauij de Aragona domi, militiæquè celeberrimi viri domus, qui cum in Turcharum finibus non parua suæ vestigia virtutis impressisset, sibiquè satis vixisset, & gloriæ hostium spolijs onustus, ac martiali dignitate conspicuus, Panormitanorum PP. Cappuccinorum sibi cœnobium elegit, vt in eo spiritalis militiæ quasi Tyrocinium poneret; Dæmonumq; manus tandem edoctus profligaret, ac perderet, qui de Christianæ Reip. hostibus in bellis confectis non ignarus summa cum mortalium admiratione triumphauit. Cum itaque extremum sibi vitæ diem adesse perspiceret, quamuis non exigua Christiani militis argumenta reliquisset, Puellulis dispersis, ac vagis deuouendam decreuit, vt Diabolo in homi-

homines sæuienti, thecnasquè molienti tam opportuna, tamquè apta arma diriperet; exquè loci custodia asseruatæ florem virginitatis integrum, illibatumquè seruarent. Quod planè inuentum sitne gloria, laudeuè dignum, aut Christianæ pietati consentaneũ iudicet, qui legit. Ne tam singularis, tamquè inauditi facinoris gloria consequentibus annis deflorescerer, extat pro foribus elogium, quod profectò si minus conditoris laudem puellarum Vrbem Panormitanam obeuntium modulatione commendat, certè characterum voce non tacet.

Cum D. N. Regis Philippi IV. MaieStatem. In Sicilia. tertium. referret. D. Ioannettinus. Doria. S.R.E. Cardinalis. Archiepis. Panorm. Vrbique praeessent. D. Nicolaus. Placidus. Brancifortius. Comes. Raccudiae. Princeps. Leonfortis. iterum. Prætor. & D. Marianus. Alliata. Spatafora. D. Ludouicus. Spatafora. Didacus. Blaschis. Thomas. Cascini. D. Franciscus. de. Requesens. D. Petrus. Septimus. Senatores. Quod. D. Octauius. de. Aragona. domum. suam. præter. alia. legata. Puellarum. dispersarum. habitationi. testamento. reliquerit. quarum. administratio. Gubernatoribus. Montis. Pietatis. iam. commissa. fuit. Gubernatores. ipsi. anni. huius. D. Idus. Lercario. D. Carolus. de. Termini. D. Franciscus. Pizinga. Filingeri. D. Iosephus. Bonaiuto. D. Carolus. Deluoglia. Campixano. D. Albertus. Spinello. vt. viri. terra. marique. præclarissimi. publica. extet. memoria. factumque. præclarum. ac. prope. diuin. ad. imitandum. exponatur. marmoratis. laudibus. supra. domus. portam. illius. nomen. decorarunt. III. Kal. Aug. CIↃ. IↃ. XXV.

E Sanctæ Citæ regione, ait Fazelus, templum est D. Annunciatæ ornatissimum. Perantiquum habet intercolumnium varijs imaginibus depictum. Cui proxima est S. Luciæ ædes sacra, quæ hodie ex D. Georgio nomen accepit. Ligures colunt. eaquè sic planè ornata est, vt suam sibi vendicet laudem. tota marmorea. quaternæ marmoreæ columnæ fornices sustinent. marmoreum & pauimentum. Ligurum splendor ex hoc templi splendore conspicuus.

Subest huic, Fazelus autumat, *D. Petri Apostoli templum cognomento Balnearij anno mundi 6589. Roberto Guiscardo rerum Panormi potiente extructum, quemadmodum huiusmodi super eius porta in saxo marmoreo Græca, sed in latinum versa indicat inscriptio. Expletum fuit adorabile templum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli in diebus Illustrissimi Ducis Roberti, & Sicilietta eius vxoris impensa Nicolai filij Leonis Paratalassiti Panormitani, & sollicitudine, curaquè Nicolai Simplicis Præsbytheri*

theri, & tabellarij anno mundi 6589. Indit. IV. orate pro eo. hucusque inscriptio. & ad limen templi eiusdem marmor calcatur, in quo hoc fragmentum latinè legitur.

Imp. M. Aurelio Imperatori Aug.

Addit & aliud Gualterius elogium, quod antiquitatem olet. huiusmodi est. Intra. *In vrnula aquæ lustralis: alatus vtrinque puer circum, cui titulus inscriptus. seruat pede læuo ad alas cupidinum in angulis Scipioni imitentium, dextro ad eorum pedem extenso, ita vt humum neuter tangat, Infra duo glires spicas adrodunt.* Gerg. Gual. in ant. tab.

D. M.

Secundino
Alumno Infanti
Dulcissimo
Qui vixit Ann. I. M. x.
Diebus xvij. Hermes,
Et Primitiua
Fecerunt,

Hæret huic Arx vetus, scribit Fazelus, *quam Castellum ad mare ideo vocant, quod tres eius partes mari impetuntur, & ad tuendum portus ostium à priscis condita. sed à Sarracenis templo Mahumetanæ superstitionis excitato ornata, & à Roberto Guiscardo, ac Rogerio fratre illis superatis postmodum instaurata, vt in annalibus Siculorum, & vita Rogerij legimus. Quam postremo CAROLVS QVINTVS CAESAR propugnaculis ingentibus mea ætate muniuit. Adhærebat arci, qua portus fluctibus abluitur, templum vetustum D. Ioannis* Baptistæ *à Normannis quidem Principibus ditatum, sed à Guilelmo Secundo Siciliæ Rege, postea Cænobio S. Spiritus extra mœnia eius tempore ab Archiepiscopo Panormitano condito cum suis pagis concessum, vt eius diplomate dato Pan. Anno salutis 2178. Mense Nouemb. quod legimus, constat, quod tempestate etiam mea ad muniendũ arcem funditus deletum, ac iuxta ædem D. Mariæ à Catena restitutum est.* Hæc Fazelus. De qua quidem arce sic breuiter Hugo Falcandus. l.8.d.1.

Hæc ergo Ciuitas in plano sita maris ex vno latere crebris insultibus fatigatur, cuius tamen fluctibus retundendis vetus palatium, quod dicitur in hist. Sic.

Maris

Maris castellum, murosque multa turrium densitate munitos opponit. Sic ille.

Illud autem generatim de hac huiusce Vrbis arce dici iure potest eam certè referre non exiguæ ciuitatis imaginem, quæ & natura loci & propugnaculorum fortitudine, & ænei bellici tormenti copia, & propugnantium Hispanorum magnanimitate quamlibet potest obsidionem, quamuis ea sit diuturna, perferre.

Eam Vrbis partem vrbi subiectam, quæ litoris oram aduentantibus stationem ratibus, ac onerarijs nauibus aptantem spectat, huic arci conterminam si respexeris templum habes Deiparæ Virginis, quæ cum in antro comperta potentissimæ dexteræ portenta patrauerit, ab antro nomen traxit, sacrum. Prodigiosum templum. votiua vndequaquè Virgini monumēta. Exornatum est antrum. ad id nō ita facilis aditus patet. Columnæ circumpositæ sunt impedimento. Candido flamine eius velatur aspectus. ante diem Parasceues ea miraculorum prætulit facē. Quæ imminet inscriptio, fatetur.

Tertio Kal. April. ante diem Parasceues
1564. initium fuit signorum, quæ fecit hoc
in antro Beata Virgo.

In altaris arcu medium sedet hoc laconicum dictum aureo charactere exaratum.

PEPERIT IMPAR.

Vt ostendat huiusce sententiæ auctor ingeniosus Antonius Vinitianus Verbum sine virili semine & concepisse, & peperisse.

Iam, amabo te, mecum vnà progreditor vlterius: in S. Bartholomæi Xenodochium operis magnitudine pænè singulare, ac celebre offendes. Hic multitudo languentium. hic inquam ij, qui grauissimo affecti morbo grauissimè laborant. Est & morbus pæna peccati. Ideo, sic D. Paulus habet, inter vos multi infirmi, & imbecilles, hoc est, vt ait Origenes, cum multi vel sceleribus irretiti, qui sunt infirmi, vel leuioribus noxis, qui itidem imbecilles, ad salutare pænitentiæ asylum, in quo salutis pharmaca popinantur, confugere non festinant. *Et certè*, inquit Origenes, *qui propter imbecilles animi vires procliues sunt ad labendum in quoduis peccatum, etiamsi non toto animo fuerint obnoxij alicui peccato peculiari, quemadmodum sunt ægroti, tamen infirmi sunt, &c.* hæc ille. In summa Herculanus

Cor. 11. 30
in cap. 14. Matt.

hic

hic morbus. de ijs morbis adagium, qui vel nulla plane, vel nulla ferè medicorum ope succurri potest. Mira in hoc Xenodochio vel ob hanc præcipuam rationem panormitanæ charitatis pietas elucet. Inter cetera pietatis documenta præfert & hoc Senatus Panormitanus, ad veram vrbis dignitatem amplificandam. Suo non caret laudationis elogio, sicut & sanguis, ait Ambrosius, ita & lapis habet vocem suam.

Philippo Rege Inuictiss.
Pietate Comitis Albalistensis Proregis, Senatusquè
Panormitani cura, sumptuquè domus Hospitalis
instaurationi, viæquè consulitur:
D. Francisco Campo Prætore, D. Petro Alliata, Sal-
uatore Carauello, Paulo Parisio, Antonio Lombardo,
Michaele Saladino, & Alphonso Madigal PP. C.
Ann. M. D. LXXXVI.

Portui magis prominens, sic ait Fazelus, *templum est quadrato etiam lapide testudinatū, columnisquè ex speculari lapide conspicuis subnixum D. Mariæ a Catena vel ob id nuncupatum, quod portus litori incubat, vbi olim, eum profusior erat, ne aliquando hostiles rostratæ naues in portum irruerent, catena ferrea faucibus inserta vtrinque erat colligata.* hactenus ille. Et licet hæc huiusce templi nomenclatura afferatur ab Fazelo, aliam certè de hoc ipso templo nō reijciendam inuenio. Vtraquè optima, alteram profero. Martini Regis decreto ad suspendium tres adigendi prima luce nullo scelere obstricti. Illi catenis astricti Deiparæ nuncupant votum. voto adfuit. Catenæ suapte sponte cadunt. Excubiæ somno opprimuntur. Damnati fugæ committunt sese. res tota defertur ad Regem. a Rege veritatis conscio ét dimittūtur. Ex nūcupato itaque, solutoquè votò, primoquè hoc edito miraculo templum a Catena nuncupatur. Quod soluta mihi oratione conscriptum, habes in hisce versibus expressam. l. 8. d. p.

Dum malè tres fuerint Martini tempore Regis
Producti ad furcas; grandine, & imbre pluit.
Misit in hanc Mariæ portus tunc Virginis ædem
Damnatos vindex; labitur inde dies.
Nocte rogant Mariæ numen. cecidere catenæ,
Atquè soporatis omnibus æde meant.

Liberat hos veri Rex conscius; vnde Catenæ
Virginis hoc templum non sine laude vocant.

E Via Toletana ad Portam cognomento Felicem maturanti tibi repente è vestigio occurrit hoc elogium, singulare, æternumq; singularis beneficij Panormitanæ Vrbi a D.Christina collati monumentum. Id rem totam ponit ob oculos. Non est, cur in ea proponenda laboremus.

Quo populo Panormitano caritate laborante supplicatio per Senatum decreta est, & Christinæ Sanctæ Patronæ capsa ab æde maxima ad Diuæ Mariæ de Catena per Antistitem, & Ceterum Sacerdotium prid. Id. Ian. religioso ministerio delata quasi cælitus sub XVIII. Kal. Feb. oneraria Nauis, quæ Liburnis Messanam soluerat, mutato cursu in nostrum portum suppetias venit subsidio frumenti, quod vix in alterum diem suppetebat; & per idem tempus D. Henricus Guzman Comes Oliuarius Prorex in Sicilia destinatus Neapoli instinctu diuinitatis annonam abundè prouidendum C. D. Coriolanus Bononia Præt. D. Franciscus Lombardus, D. Laurentius Bononia, Antonius Bonaccoltus, D. Vincentius Rosa, D. Gaspar Bellacera, Iacob Chaggius PP.C. beneficio accepto memoris, & gratantis animi significationem PP.

Pænes religiosam Clericorum Regularium familiam hoc templum hodierna luce est. Ad amplificandam huiusce tam celebris, tamquè vetusti templi dignitatem, & gloriam hoc religiosissimorum virorum ministerium desiderabatur.

l. 8. d. p. *Sunt & aliæ duæ*, ait Fazelus, *D. Mariæ ædes in vrbe conditæ, quarum vna a Portu Saluo, altera a Miraculis appellatur.* Vtraquè miraculis ad aream maritimam conspicua. Et quidem Deiparæ Virginis a Portu Saluo templum ab anno 1581. magnificentius extitit, ac pulchrius; cum eo anno inter ceteros primus operis Præfectus ex Senatus decreto Patrimonij Præses D. Modestus Gambacurta obsidentes domos æquarit solo, vt ad maris vsquè litus toletana via producta mare pertingeret. Hoc certè nomen tantæ Virginis prodigiosæ imagini vel ea ratione vt opinor, est inditum; tum quia, vt siquis nauta maris vi actus, ac cæli tempestate bacchantis impetum sustinere non posset, huiusce Virginis implorans opem constitutum se tamquam in portu saluum, incolumemque non dubitaret; tum etiam quia nemo sit, qui soluat, quin

quin prius sese tutelari Virgini a portu saluo toto pectore, totoquè animo non commendet.

Tertiò ab hoc fermè lapide S.Sebastiani distat ædes Sacra. Magnificentiam præfert suam. Vndequaquè perfecta iam est. Ciues inuitat, exteros allicit, omnes vocat. Singulari pulchritudini singularis honor deferendus. Eius reliquiæ ipso die Ian. 20. S.Sebastiano sacro ex Vrbis voto circumferuntur. Panormitanæ Academiæ Equites in suum prius cooptati locum, qui è regione Prætorianæ sedis est, illius Principem præstolantes excipiunt. Bini ad S. Sebastiani iter instituunt, quò S. Equiti ab Equitum Academia is honor iure deferatur. Hic me locus hortatur, vt huiusce Academiæ finem obiter hic, rudiquè mineruа proponam ob oculos, ne, quæ commemoratione digna censentur, hoc mihi loco prętermissa videantur.

Ea itaquè de causa hæc Panormitana Equitum instituta Academia, vt Patriæ, Reiq; Pub. Panormitanæ maximè laboranti suppetias ferret. Domicilij fronte id habes,

D. N. Philippo III. Hisp. & Sic. Rege
Max. Potentiss.
Ex auctoritate D. Francisci de Castro Comitis Castri
Proregis nobilissimi.

Equitum. Congregationi. quæ. flos. est, &. robur. Panormi. vt. Senatui. vicina. &. omnibus. pacis. belliquè. temporibus. præsto. sit. Domum. Extruxerunt.

D. Aluarus de Riuadeneira Prætor. Pompilius Playa Baro Vaticani. D. Vincentius la Rosa. D. Iacobus Lucchisi Baro Camastræ. D. Vincentius Landolina. D. Gaspar Bellacera Baro Pedagogi. D. Franciscus Lanza Baro Ficarræ Senatores CIƆ. IƆ. C. XX.

Et quidem hæc vnicuique prouincia incumbit, vt ingruente belli tempestate quiuis armatus ad Orethi pontem, qui, della Midaglia, hoc sole nuncupatur, aduolet; eumquè ab omni non secus ac si alter Horatius Cocles hostium excursione, impetuquè defendat, ac panormitana magnanimitate tueatur. Vt vrbs Panormitana, quæ Parentem Romam Vrbem imitatur, & colit, satis apertè declaret Equites suos ab Horatio illo Coclite pontem contra Hostium manus defendente, donec ille abrumperetur a tergo, non degenerare. Hinc huius Academiæ Hieroglyphicum. Pons, in cuius statione Hostes præliando distineat Horatius.

Liu. l. 2. dec. prim.

Ipsa suos.

Scilicet quot vrbs Panormitana Equites alit, tot Horatios nutrit. Huic itaquè S. Sebastiani templo contigua ferme est S. Iacobi Parochia, de qua Fazelus hæc habet. *Quarta & vltima Panormi pars id totum spatium, quod inter veterem Vrbem, duasquè vrbis prædictas partes, & portus litora interiacet, complectitur: ingens sanè, & pluribus regionibus sacrisquè, ac prophanis ædibus præclaris ornatissima. Nam cum olim stagnante fluuio, & stagno quaquè eam persunaente tota esset paludosa, habitationi erat inepta. Processu vero æui palude resiccata suburbijs locum dedit. Quorum præcipuum Amalphitanorum fuit, & eorum parochialis ædes D. Andreæ sacra, quæ adhuc extat; & D. Nicolai fanum prope eam, quod a Burgo adhuc cognominatur; & subinde ceteræ regiones illis adiectæ sunt, vt Conciaria, Logia, & Terracina. Cuius rei argumentum non infirmum est, quod tempore Guilelmorum Regum nequè Conciariæ, neque Logiæ regiones habitatæ, nec cognitæ fuerunt; sed Amalphitanorum dumtaxat suburbium, vt in Historia Hugonis Falcandi, & diplomatibus, ac tabellionum tabulis comperimus. Iuratus præterea Vrbis, qui omnium postremus est, non Conciariæ, aut Logiæ, prout hac ætate, sed portæ patenllorum etiam anno salutis* 1300. *Petro I. Friderico, Petro II. & Ludouico Regibus adscribebatur prout in archiuio Prætoris videre est. Hæc itaque pars cum proximè coaluisset, Sarracenorum tēplum, quod & in ea, & extra mænia erat, Christiano purgatum more D. Iacobo iam antea dicatum, relicta S. Andreæ æde, in vniuersalem totius huiusce partis Parochiam Ciues constituere, vt ex publicis tabulis cognouimus.* Hactenus Fazelus. Verum, vt opinor, cum multitudo ciuium excresceret in dies, ac S. Iacobi Beneficialis cum tot, tantisquè facere non posset satis; factum est, vt Senatus Panormitanus, qua est in suos ciues, aduenasque beneuolentia, S. Margaritæ Parochiam in Conciariæ sinu construxerit, ac locupletarit, quò facilius altera alteri subueniret, & ciues humano auxilio destituti diuinam opem in ipso mortis agone implorantes experirentur. Contra D. Mariæ a Noua templum est, olim illibato Deiparæ Virginis conceptui sacrum. Extat eiusdem hac tempestate sacellum pulchrum quidem, ac exornatum. Vel ea sibi ratione, deposito hoc nomine, nomen illud recens vsurpauit. ante .n. templi atrium, vbi hodierna luce S. Ioannis Baptistæ veneramur imaginem, D. Virginis imago colebatur, ad quam miraculorum multitudine sic ipsa die factus est omnium vndequaquè concursus, vt ex eo publico loco in secretiorem, sacratioremque fuerit summa cum pietate translata. Hoc ipso in templo sacellum obtinuit, ex qua tamquam ex potiori parte nomen traxit. Erat hic olim

l. 8. d. p.

olim Sodalitium, quod ad pretio eximendos a turcharum seruitute Christianos studium, operamquè nauabat. Opus egregium, pium. Quod planè opus intra huiusce templi limites viuit hoc die, annoq; superiore instituta captiuorum processio, quos a turcharum potestate Christiana pietas auro, argentoquè in Panormitanæ lucem vrbis euocauit, multitudine non exigua, pietate laudabilis. Palmam singuli, candidaquè veste circumdati præferrent. Panormitanæ pietatis & monumentum, & argumentum.

Inde progressus in varios diuersi generis artifices offendes, ac aurifices. argenteæ, aureæquè viæ. Aureæ Conchæ splendori splendor adiectus. Perpetuas hic verè dixeris nundinas. Est hic areola suo circumuallata ferro, quæ partim ad forum illud Sarracenicum, quo de supra, vergit, partim vero mare spectat. Imperatoris Caroli V. sublimis imago conspicitur. Ea nobili fonte insignitur, qui e Garaffi fonte ptomanat, vt ciuium voluptati, aduenarum commodo, ac vrbis felicitati consulatur. Suo non caret elogio.

Didaco Enriquez, & Guzman Comit. Albadalistæ
omnibus exemplis opt. ornatissimoquè Proregi.
Andreas Salazar Præt. iterum ad cumulanda munera
patriæ egregiè solers, ac sedulus, & Hieronymus Cona,
D. Franciscus Homodeus, Iacobus Diana, August. Bonaccoltus
Laurentius Montagna. & D. Rogerius Salamonius PP. C.
ex aqua superiori fontem nouum adduxerunt, vt Ciues
incolæ, aduenæ commodis publicis cum voluptate fruantur.
M. D. LXXXXI.

Hinc ad centum fermè passus distat ædes Sacra a Cataloniæ Ciuibus extructa. Sphæricam formam exhibet. At quid in ea non magnificum, non pulchrum? tota tota ex selectis lapidibus. ex pretiosissimo lapide columnæ. Conditorum potentiam commendant. Inchoata quidem est; cum omni ex parte absoluta, sunt qui affirment, facilè ij principem inter ceteras esse concedendum locum. Verum an hoc sit, nec ne posteritas sententiam feret.

Celeberrimo Garaffi fonte insignitur hoc templum; de quo siquidem incidit sermo, lectorum pace mihi liceat pauca disserere.

Duplex hic fons. Alter paulo superius suam ducit originem, qui perpetuo cursu perpetuam ciuium, aduenarumquè fouet alacritatem. Contiguus alter paululum sublimis è terra e quinis fistulis

ſtulis in marmoreum vas vberrimè aduentantibus offert ſeſe e ſuperiore loco deductus. Vtriuſquè latex optimus. Imminet antiquum antiqui Panormitani genij ſimulacrum a ſerpente appetitum, quod promiſſa barba grauioris ætatis præfert virum. Ea inſcriptio.

Philippo Rege II. Didacus Henriquez de Cuzman Comes Alba-Alistæ Prorex. Cum hæc celeberrima & antiqua deiecta eſſet aqua in vetuſtiorem formam, & ad perenne vrbis decus marmoreis, præclariſquè tabellis illuſtrauit. diligentia Prætoris Andreæ de Salazar, Ludouici de Aſflicto, D. Octauij Bonetto, Hieronymi de Cona, Auguſtini Bonaccolti, D. Rogerij Salamonis, & Hieronymi de Franchis PP. CC.

Haud illi abſimile, quod ex Prætorianæ ſedis atrio Porphyretæ columnæ innixum ſuſpicitur dictum illud præferentis, *Fidelitas*; Sedet hoc in pelui aurea, in cuius coronide hi characteres exarati, PANORMVS CONCHA AVREA, SVOS DEVORAT, ALIENOS NVTRIT. Singularis ſcilicet in Reges Panormitani Ciuis fidelitas, haud impar in ceteros & panormitanæ vrbis munificentia. Cur id hoc conſtitutum ſit loco, promit elogium.

Antiqui Panormitani Genij ſimulacrum, quod ſordibus fædum, humi neglectum iacebat, ad debitum cultum, decentemquè locum eſt Senatus iuſſu translatum.

M.

D. Ioanne Comite XX, Hier. Marchione, Caſtelboni Principe, Regni Præſide.

D. Franciſco Boſco Vicarenſi Comite Præt. D. Aloyſio Campo, D. Friderico Moncada, Tortoreti. Dño D. Hieronymo Gambacurta, D. Franciſco Paſchali, Auguſtino Bonaccolto, D. Vincentio la Roſa PP. CC. CIↃ. IↃ. XCVI.

Eſt itaque qui de hoc ſimulacro ſcripſerit hoc diſtichon.

Hoc facio, vt noſtris præſto ſit ciuibus vnda,
Quæ ſi non ſupereſt, ſanguinis vnda fluat.

At qui rectius.

Anguèm ſeruo meum, qui ſpargat dente cruorem,
Vt proprio externos ſanguine ſemper alam.

Ad id vel alluſio, vel explanatio

Suos

Suos deuorat, alienos nutrit.

Hoc .n. panormitani genij ingenium est suos ciues pessundare, profligare, perdere: iacentes aduenas extollere, amplificare, ijsque dona conferre. Siquis ex nostratibus aliò conferat sese, ac beneficio vel leuissimo quidem exornetur, oculis designatur. Ad vrbem verò siquis appellat, præcipua munerum omnium prouincia demandatur, suspicitur, non inuidetur. Aduenarũ Vrbs, non Panormitanorũ. Fecisset vtinam Princeps ille Deus, vt Vrbs Panormitana reiecto tandem hoc hyeroglyphico suorum vtilitati ciuium consuleret, ac dignitati; enim vero ingenitæ felicitati hæc esset adiecta felicitas, cum sine dubio & vera felicitatis laude floreret, & ciues inter bonorum omnium fontes, ac diuitias non secus ac Tantalus vel non sitirent, vel certè non egerent. At quid ego? imo hæc est vrbis Panormitanæ germana felicitas, veraquè maiestas; cum .n. hæc sit Siciliæ Paradisus hisce blandimentorum generibus exteras gentes allicit, vocat, trahit, & volens, lubensq; offert quicquid auri, quicquid argenti, quicquid dignitatis, & gloriæ sinu fouet suo; suos vero ciues non alia beatitudine, quam ea beatitudine cumulandos opinatur; quod scilicet sint ciues Panormitani, eoquè naturæ munere satis exornatos putat.



Panormitanæ Vrbis Vrbs Quarta concluditur.

SAnctam Nympham hæc Vrbs sortita est tutelarem, eiusquè experta clientelam non parum posthac sibi felicitatis sperat, ac boni. Tu vero in Cælitum choreis Nympha

Protectrix nostræ Ciuis non degener vrbis,
Et Regnum, & Regni Diua tuere caput.

Ex octangoli area duplices perpetuæ viæ: Toletanam altera, altera Machædam continet.

Philippi III. Regis Felicissimi.

D. Bernardini Cardines Macbedæ, & Naxeræ Ducis Pror. auspicijs.

Viam

Viam Machedam, quam D. Franciscus Boschus Vicaren. Comes Primum Praet. *faciendam proposuerat* Praet. *idem II. & Bernardino Termano Garcia de olivera, Alexander de Septimo, D. Euricius Bononius, D. Marius Corsus, & D. Ludovicus Spatafora* PP. CC. *inchoauere*. XXIII. ILV. CIↃ. IↃC.

In crucem dissectæ viæ. Ex Christiana felicitate felix auspicium, felicius incrementum.

Primo itaquè tibi loco eorum Patrum, qui cruce insigniti Cruciferorum nomine collustrantur, ædes maxima occurret sese. Inchoata quidem. Magnifica. Regia. Huius vrbis futura ornamentum. Non hæc per Hyperbolem scribimus. qui dictis non habet fidem, oculis credat. Horum Patrũ mira pietas in pauperes, ægrosq; in Xenodochio detentos elucet. Non minus alunt cibo, quam verbo spiritali pascunt. Satiant. Iuge ministerium.

Haud ab hoc loco Sanctæ Crucis Parochiale templum distat, tertioquè fermè ab hoc lapide visitur Sanctimonialium, quæ S. Franciscum sacris Stigmatibus affectum tutelarem colunt. Augustum nobilitate cænobium, templumquè penè a fundamentis excitatum. totum templum candorem præfert. Monialium candorem animi suadet.

In hisce finibus est & Augustinianæ familiæ ædes maxima suis illustrata sacellis. adiunctum illi est non ignobile cænobium, in cuius intercolumnio præclariora quædam D. Augustini descripta prodigia. Tanta religiosa familia tanto Patre, tanto Duce, tanto Scriptore, sicut & Christiana Resp. glorietur. Aequis hinc inde disiuncta interuallis areola varijs arborum consita generibus, ornata violis, ac rosis. Habet & pietas monumenta, quibus accendatur; habet & animus oblectamenta, quibus delectetur.

Contigua fere est S. Benedicti Patrum domus ea ratione Panormi constructa, vt Patribus in asperrimo S. Martini non parum ab vrbe distantis cænobio febri laborantibus nonnihil opis afferretur. Extat in eo hodierna luce facellum diuino Neumati sacrum. Maiestate panormitana dignum. plura, quæ aduertantur, continet. Ara maxima quaternis exornata columnis auro, vt ita dicam, pretiosioribus. Apprimè exornati parietes. Præclarissimum Odæum. hæc ipso Parasceues die, ceteris denudatis aris, denudatur & ornamentis suis. Sed lapidum structura vestitur. Sine ornamento pulchrior. Sine Maiestate augustior. Sine opum affluentia ditior.

E regione respondet id, quod Mons Pietatis appellatur ædificiũ, charitate nobile, pietate magnificum. Montis nomenclatura diffi-

cul-

cultatem operis suadet,sed a panormitani Senatus pietate explanata. Eius institutum mutuam dare egenti pecuniam,ac virgines alere, vt singulis quibusq; annis eæ in matrimonio collocentur. Prioris inuenti Aloysio de Bononia tribuenda laus est, sicut & Bernardino itidem de Bononia incæpti operis incrementum.

Quod felix, faustumquè sit

Ob prouidentiam,& statum optimum Montis pietatis domo ex Prætorio translata reditum opera,& studio Gubernatorum Don Petri Agliata, Iacobo de Diana,Ioseph de Campo,Hieronymo de Cena,Antonij Bonaccolti,& Don Baldassaris Don Bernardini de Bononia operis,& muneris eorũdem voluntatem moderatoris. Anno. M. DXCI.

Haud procul hinc S.Marci templum, quod Religiosa Minoritorum,quod aiunt, familia colit hoc die. Haud quidem exiguum, huic vrbis parti opportunum.

Ad hæc.Cænobium est Monialium Illibato Deiparę Virginis cõceptui sacrum, quod etiãsi, & templi opere, & ædificij magnitudine celebre sit,tamẽ & Sanctimonialiũ religione, & Abbatissæ illius cognomento, Reggio, de qua suus erit dicẽdi locus, celeberrimũ.

Versatur id inter S. Hippoliti Parochiale templum ornamentis non spoliatum suis,suis & illustratum ædiculis, & Patrum Societatis Iesu tyrocinium. Augustum ædificium.angustum templum,futurum,Deo adiuuante,ac bonis opitulantibus augustius. Tabernaculum habet,in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur,quouis templo vel quidem maximo & dignum, & speciosum. Suis non caret domesticis pomarijs. hæc sunt apta tyronibus tum ad eorum animi fouendam hilaritatem,tum ad eorumdem itidem pietatem promouendam. leges .n. non modo Prouer.15. *In mærore cordis languescit spiritus*,sed apud etiam S.Thomam prima 2. q. 37. ar.4.*Tristitia inter omnes animæ passiones maximè corpori nocet*. Quæ profecto ab homine diuino cultui mancipato prorsus remouenda.

Templum Deiparæ Virginis a Mercede nuncupatum in hac regione iam habes ad captiuos redimendos institutum. Templo imminet SS. Cosmæ,& Damiani .Huic proxima est & Hierosolymitanorum militum S.Ioannis ædes Sacra diues quidem, ac locuples. quamuis id ipsius templi imago non suadeat. Domui Vincentij Susinni in Pannaria contigua est. Quod scribit in suis antiquis Siciliæ tabulis tam in prima Panormi, quam in altera Messanæ editione Georgius Gualterius non omittendum. Sic habet.*Ad fontem. In tabula cũ Nympha stolata sedente, & innixa dextræ dormiente sinistra ramulum ferente. Hunc Appianus inter Venetos, Smetius inter Romanos*

retulit subdubitans an vsquam vetusto marmori incisus.

Huius Nympha loci sacri custodia fontis
Dormio, dum blandæ sentio murmur aquæ.
Parce meum quisquis tangis caua marmora somnum
Rumpere: siue bibas, siue lauere, tace.

Hic omittenda non est & huiusce loci dignitas, & vrbis amplitudo, cũ ex hac textrina instituta in Panormũ primũ Vrbẽ ab Rogerio inuecta Metropolis totius Siciliç gloria, teste Octone Frigiensi, conferatur. Octonis ergo Frigiensis verba hac ipsa de re differentis subscribamus. Sic habet.

Octo frigiẽ. leopol. Pij Marchi Austriæ f. Chronic. li. 1. c. 33. f. 213.

Circa idẽ tẽpus Rogerius Siculus aptatis in Apulia, Calabria, Sicilia triremibus, quas modo galeas, seu sagittas vulgo dicere solẽt, alijsque nauibus bellicis onerarijs classẽ in Græciã destinat, præfectis eis ducibus strenuis, & in nauali prælio gnaris. armatis itaquè nauibus Græciæ fines ingrediuntur, ac Mutino sine impedimento, grauiq; negotio capto, ad Gursol vsque fortissimum Græciæ castrum procedunt. Quod dum nulla capere vi praualerẽt, ad dolos, & ingenia se vertunt. Igitur præmissis quibusque, vt dicitur, qui se quempiam mortuum humandi gratia deferre simularent (est. n. in prædicta arce Castri, sicut græcis mos est congregatio Clericorum, seu Monachorum) idem castrum irruunt, arcem occupant, Græcis eiectis, præsidijsquè suis itidem locatis. Inde ad interiora Græciæ progressi Corinthum, Thebas, Athenas antiqua nobilitate celebres expugnant, ac maxima ibidem præda direpta opifices etiam, qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam Imperatoris illius, suiquè Principis gloriam captiuos deducunt. Quos Rogerius IN PALERMO, Siciliæ Metropoli collocans artem illam texendi suos edocere præcepit, & ex hinc prædicta ars illa prius a Græcis tantum inter Christianos habita Romanis patere cæpit ingenijs. hæc ille.

Hinc progressus vlterius offendes in templum S. Agathæ a Villa, quod deprauato nunc a Plebæis vocabulo a Guilla nuncupatur. A Sanctæ Agathæ suburbano, vt dictitant, pomario nomen traxit. Celeberrimum omnino templum; in quo planè est Diuinæ Virginis, Christiquè Infantis imago non penicillo efformata, sed miraculo pallida; lusor. n. nescio quis cum amore pecuniæ amentia quadam raperetur, ita furore succensus, vt stricto pugione & Pueri primum, deinde vero Deiparæ Virginis simulacri papillam, nares, armum per summum scelus plurimis vulneribus confoderit, inflictisq; ex vulneribus cruor diuinitus effluxerit, quibus affectũ vtrumquè pænè animatũ vtrumquè expalluerit. Nefarius homũcio quasi radicibus defixus solo progredi nõ potuit patrati sceleris locuples testis. Interim ad vrbis moderatorẽ res tota defertur. Statuitur, vt ad su-

ſuſpendium adigatur. totã vrbem oppleuit miraculi fama, ac ſceleris impudentia. Fit ingens vndiquè Hominum concurſus. Immobilis ille ſcelus confitetur ſuum. Cum itaque eo ipſo tam nefarij facinoris loco pertica deſideraretur, vltrix numinis vindicta non defuit; ex domo .n. è regione verſante ſaxum quaſi biplamare diuinitus extitit, vt tantam tanti ſcelerati hominis audaciam vindices, qui præſtolabantur, fune armati, cælo iudice, morte, mulctarent. Vel ſaxa ipſa ſenſu, ac ratione carentia pro Sanctorum, Deiparæquè gloria vel retinenda, vel promouenda panormitanam pietatem imitantur. In huiuſce prodigioſæ Virginis ſacello extat hodierna luce conſcriptum miraculum, & pendens pugio contra nefarios, impioſq; monumentum.

Inquiſitiore R.D.Petro Ranſano Ordinis Prædicatorum Epiſcopo Lucerino 1482.quidam temerarius luſor ira ſuccenſus diuam Matrem, & Deum filium cum pugione percuſſit, qui ſtatim ex rubeo colore miraculosè pallidi effecti ſunt, ac ſacrilegus ipſe numquam abire potuit, donec ſuſpenſus in lapide in fronte poſito vitam finiuit. exinde ſequuta miracula teſtibus conſtat fide dignis.

Sed ad inſtitutum. Si itaque ad dexteram inde perrexeris tibi Virginum Montis Pietatis Cænobium occurret. Si vero ad ſiniſtram flexeris viam recta ad Cancellerij ducet te. de quo ſic ex Fazelo breuiter habeto. *Alia extat*, inquit, *in ea vrbis parte quodam* l.8. d.p. *tempore Parochia D.Mariæ de Cancellario nuncupata, & Monialium ordinis S. Benedicti Monaſterium illi adiunctum; quòd ex Stephani illius, quem a Cancellariatu Guilelmi primi in Panormitanum Epiſcopum accerſitum, & ſubinde a plebe Regem, Maionemquè eius Admiratum tumultuãte Sicilia pulſum, vt in hiſtorijs latè commemorabimus, ædibus a Matthæo Cancellario in ſacros vſus conuerſum eſt. Qua de re extat Panormi Guilelmi ſecundi diploma*. hæc Fazelus. Huic Cænobio Cænobium a Monte Virginum reſpondet, cuius anno ſuperiore inſtauratum eſt templum, quod in ampliorem, nobilioremquè formam redactum eſt. In eo niueus candor virginei candoris hieroglyphicum. hic ſumma mundities, nec odioſa quidem, aut nimis exquiſita. Deo Opt.Max. qui candoris æterni eſt parens, & origo, debetur.

Contra educandarum Puellularum cænobium eſt, olim nobiliſſimæ Carauellorum familiæ domus, quę eo Regum priuilegio fruebatur, vt ſi quis forte facinoroſus ad eam tamquam ad aſylum *Ex manuſcript. eiuſdem fam.*

confugeret, ab ea quidem dimoueri, abstrahiquè nulla auctoritate, nullaquè vi posset. Vnde domicilium illud communiori vocabulo nominabatur antiquitus. Refugij domus.

Extat & supra templum S. Christophori celebre quidem, ac nobile. Religiosi S. Basilij Patres incolunt. festiuis diebus eorum Abbas ornatus infula operatur Sacris, ac omnibus, quæ ad Abbatem spectant munia, rite perfungitur. Panormitanorum pietas in hosce procliuis. Non desperandum, quin ipsa die sit augustius futurum.

Finitimum huic fermè est Patrum Societatis Iesu Collegium structura magnificum, magnitudine singulare. Eius frontispicium palatij nec vulgaris imaginem præfert. Ipsi ianuæ imminet S. Michael Archangelus; nec planè id mysterio vacat. cum .n. is in ipsa Angelorum creatione a tenebrarum Angelo in eo commisso prælio æterni Verbi partes susceperit, inde tutelaris a Iesu Patribus electus, vt itidem in terris augustissimum Iesu nomen ab hoste tueretur, ac maleuolos quosq; obiecto Iesu clypeo ab aditu, ostioquè depelleret. Vestibulum ingressus vides deâbulationis intercolumnium suis literarijs ludis ex interuallo distinctis exornatum. In duplici eorum angulo duplex fons. Multiplicibus in aulam gradibus ascenditur, quę ad Populo S.Q.P. audiente vel in studiorum instauratione perorandum, vel ad theses de philosophicis, theologicisque rebus habendas, vel deniquè ad quidpiam aliud recitandum, decantandumquè opportuna est satis. Templum verò sacellis illustre, Odæo magnificum. Inter cetera præclarius illud Christo Domino cruci affixo sacrum. Vincentij Giattini sumptibus excitatum. Sacellum quidem dignum, quod suspiciatur, quod celebretur. Duplices in eo columnæ. quibus parietes obteguntur, lapides pretiosiores. Nihil in eo plane est, quod auro non cæletur. Crucifixi vero imago ita ad pietatem composita, vt commiserationem moueat.

Haud procul ab hoc Cœnobium septem Angelorum a Prorege Pignatelli constructum. In ipso templo hæc extat inscriptio.

Septem militiæ cæleſtis principibus
Diuinæ Maieſtatis ſtatoribus
Cæli, terrarumq; gubernatoribus
A fundamentis erexit dedic. perpetuo vectigali donauit.
M. D. XXVII.
Hector Pignatellus Dux Montis Leonis Prorex Siciliæ

quod

quod regnum cum prudenter ac feliciter pacauisset
Duodeuiginti annos bene sapienterq; rexit.

Fama vulgauit hoc quondam S. Nymphæ domicilium extitisse, in quo vsuram ea lucis accepit. Hac de re nihil certi hactenus comperi. Sit penes eos fides; quamuis id ex viris grauissimis acceperim. templum instauratum. cultum. Ex hoc itur ad aliud breuiori terræ intercapedine, quod noui nomenclaturam sortitum est. In alium nobiliorem translata est locum ædes sacra. Prior quidem angusta. recens augustior. Sanctimonialium in eo commorantium religionem vel suadet, vel probat.

Hic me admonet locus, vt de templo, in quo Christianorum more ab Archiepiscopo Panormitano Reges diadema susciperent, pauca subscribam. Paruum quidem. Sed regum Maiestate augustum. Ea præ foribus inscriptio.

Hic olim Siculo Corona Regi
Sacris a manibus dabatur vnctio,
Nunc mundi Dominam, Deiquè Matrem
Hic Christus colitur, pius, coronans,
Et quisquis bona fabricæ legauit
Templi magnifici tui Panorme
Diuina prece, & hostia iuuatur.

Anno reparat. Orbis M.D.XXV. Idibus Septemb.

Germanum panormitanæ Maiestatis & monumentum, & argumentum. Monumentum quidem, cum in memoriam reuocet dignitatem loci. Argumentum, cum primatum Vrbis supra ceteras probet. Ea.n. ceterarum caput, ac merito prima dicenda est, quæ dumtaxat vna regio diademate Reges illustrat. Id latius suo loco.

Contra est Archiepiscopale palatium, quod tum viæ Toletanæ, tum Basilicæ areæ incubat. In hunc locum ab Simeone de Bononia Panormitano Archiepiscopo translatum. Eius atrium haud planè exiguum suo fonte insignitur. Opportunis gradibus in aulam, quæ ad Proregis regiam vergit, ascenditur. Optimorum Præsulum singulare domicilium.

Huic contiguum est Seminarium Clericorum, ex quo tamquam ex Equo Troiano doctrinarum facibus armati ad gloriam diuini numinis promouendam, amplificandamquè prosiliunt. Summa in

in hoc pietas, par doctrina comparatur. Moderatorum cura singularis. Magnum planè quid & loci opportunitas, & ingenium ad literarum studia propensum creat. pulchritudine non caret sua. Inferius intercolumnium pulchrum quidem, superius non ignobile. D. Barbaræ Sacrum. Eius festo die totum totum quantum, quantum est scriptionibus exornatur suis. Seminarij præcones, monumenta gloriæ, studiorum indices. ipsum Seminarij vestibulum præfert hoc elogium.

Regnante Serenissimo Philippo
Illustrissimus & Reuerendissimus D. Cæsar Marullus Siculus Messanensis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Panormitanus vna cum Excellentissimo M. Antonio Columna huius Regni Prorege in hoc Seminario primarium lapidem posuit, quod partim proprijs sumptibus, partim fructibus ecclesiasticis ab imo erexit. Anno Domini.
M. D. LXXXIII. Die VII. Martij.

Contermina est Hispanorum regio suis conclusa mænibus, suis & itidem occlusa foribus. Opus Allobrogum Ducis filij Proregis optimi. Verè dixeris exiguam ciuitatem. In platea, quæ parua quidem non est, Ossunæ Dux olim Prorex fontem extruxit, in cuius vmbilico Equus aquam funderet. Progrediente vero tempore cum idem ille Sabaudiæ Ducis filius Siciliam summa cum laude administraret, ex eo loco in S. Iacobi Xenodochij transtulit areolam. Xenodochium hoc patet Hispanis dumtaxat. cõmodum. celebre. Varijs sedium ornamentis insigniuit Emmanuel. Plura domicilia in ipsis mænibus ad Montem Regalem vergentibus extructa, quibus eminus nihil pulchrius, cominus nihil aptius.

Prope templum est S. Mariæ Magdalenæ sacrum. Incolunt Minores Fratres, qui de obseruantia sortiti sunt nomen. Eius festo die summus est ad id Ciuium, Matronarumquè concursus. Cænobium illi adiunctum ad commodiorem Patrum stationem instauratum, ampliatum.

Cõterminam habet S. Iacobi a Mahasar corrupto vocabulo hodie a Mazara nuncupatam ædem Sacram Sancto Apostolo a Normannis Regibus dicatam. Est in ea sacellum, in quo Diuæ Virginis simulacrum seruatur miraculis insigne, ac nobile. Ad eam singulis quibusquè Saturni diebus, in quibus summa cum religione a religiosis illis viris litaniæ decantantur, promiscua multitudo cir-

cum-

cumuolat, votiquè domum compos Virginis Deiparæ liberalitate gestiens reuertitur. B. Iustiniani Veneti Patriarchæ religiosa Sacerdotum familia colit. Intercolumnium, quod in Collegio eorum est, ex varijs arborum generibus consitum illustre. Papyreto flumini imminet. de quo sic Fazelus. *Hanc*, ait, *vrbis partem Papyretus amnis hodie statim interfluit; qui plures habens triticeas molas ad panormitanum portum se exonerat. Oritur autem extra mænia ad passus fermè quingentos e fonte sub specu effluente, cui Sarracenicè Aynseitimè, sed Aysindis corruptè hodie Sarracenicè fontem sonat. Seytim viri proprium est nomen. Is fluuius vrbis mænia ingressus statim in stagnum, paludesquè diffunditur. Vbi Papyri magna gignitur copia. Est autem hoc genus scirpi frutex nudam habens virgam triangulis lateribus in gracilitatem fastigiatum, longitudinis circiter cannæ vnius, & in summo lanuginem habens capillarem, a quo & locus, & amnis papyritus est appellatus. Erat eo loci ad fluuij dexteram Sarracenorum tempore trapetum, vbi & cannæ mellitæ frustatim coniectæ, & oleæ fluuij cursu molebantur Mahassar Sarracenicè dictum, vt in Normannorū Regū priuilegijs legitur. Super cuius postmodum rupem a Normannis regibus ædes D. Iacobo Apostolo dicata est, & Mahassar quoquè appellata, quæ corruptè hodie a Mazara correpta media a panormitanis ciuibus nominatur. Stagnum illud maritimum, cuius supra memini, hucusquè olim pertinuisse situs quoquè loci maximè vallatus indicat. Porta erat ad hæc vrbis mænia a Rota olim vocata, vt publicis tabulis, & Regum priuilegijs constat, quæ hodie clausa licet nomen amiserit, mænibus tamen nomen dedit, quæ Rotæ appellationem adhuc habent. In hac vrbis parte, & ad huius fluuij sinistram loco, cui Sarracenicè adhuc Ayn Romè, quod fontem Christianorum latinè interpretatur, nomen est, anno salutis* 1550. *insignes conditæ sunt ædes, in quibus textrina officina ingens, in qua textiles lanæ fiunt vestes, primum constituta est.* Hactenus Fazelus. l.8.d.p.

Papyritica aquarū vbertate passim effluente, passimquè moriente, ac panormitani cæli clementia prope corrupta, qua Senatus Panormitanus in suos Ciues est beneuolentia, & studio curauit, vt in vnum cooptata locum 1591. per secretiores adytus in varias vrbis partes, ac templa conflueret. Antonij Vinitiani Poetæ nobilissimi docet inscriptio, quæ contra papyritum est.

Magno. Inuicto.
Regi Philippo secundo.
Didaco Henriquez, & Guzman Com. Albadal. Proregi lectissimo & ætatis suæ cautissimo.

An-

Andrea Salazar Præt. Vrb. II. cuius peruigilem administrationem difficillimis temporibus Resp. comprobauit, & Hieronymus Cona, D. Franciscus Homodeus, Iacobus Diana, Augustinus Bonaccoltus, Laurentius Montagna, & D. Rogerius Salamonius PP. C.

Quod aqua papyritica, quæ omnem propè oram temporum negligentia corruperat; alueo, ripisquè curatis per secretos ductus opere fornicato deriuata est, viæ munitæ, & finitimis ædibus, ac templis reddita cæli temperatura salutaris
An. M. D. LXXXXI.

Porro nihil est, cur dubites, quin Papyritus ex Nilo suam dicat originem. id præterquam quod Antonius Vinitianus innuit, cum de papyrito sic cecinit.

Me Nilus genuit, nomen fecere Papyri

qua de re iam supra in Vrbis descriptione f. 131. Sed etiam Cocodrillus ille in S. Ioannis templo haud longe a S. Agatha de Villa excitato vel hodierna luce constitutus inspicitur, cuius multiplicem fœtum ab eo gigni, educariquè scriptores vnanimi consensione cõfitentur, probat satis.

Video, planequè perspicio in harum omnium vrbium descriptione plura mihi omissa, quam conscripta. Omisi, fateor, templa non pauca. omisi & ædificia quasi omnia. qui .n. panormitanæ vrbis templa describere secum animo cogitet; hunc certè deficient dies, cum vrbis nulla pars sit, quæ templis non abundet, quæquè oratorijs, vt aiunt, non ditetur. Quæ quidem omnia cum singularem sibi vindicent descriptionem, singularem sibi petunt tractationem. hanc ceteris volens, lubensquè concedo. Illud vnum te monitum volo, vt rem omnem verbo complectar vno, Panormitanam vrbem dicendam esse totum templum, cum tota pietas sit; sicut itidem & totum ædificium, cum tota magnificis sit constructa ædificijs. Regia vrbs est. Qui .n. toletanam dumtaxat viam, quæ stadij vnius intercapedinem explet, non contempletur, sed obiter intueatur; sic ædificiorum amore captus, vt velit nolit fateatur sit necesse nobilibus ædificijs insigniri. Quod si hunc totam vrbem peragrare non tædeat, videbit profecto longè pulcherrima, & maxima ædificia, quæ nisi fidelibus subiecta sint oculis, non credet. Haud profectum hoc ex assentatione, sed ex veritate præconium.

Non

Non ciues, non Siculos, non exteros, sed qui panormitanæ felicitatis, si qui sunt vel inuidi, vel hostes appello; dicant an id verum sit nec ne? Vel Dæmon ipse veritate compulsus aliquando veritatis dogma profitetur. Inuidiæ personam deponant, veritatis induant, ac Vrbium Metropoli tribuant hoc bonis plaudentibus encomium.

Verum enim vero antequam ad Metropolicæ vrbis ædem maximam tandem aliquando describendam aggrediar, bona cum lectorum venia mihi liceat rudi minerua octãgulum in vrbis meditullio situm luculenta oratione describere, cum cetera omnia sine peculiari prope negligentis historici nota prætermitti, hæc sine illa omitti omnino non possint.

Est itaque in vrbis Panormitanæ meditullio platea, quæ sicuti non exigua, ita non exigua laude non caret. singulare vrbis, ac Siciliæ ornamentum. Siquis in ea constituatur, quocumquè oculos intorserit, quid non magnum, quid non admirabile contuetur? Hinc ad Austriam, hinc ad Felicem, hinc ad Vicarensem, hinc ad Machedam portas aditus patet. Omnes qua fontibus, qua ædificijs, qua vijs, qua plateis celeberrimæ, vt recte dixerit ille.

Haud vna poteras Augusta Panorme Panormo
Claudi, in multiplices es bene secta vias.

Vnaqueque huiusce Octanguli pars & ornamentis, & delicijs nõ caret suis. Prima S. Christinæ sacra, vt exteris princeps concedatur locus. Eius simulacrum non exiguum affabrè quidem factum ex marmore suscipitur, colitur. In coronide. Medium Hispani Regis stemma. Dexteræ Ossunæ Ducis iam Proregis. Sinistræ verò vrbis insigne. huiuscemodi elogio hoc simulacrum imminet.

D.N. Philippo III. Hispaniæ, & Siciliæ Rege.

D. Petro Giron Duce Ossunæ Prorege, vt quo gubernante feliciter omnia procedant, ad perfectionem procedat etiam structura sub omni cælo singularis fecerunt An. CIƆ.IC. CXII. D. Petrus Cæle stris è Marchion. Sanctæ Crucis Prætor. D. Petrus Opezinghi, Aluarus Vernagallus, D. Hugo Notarbartolus, Gerardus de Afflicto, Ioannes de Ballis Baro Calattuui, D. Marianus Alliata Spatafora Senatores PP. Q. C.

Infernè vero florentis ætatis statua, quæ veris anni tempus designet, collocata est. Ea cum flores & spargat, & marmoreo fonti

ſuis ferreis circumuallato telis non paruam aquę copiam effundat, non parum creat voluptatis. In vnaquaquè huius Octanguli parte quadruplex ſpatium èſt humanæ ſtatuæ capax, quod inter S. Chriſtinæ, Veriſq; ſimulacrum (quod .n. de hac dico, de vnaquaquè dictum velim) interiacet, quadruplicibus noſtrorum Regum ſimulacris exornandum breui. Diuinum plane, ac inauditum D. Marij Gambacurtæ Marchionis Mottæ Prætoris. D. Ioannis Roias. D.Ioſephi Antonij de Ballis Baronis Calattuui. Lãcellotti Caſtelli Baronis Gruttaliarum. D. Franciſci Roſſel. Cap. Martini de Pinedo. D.Vincentij Gambacurtæ Senatorum inuentum & ad Vrbem regiam Regum præſentia honeſtandam, & ad vrbis gloriam omni ope, ingenio, atque arte promouendam; vt merito, accepto hoc Senatus decreto, cecinerit ille.

Perge Parens vrbis, ter maxime perge Senatus.
Grande decus Regum profer; Regumquè potentum
Quadruplices radient regali in tramine vultus,
Regaleſquè animent calles, vrbemquè perennent.

E regione reſpondet pars S. Oliuæ, in cuius faſtigio & D.Franciſci de Caſtro Proregis, & Hiſpaniarum Principis, & Panormitanæ vrbis ſtemma conſpicitur. Infra Autumni ſignum quod geſtat vuis redundantem calathum. Sicuti fonti & præeſt, ita & huic inſcriptioni ſubeſt.

D.N.Philippo III. Hiſpaniæ, & Siciliæ Rege.
D.Franciſco de Caſtro Comiti Caſtri Proregi, quod iuſtus alienæ gloriæ fauens, nec ſuis diffidens virtutibus optimo exemplo aream villenam affectam omnino perfici, & perpoliri iuſſerit ob nuſquam viſum alibi vrbis abſolutum ornamentum. S.P.Q.P.
Opt. Principi D. Aluaro de Ribadeneira Prætore, Pompilio Playa Barone Vaticani, D.Vincentio la Roſa, D.Iacobo Lucchiſi Barone Camaſtræ, D.Vincentio Landolina, Don Cæſare Bellacera Barone Pedaggi, D Franciſco Lanza Barone Ficarræ Senatoribus PP.Q. Conſcriptis CIↃ. IↃ.C. XX.
Præfuerunt operi D.Baldaſſar Bononius de Bern. F. &
D. Iacobus Aliata.

Contigua huic eſt S. Nymphæ pars ſacra, & eſt S. Nymphæ ſimulacrum. In apice & Ioannis Fernandi Marchionis Villenæ Pro-

Proregis huiusce Villenæ areæ inuentoris,& Hispanici Monarchæ, & Metropolicæ vrbis insigne suspicitur. Haud hic desideratur elogium.

D.N.Philippo III. Hispaniæ, & Siciliæ Rege

Ioanne Fernando Pacieco Marchione Villenæ Prorege Prudentissimo, de omni hominum genere meritissimo, Regno,& Rep. Panormitana optimè institutis testimonium gratulationis exsoluentes aream Villenam consecrauerunt D. Antonius Boschus Prætor, Cæsar Afflictus, Aluarus Vernagallus, D.Franciscus Pasqualis, Antonius Regius, D.Ioãnes Algaria, Marcus Antonius Gasconi Senatores PP. Q. Conscripti.

CIↃ. IↃ. CIX.

Rege pio, Prorege bono, bene recta Panormus
Vt bene apud memorem egregij stet gratia facti
Tanquam corde suo Villenam format in vrbis
Quadriuio plateam, Regisquè hanc numine firmat.

Fonti imminet suo æstatis pulcherrima statua, quæ sinistra calathum papaueribus oppletum, dextera accensos cereos præfert.

Respondet & illi, quæ S. Agatham tutelarem agnoscit. Fons hic sicut & in ceteris erumpit; rugosæ vetulæ sustinet signum. supra hæc inscriptio.

D. N. Philippo III. Hispaniæ, & Siciliæ Rege.

Ioanne Fernando Pacieco Marchione Villenæ Prorege aream Villenam felicis nominis Senatus consulto decreta pro vrbis regiæ, & viarum dignitate faciendam curauere; D. Antonius Boschus Prætor. Vincentius Vpezinghi. D. Marius Gambacurta. Aluarus Vernagallus. D. Petrus Cælestris. D. Franciscus Pasqualis viæ Maquedæ curatores.

CIↃ. IↃ. C. IX.

Vrbe decus media magnum Villena Platea
Nomine quæ tanto latè decorata superbit
Facta corona suis Octonis partibus, en vt
Quadrifidasquè vias, portasquè, Vrbemque coronat.

In structuræ coronide tum Marchionis Villenæ, tum Regium Regis insigne, tum Vrbis micat. Vnaquæque igitur huius areæ pars suam præfert non exiguæ magnitudinis aquilam, vt quæuis in quattuor orbis terræ partes panormitanæ gloriæ dignitatem disseminet, ac spargat; ac nemo quidem vllibi sit, qui de panormitanæ Vrbis laudibus conticescat. Neque enim Panormi gloria in vno vnius Panormitanæ regiæ vrbis, vel Siciliæ sinu continere se potest, factum inde prudenter est, vt regiæ Aquilæ explicatis alis euolando veram, singularemquè vrbis Maiestatem vel prouehant, vel inuehant.

Ceterum ipsa ipsius opificij architectura singularis est. Opus ex selectioribus Italiæ opificibus. In quorum numerum cooptandus est Gregorius Tedeschi, qui nunc in Panormi luce versatur. Illud itaque oculos exigit, non calamum. tanta Maiestate minor calamus, vt ingenuè fatear, meus. binis infernè columnis, totidem & superne sustinetur. duplex in coronide hinc inde globus, medium vero diadema non paruum. Ex vtrisquè tota tota structura terminatur. Operis totius altitudo sexdecim vulnarum explet interuallum plus, minusue, ni fallor.

De hoc Octangulari Theatro diuersi diuersa ea tempestate, qua excitatum tempestate, scripserunt; atq; id varijs inscriptionũ generibus illustrarunt. Vnus pro ceteris hic dumtaxat recensendus, qui, postquam de varijs mundi nationibus habuit, quantum videlicet vnaquæquè ad vrbium pulchritudinem diuersis ædificiorum ornamentis euehendam promouendamq; studij, ac diligentiæ contulisset, orationem; ad Senatum Panormitanum conuersus patrio idiomate hoc dicendi argutum, & graue genus vsurpauit: *Somma in vero lode, ed incomparabil gloria, a te deuesi Illustrissimo Senato per la strana, e superba machina dell'ottangolo, a quale hai dato vn si bel principio, e felicissimo progresso. L'ottangolo dico designato da situarsi nel centro, ed ombelico di quell'ampia croce di Strada, Cassaro, e Macheda, ch'è la più degna, e più preggiata gioia, c'habbi l'Europa, non che l'Italia: che ha tolto alla via sagra di Roma, ed a la trionfale i primi honori. Che non cede punto a quella dell'Imperador Heliogabalo, ancorche lastrigata fusse di sasso Macedonico, e Porfirite: che si lascia a gran lunga dietro quell'altra di Gnoso, cotanto commendata da Platone, che gareggia, (se lecito sia paragonar le terrene alle celesti cose) con la bella Galatia del firmamento: che qualora di notturni lumi, ed accese fiaccole arde, e lampeggia, rassembra a chi da lungi la rimira, vna quasi terrestre Cassiopea: che racchiude (per dirlo in vna parola) in due semplicissime linee, il fiore, el preggio della ricca*

In dedicat. opusculi de octangulari theatro.

Tri-

Trinacria. Ma questa ancorche magnifica, e sontuosa era in vn certo modo senza lo merauiglioso ottangolo vn cadauere senza spirito, vn' ecclitica senza Sole, vn diadema, o monile senza veruna gemma. Esprime, io nol niego quel doppio, ed ampio Stradone riguardante da quattro lati le quattro parti e frontiere dell'vniuerso Oriente, Occidente, Meriggio, e Tramontana l'istesso sito, e figura, nella quale fu dal suo supremo, e sommo Architetto Dio plasmato, e formato Adamo: Posciache al sentimento di S. Cipriano prese la diuina bontà da ciascheduna parte del mondo vn poco di terra, cioè dall'Oriente, Occidente, Mezzo giorno, e Tramõtana, e di tutte quelle quattro portioni compose tutto quel plasma merauiglioso, anzi l'impose nome esprimente l'istesso sacramento, e mistero. onde fu detto Adam *con quattro Caratteri, de quali ciascheduna ne la greca fauella insinua vna di quelle parti dell'vniuerso.* A. Anatolì, *che vuol dir Oriente.* D. Dysis *ch'è l'Occidente.* A. Artos *ch'è l'Aquilone.* M. Mesembria, *cioè mezzo giorno. Siche acutamente dice il S. Martire nel trattato di Sina, e Sione.* Adam vocatur a Deo, eo quod ex quattuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit terram, & finxit hominem ex omni limo terræ: inuenimus in Scripturis per singulos cardines orbis terræ esse a conditore mundi quattuor Stellas constitutas in singulis cardinibus, prima Stella Orientalis dicitur Anatoli? Secunda Occidentalis Dysis. Tertia Aquilonaris Arctos. Quarta Meridiana Mesembria, de singulis Stellarum nominibus tolle singulas literas principales. de Stella Anatolì A. de Stella Dysis. D. de Stella Arctos. A. De Stella Mesembria. M. in his quattuor literis cardinalibus habes nomen Adam. *Or emula di quel supremo, ed eterno Architetto la Città felice in quell'ampia Croce di Strada rappresenta la figura di Adamo nello stesso sito, che fù ne primi ordimenti dell'humana spetie, espressa in tutte le quattro parti del mondo. Mancauale solamente lo spirito vitale, e quel spiracolo di uita, che fù a quel primo cadauere e plasma infuso dalla diuina bontà, e questo e appunto l'ottangolo che l'auuiua, ed informa in guisa, ch'ella facci di se viua e leggiadra mostra a riguardanti, ed habitanti. Onde nell'altera fronte di Dorico lauoro vagamente freggiata meritarebbe portarne inciso ne bronzi o marmi il seguente Epitafio.*

PANORMVM in diuersa quadriuio disiunctam Octangulari theatro in vnum quasi vinculo colligatam Senatus Panormitanus animasse omnino visus est, cum ea media molem hãc pulcherrimam vrbis animam, ac medullã, iussit collocari.

Nec de fuere, qui varijs carminum generibus hoc octangulare thea-

theatrum non dilaudarint, Senatus prudentiam non extulerint, Proregis ingenium non æternitati commendarint. Ex pluribus pauca decerpsi.


Carmen
De Octangulari Theatro.

Mœnia, Pyramides, Templa, Amphitheatra, Colossos
Iactarat plenis garrula fama tubis.

Visa vbi quadrifido, quæ finditur orbita tractu
Prælata est alijs nobiliore nota.
Crescit honos: medio moles operosa theatro
Tollitur, excelso quæ petat astra iugo.
Illic Austriacos pario de marmore Reges;
Illic Proregum stemmata clara vides.
Quo mirere ergo, quæ Dædala protulit ætas;
Quodque velut diuum suspicit orbis opus.
Quærendi externi haud fines, Carumquè recessus,
Quæquè olim Babylon, quæ modo Roma dedit.
Cum Triquetræ Princeps, Regni Caput, vndiquè felix,
Quidquid sparsum alibi est, vna Panormus habet.

PANORMVS.

Quisquis Theatri quantus assurgat decor
Miraris hospes, Areæ quantus nitor,
Qua se mearum quadruplex intersecat
Tractus viarum, hoc scire te iubeo, & volo.
Protensus ante tractus Auroræ patet,
Populumquè retro versus Hesperidum trahit.
Hoc se Boræo pandit, hoc Austro latus;
Ergo parari non mihi, sed orbi forum.



Maiorum curas, Prætor, portuque videris
Antiquos portus exuperasse nouo.
Illi inter fluctus, audacia prælia ponti
Horrent, infidi ludibriumquè Nothi

Nunc


Hunc procul insanis violenti marmoris vndis
Amplexum in gremio tuta Panorme foues.
Illic hospitibus statio donata carinis,
Ciuibus hic struitur scæna beata tuis.



Rumpe gradum, medioquè hospes te siste theatro,
Et versa in latas lumina flecte vias.
Lustrabis totam, quam magna est, protinus vrbem,
Subquè oculos veniet Patria nostra tuos.
Hic vrbis speculum, portusque, hic vrbis ocellus,
Hic noua, sic meruit forma, Panormus erit.



Non vna poteras augusta Panorme Panormo
Claudi, in multiplices es bene secta vias.
Et bene quadruplices Vrbs vna amplecteris vrbes
Te maior, de te prodiga facta tibi.
Sic etiam in totidem mundus distinguitur oras,
Terraquè stat paribus dissociata plagis.
Emicuisse nouos orbes vetus aspicit orbis,
Atquè alio cælum se super orbe premi.
Nunc etiam Circo felix superaucta Panorme es;
Scilicet hæc formæ est digna corona tuæ.




In Vrbem Pan.

Molibus in rapidum iactis ingentibus æquor
Ad tua Neptunum fræna potenter agis.
At nunc Iunonem erectis super ardua saxis
Exuperas, celsis proxima sideribus.
Ambigat ecquisnam terra, pelagoquè potentem
Te dare iura mari, te dare posse polo?



Montibus hinc, inde aggestis ceruice Gigantum
Agger in aduersum surgit, aditque Iouem.
Fulmine Tytanum moles disiecta trisulco,
Alite pugnanti tela ferente Deo.

Ab Ioue non vllo tu deuaſtabere telo;
Nam, quæ Aquila hic fuerat forte timenda, tua eſt.




Omiſi reliqua, vt dixi quamuis præclara. hæc ſatis innuiſſe exiſtimaui, vt ex hiſce cetera coniectarēt, qui legunt. Verum hic ſilentio præteriri non poteſt id, quod etiam ad huiuſce Senatus gloriam maxime facit amplificandam. Antonio.n. del Boſco Prætore Vrbem Panormum ab Octangulo quaſi quodam animo animatam procerto eſt; quid ni etiam octangulare theatrum ab æneis Regum ſignis nuperrimè confectis, ſuoquè diſpoſitis loco quaſi ſpiritibus animatum ſuis fateamur? Addecebat profecto regium hoc theatrum vel à Regibus animari, vt nihil tandem in vrbe Regia deſideraretur, quæ Regiæ vrbis maieſtati conueniret: vel in eo tanquam in maieſtatis ſolio Reges collocari, vt eorum præſentia vrbis ornamentum augeat, vrbis coronam ditet, regiam vrbis dignitatem non oſtentet modo, ſed & prouehat, & inuehat.

Duplex ſignum ex ære factum in hoc celeberrimo vrbis theatro mox collocandum. Caroli Quinti Imperatoris Auguſtiſs. alterum. Ea inſcriptio.

Muneris immortalitati immortalitas monumenti decreta.
D. Mario Gambacurta Marchione Mottæ Prætore. D. Ioanne Roias. D. Ioſepho Antonio de Ballis, ac Sollyma Barone Calattuui. Lancellotto Caſtelli Barone Gruttaliarum. D. Fräcıſco Roſſel. Cap. Martino de Pinedo. D. Vincentio Gambacurta Senatoribus.
CIↃ. DC. XXX.

Quæ te Victorem lybico de marte Panormus,
Iurantemquè Vrbis regalia iura recepit
Carole; te caro pro munere grata theatro
Sublimem hoc venerans ſtatuit. Tu plaude Panormo.
Sic equidem viuent vrbis per ſæcula nomen,
Collatumquè tibi donum immortale manebit.



Iam ſitum alterum Philippi IV. Opt. Cath. Max. Hoc elogium.
Philippo IV. Auſtriaco, Inuicto, Pio.
D. Franciſco Fernandez dela Cueua Duce Alburquerque Prorege.
Auguſti nominis Maieſtati officioſus, ac Sacer Senatus Panormitanus D. Marius Gambacurta Marchio Mottæ Prætor. D. Ioannes Roias, D. Ioſeph Antonius de Ballis, ac Sollyma Baro Calattuui, Lancellottus Caſtelli

Baro

Baro Gruttaliarum, D. Franciscus Rossel. Cap. Martinus de Pinedo, D. Vincentius Gambacurta Senatores. Vrbem dicat. offert. Vrbi propitius faue. Senatum foue.

Austriacos quæ læta Duces venerata Panormus,
Et Regum emeritos astris æquauit honores,
Aeternum statuit tibi Rex quater optime nomen,
Vera vbi sicelidum dominatrix gloria surgit.
Tu quam regali firmas Rex maxime vultu,
Imperio firmes vrbem, nutuquè corones.

Atquè hæc de Octangulo satis. pergendum ad reliqua, ne panormitanæ vrbis gloria quoquomodo imminuta videatur.

Metropolica Panormitanæ Vrbis ædes maxima describitur.

QVAE in Sicilia tota singularis est, singularem suo sibi iure vendicat scriptitationem. consentaneum enim puto hanc a ceteris omnino seiungere, quam a ceteris Imperatoriæ, Regiæ, Pontificiæquè voluntatis significatio summa cum laude seiunxit. De ea igitur hæc breuiter accipe, quæ F. Leonarder Alberti Bononiensis ex Dominicana familia de vrbis panormitanæ Basilica conscripsit. Hic non Panormitanus, non Siculus, non auro corruptus. præterquamquod plura omittit, quam scribat. Verumtamen sic habet. *Quiui si vede primieramente fra gl'altri nobili edificij la Chiesa maggiore molto grande da annouerare fra i primi tempij dell'Italia; la cui maggior cappella, e ornata di molte artificiose, e vaghe imagini de dodici Apostoli di marmo fatte da Antonio Palermitano singulare statuario, ilquale per la sua eccellentia sarebbesi potuto agguagliare a qualunque statuario antico, e più lodato dalli scrittori. Sono appresso in questa Chiesa due grandi sepulture di porfido, nell'vna delle quali si conseruano l'ossa di Fiderico Barbarossa, nell'altra di Henrico suo figliuolo ambendue Imperadori Romani. Oltra di queste due euui ancor la terza di marmo bianco, oue è sculpita vna imagine vestita di bianco, e di nero a guisa di vn frate dell'ordine mio de Predicatori; nella quale giace il corpo di Guilelmo Duca di questo ordine religioso. Vedesi poi la quarta pur fatta di candido marmo, oue sono poste l'ossa di Costanza Normanna prima monaca, ma Imperatrice poi moglie di Henrico sopranominato. Fuori della Chiesa vedesi la larga piazza nel cui mezzo è de-*

In sua Ital. in Valle Mazar. fol. 46. mihi.

signato il luogo, oue la detta Costanza gia molto vecchia partorì Federico Secondo sotto vn padiglione, accioche niun dubitasse, che fusse nato da lei.

l. 8. p. d. Hæc Albertus. Albertum audistin', audi & Fazelum.

E regione, inquit, *noui hospitalis, quia in Septemtrionem vergit, templum est in Vrbe maximum maior Ecclesia vulgo appellatum D. Mariæ Virgini sacrum, reticulata structura, quadrato, ac diuersis in exteriori facie imaginibus, figurisquè inciso, ac perpolito lapide a Gualterio huius nominis secundo Panormitano Archiepiscopo anno salutis* 1185. *super veteri maxima æde, quam solo propter hoc institutum æquauerat, a fundamentis excitatum. Quod non solum Guilelmi secundi, cuius ætate suffragijsq; insurrexit, diplomata, sed etiam carmina in abside templi incisa huiuscemodi testantur.*

Si ter quinque minus numerent de mille ducentis,
Inuenient annos Rex pie Christe tuos:
Dum tibi constructam Præsul Gualterius aulam
Obtulit officij post tria lustra sui.
Aurea florebant Vilelmi regna secundi,
Quo tantum tanto sub Duce fulsit opus.
Sit tibi laus perpes, sit gloria Christe perennis,
Sit decus, & templi sit tibi cura tui.
Tu quoque florigeræ mater pulcherrima turbæ
Perpetuus sacræ virginitatis apex,
Respice prostrati lacrimas, & dona clientis
Aeternis penses hæc sua dona bonis.

Prædicant quoquè Panormitani ducta per maiores fama, quibus & Siculorum annales conueniunt, Gualterium ex thesauro apud ædem Sancti Spiritus extra mœnia anno sal. 1184. *Mense Aprili, & Guilelmi Regis secundi* 18. *a se reperto celeberrimum, ac sumptuosissimum hoc tota Italia templum eodem anno, & mense inchoasse.*

Templum hoc maximum peruio vndiquè circuitu extructum est. Pauimentum ex marmore, & diuersis lapidibus tessellatum habet satis conspicuum. Cuius absides, columnæ amplissimæ, ingentesquè duplici ordine grandi mole, & profundissimo sumptu sustinent, quæ & capita extendunt inaurata. In suprema parte testudinata, quam tribunam vulgo appellant Signa sunt numero quadraginta duo Hetrusco marmore, seruatoris, D. Mariæ, Apostolorum duodecim, Martyrum, Diuorumquè pluriũ triplici ordine miro artificio ætate mea exculpta; sub quibus singulorum vitæ, ac res religiosæ gestæ marmori etiam incisæ minori forma, quam Diuorum ima-

imagines summa cum delectatione spectantur. Opus Antonij Gazini Panormitani mirabilium rerum artificis, & sculptoris insignis. Opere porro hoc Italia nullum hodie habet eximius. Enim vero signa hæc ad humanam staturam, ac mira ad viuum prope arte elaborata cum vestium, tum sensuum varietatem ita exprimunt, vt spectantium oculos fixos detineant, ac nunquam satient. In sinistra maioris Sacelli parte contigua est illi ædicula D. Mariæ cum eius marmoreo quoquè signo; cuius angulus marmoreis panormitanorum Præsulum sepulchris est frequens, & insignis. Extat in eodem etiam templi latere, quod sinistram alam vulgus appellat Diuæ Christinæ Virginis, ac Martyris ex Tyro Italiæ oppido oriundæ sacellum marmore, gemmis, & auro intextum nulli secundum; Vbi & arca argentea reconditum eius corpus sub Hugone Archiepiscopo anno sal. 1160. Guilelmo primo Siciliæ Rege rerum potiente huc translatum, maxima religione colitur; quo non solum templum est inclytum, sed vrbs etiam ipsa maximè nobilitatur. In dextera templi parte Eucharistiæ sacellum maiori hæret, ad cuius angulum adytum est. Iuxta quod paulo inferius quattuor sūt ingenia ex porphyrete Mausolea miro artificio fabrefacta omnium nostræ ætatis pulcherrima. Quorum duo a Rogerio Rege dicata in æde cathedrali Cephaledensi, quam ipse a fundamentis erexit ad suum funus, & templi ipsius ornamentum reposita, vt eius diplomate Dato Pan. Mens. Aprili anno sal. 1145. & Regni sui xv. constat. Friderici secundi postea Cæsaris iussu, priuilegioq; Panormum ad suum & Henrici Patris monumentum in hunc locum transmigrarunt. In alijs autem sepulchris Rogerij Regis, & aliorum Regum, Reginarumquè Siciliæ, ac Ducum quoque cadauera sunt recōdita, vt qui eorum vitas scripsere tradiderunt. Et Gualterius Panormitanus Archiepiscopus in suo, & Canonicorum diplomate dato Pan. Mense Martio anno sal. 1187. & Henricus VI. in suo priuilegio dato Pan. die 5. Ian. an. sal. 1195. & Fredericus Cæsar in suo etiam priuilegio, & testamento dato anno sal. 1235. die 17. Dec. contestatum reliquerunt. Henricus namq; quotannis Rogerio, & alijs Siciliæ Regibus solemnes exequias celebrabat; & Fredericus filius eius vestigia sectatus eisdem tria per singulos annos anniuersaria perpetuo celebranda, & decreto dum viueret, & testamento moriturus sanciuit. In hoc templo præter Archiepiscoporum, & Regum Sarcophagos nulli sunt alij. Siquidem iam inde ab initio eo præter istiusmodi dignitatis cadauera neminem inferri cautum fuit. Sacellum est paulo inferius in hac dextra ala Crucifixo omnium seruatori sacrum, cuius imago gloriosissima a Manfredo Claramontano Motycæ olim Comite ibi dicata maxima veneratione colitur. Ante portam, quæ eius meridionalem protyrion est, seu porticus, opere testudineo, & marmoreis suffulta columnis, quam templi vestibulum eruditi appellant; cui statim è limine

obiecta cohæret area latissima in longitudinem quadrata forma, lateribus strata, deambulationi peridonea, & vndequaquè cancellato muro circumsepta; in cuius medio fons è marmorea pila nimis placidus erumpit. Hæc Fazelus. Habes Metropolitani templi descriptionem ab altero, qui Italus, ab altero, qui Siculus, ea tempestate confectam, qua tempestate non omnia, quibus hodierna luce perfruimur, elucerent. Hæc ex ijs accepisti. reliqua ex me. Est itaque in Templo maximo ædicula Sanctæ Panormitanæ Rosaliæ publicæ libertatis, ac felicitatis vindici sacra perpetuis exornata peristromatis. Eius imago ante Christũ Iesũ trisulcum fulmen vibrantem supplex. Hinc inde letales currus pestis insignia, cadauera exitiali morbo confecta diuinæ iustitiæ spolia amplissima, mortuorum ossa pestis vndequaquè grassantis argumenta penicillo adumbrata conspiciũtur. Ante eius aram perpetuo pendent quini ardentes lychni nec planè exigui ex argento confecti summa arte, ingenioquè elaborati. Paries qua tabellis, qua cereis, qua sclopis, qua flaminibus, & plerisquè huiusce generis alijs iam votiuis totus obducitur. Insignis ara miraculis. Nemo planè est, qui ad D. Rosaliam supplex accedat, qui voti compos inde non recedat. Regia Virgo est; ex Regio scilicet Caroli magni sanguine orta, vt in Martyrologio Romano recens typis impresso summa cum Vrbani Octaui Pontificis Opt. Max. voluntate, atque auctoritate perlegi. De quo singulari dono ab eodem Pop. S. Q. P. collato alias fusissimè dicendum. ad rem.

Contra est & triplex sacellum alteri alterum respondens SS. Nymphæ, Rosaliæ, & Christinæ sacrum. In hisce Panormitana Maiestas elucet. Et quidem illud S. Nymphæ ex pretiosissimis lapidibus recens extructum, ac recens absolutum. Magnificum sanè, ac regium. Nemo est, qui id conspiciat, quin suspiciat, quin admiretur. Siciliæ theatro, ac vrbe panormitana dignum. Nihil hic de Sanctæ Christinæ. Iam Fazelus supra. Sanctæ Rosaliæ sacellum me vocat a Panormitani Senatus & liberalitate, & pietate inchoatum. Et arcus quidem totus eorum lapidum generibus cõuestitur, qui auri, argentiquè pretium exæquant. Sunt qui affirmẽt Senatum Panormitanum minus quidem insumpsisse pecuniæ, si id ex argento struxisset. Architectura singularis. lapidum dispositio mirabilis; ita .n. alter alteri cohæret, vt ex vnius pulchritudine alterius pulchritudo commendetur. Nonnulli sic micant ex interuallo calculi, vt structuram omnem vel animare, vel illustrare mirumquantum videantur. Hæc sanè legentem oculatum testem ve-

vellẽ, vt huiuſce ſacelli inchoamenta conſpiceret, videretq́; an hoc ſcribendi genus tanti opificij magnitudinem, ac nobilitatem quoquomodo proponeret. Enimuero, vt verum fatear, quandoque rerum ſcriptio de laude vel derogat, vel deſcriptis rebus parum laudis, ac dignitatis creat. In poſteriori huiuſce ſacelli parte, quæ ad recens Sanctimonialium cænobium vergit, viæq́; contermina, hoc legitur elogium.

Vrbano VIII. Pont. Max. Philip. IV. Rege M. Cathol.
Ioannettinus Doria S.R.E. Præsb. Card. Archiep. Panor. Siciliæ pro Rege III. moderator.
S. Roſaliæ Virg. Pan. Corpus.

Lapide non humana arte elaborato concluſum ad Erctæ ſpecum inuenit, Doctis viris conſiliantibus, Senatoribus expoſcentibus, omnibus exoptantibus rerum ſupra omnem naturæ ordinem geſtarum gloria cognitum ritè approbauit, S.P.Q.P. reddidit, publicè colendum expoſuit.

Indicto triumpho, ſuplicatione inſtituta, celebri pompa, apparatu celeberrimo omnibus retro ſæculis nobiliſſ. magnificentiæ exemplo longe ſuperatis inter ceteras vrbis Tutelares Diuas collocauit anno Iubil. M. DC. XXV. Diuæ ter max. Ciui Opt. Patronæ benemerentiſſ. Extincto peſtilẽtiæ morbo ingẽtiũ meritorum exiguum indicem ſacellum voto publico nuncupato dicauit. lapidem in fundamenta primum iecit Prætore Franciſco Agliata, & Paruta Villæfrancæ Principe, Simone Pariſio, Vincentio Landolina, Gaſpare Agliata, Antonio Colnago, M. Antonio Guaſconio, Carolo Termini Senatoribus M. DC. XXVI. XIII. Kal. Febr.

Duplex organum extat, cui planè non modo Sicilia tota, ſed ne Italia quidem vniuerſa habet quid ſimile. Opus organarij illius eminentiſſimi Raffaelis la Valle Panormitani ciuis, cuius fama cum pænè omnem Italiæ ambitum vel oppleſſet, vel peragraſſet, ſic Pauli V. Pontificis Max. perculit animum, vt huiuſce viri ſtudio ſuccenſus Romam ad ſimillimum opus efficiendum euocarit. Morte præuentus audiens Pontificis dicto non fuit. de hoc ſuo loco. nunc ad cetera. Haud hic abs re eſt deſcriptis templi Sacellis altarium ornamenta proponere, cum templi magnitudinem illa, religionem iſta dilaudent.

Inter ceteras itaque pretioſiores reliquias eſt non exiguum Dominicæ Crucis fruſtulum auro, argetoquè elegantiſſimè cõcluſum. Martij ſingulis ſextis ferijs de more prius habito Chriſti patientis ſermone totum templum obit ſummo cum ciuium, equitumquè concurſu. Eſt & Deiparæ Virginis cingulum, quo quid ad maieſtatem aptius, ad religionem opportunius?

Huc

Huc & accedunt S.Agathæ, ſanctiquè Blaſij brachium, in cuius manu vel hodierna luce admirabundi contuemur vngues, ac pilos: S.Leonardi caput, ac S.Cynthij cor. Ad hæc SS.Stephani Prothomartyris, Matthiæ Apoſtoli, Sebaſtiani Martyris, ac Gerardi Epiſcopi Agrigentini integri lacerti. Ceterorum Sanctorum reliquias, cum nec vulgares, nec paucæ, prætereo.

Præterea non exiguæ magnitudinis argentea, vt aiunt, cuſtodia, in qua auguſtiſſimum dominici corporis Sacramẽtum ſumma cum religione circumfertur. Opificis ingenium ſuſpicitur, ars non præteritur. Ingenioſum illud, hæc ſingularis.

Adde his omnibus & exteriora templi ornamenta, argenteum ſcil. lychnum magni ponderis, magniquè pretij, in quo diſtinctos duodecim Apoſtolos ſingulare ſculpſit opificium. De argenteis vero lychnis, quibus S.Roſaliam ciuium eſt munerata religio, nihil hic dico, cum multiplices fermè ſint, ac infiniti.

Sunt & hic ſeptem candelabra ad aræ maximæ ſplendorem promouendum, atquè amplificandum ex argento conflata, quarum altitudo ſic cetera excedit omnia, vt ſibi paria in Sicilia tota non agnoſcant. tribus aureorum millibus ſteterunt. Sicut & bina illa ex argento itidem facta Intaminato Deiparæ Virginis conceptui ſacra duodenas vlnas attingentia non pietatem modo, ſed etiam in Metropolicam ædem maximam ſingulare ſtudium, aſſiduamquè diligentiam Canonici, atquè S. Lucæ Abbatis D. Ioannis Antonij Geloſi dilaudant. Quina aureorum millia perſoluta. Hæc diebus feſtis & inuentoris religionem, & aræ maximæ pulchritudinem verè pulchriorem tacita quadam laudatione commendant. In ipſorum candelabrorum baſe exarata hæc legitur inſcriptio.

Vni
Summo, Trinoquè Deo
Deiparæquè ſemper Virgini
Abſquè vlla prorſus peccati labe conceptæ
Ioannettini Doria S.R.E.Cardinalis ampliſſimi
Archiepiſcopi Panormitani
Principis optimi Maximi
De ſua Eccleſia benemerentiſſimi
Honori, Gloriæ, nominis immortalitati
D.Ioannes Antonius Geloſus Abbas S.Lucæ
Et D.Antonius Alimena Marchio
Alimenæ Eccleſiæ Marammerij

Sup-

Suptibus fabricæ
DD.
Anno 1628.

Huiusce pietas inuentrix vlterius progressa. his .n. ornamentis alia & ornamenta subiecit, quæ tamquam pedissequæ ab vnoquoquè censentur. Sena .n. argentea pedistalla hinc inde æquo ordine partita (millium aureorum pretium attingunt) columnas aram maximam circumstantes, quas hodie balaustra appellamus non illustrant minus, quam ipsis argenteis candelabris pulchritudinem apponunt. hæc non adeo exigua, vt hanc inscriptionem non præferant.

D. O. M.
Ioannettini Doria
S. R. E. C.
Archiepiscopi Panormitani
Auspicijs semper felicissimis
Abbas Gelosus Canonicus
& D. Laurentius Giglio
Ecclesiæ Marammerij
Sumptibus fabricæ
Anno M. D. XXX.
P P.

Ceterum ad templum omne perficiendum non Argentea modo, quod vocant, Nympha trium millium aureorum pretium attingẽs, quæ decimum supra quinquagesimum lychnum continet, hodierna luce construitur, sed duplex etiam ad chorum exornandum peristroma auro contextum, summaque elaboratum arte conficitur. In hoc plane templo nihil fermè est, quod desideres. Reliquiæ, peristromata, lychni, Nymphæ, sacella. omnia magnifica, præclara omnia, omnia regia. regiam .n. Metropolici templi dignitatem vel suadent, vel declarant. Atque hæc de templo satis.

Iam te in portæ maximæ vestibulo constituito, ipsiusquè structuram considerato, sic in ipso annoso marmore præcipua quædam maiestas elucet, vt venerationem omnino requirat. Hoc elogium panormitanæ pietatis index in marmoreis tabulis inscriptum præfert dextera.

Cle-

Clemente Octauo Pont. Max. II. Austriaco Rege.

Henrico Guzmano Oliuarensi Prorege, Vincentio Bononio Marinei March. Præt. Vincentio Opezingo, Gaspare Fardella Barone Sancti Laurentij, Nicolao Antonio Spatafora, Troiano Afflicto, Stephano Regio, Papino Opezingo Barone Palatij Adriani PP. Conscripti. Diuæ Nymphæ caput a Panormitanis multis ante sæculis expetitum tandem Mariæ Pigmentellæ Proregis vxoris opera obtentum Didaci Aedo Archiepiscopo Panormitano a Giliberto Isfar, Coriglia Pactensi Episcopo summi Pont. nomine theatro in via columna ad id magnificentissimè extructo publicè traditum incomparabili Ciuium lætitia, exterorumquè admirabili concursu per portam felicem triumphali pompa excipitur, & ad maximum vrbis templum nobilissimo cum apparatu defertur.

VII. Idus Sep. CIↃ. IↃ. XCIII.

Sinistra vero tum ad Diuæ Rosaliæ gloriam euulgandam, tum ad Ciuium lætitiam omni tempore perennandam id profert.

Vrbano VIII. Pont. Max. Philip. IV. Rege.
Ioannettino Doria S.R.E. Cardinali Archiepiscopo
regiam personam in Sicilia tertium tenente.
Nicolao Placido Brancifortio Comite Racudiæ Principe
Leonfortis secundum Prætore, Mariano Agliata Spatafora,
Ludouico Spatafora, Didaco Blaschis, Thoma Cascini, Francisco
de Requesens, Petro Septimo PP. CC.
Corpus Diuæ Rosaliæ Virginis
Ad patriæ perfugium, & pestis expulsionem diuina prouidentia reseruatum pro Antistitis religiosissimi pietate, ac Senatus, populiquè votis nuper in monte peregrino repertum multitudine miraculorum coruscans, templi, viarumquè apparatu post homines natos ornatissimo, atquè arcu triũphali molis immensæ præter alios exceptum triumphoquè per vrbem splendidissimo, vectum, reuectumquè V. Idus Iunij CIↃ. DCXVV.

Addecuit profectò Panormitanæ Virgini respondere virginem, cum vtriusquè aduentus incredibili Ciuium gratulatione floruerit, ac vtraquè in patrium sinum excepta mirificis fuerit Ciuium plausibus, populorum triumphis, gentium omnium, atq; nationum affecta lætitijs. Illa in patriam e Roma vrbe redux suam, hæc in Auream Concham, quæ nascentem excepit, è specu. Ex vrbis illa splendore, e speluncæ horrore ad vrbem hæc appulit. Optatissimis illa Ciuium votis, hæc ardentissimis omnium expetita desiderijs.

rijs. Recte quidẽ. Virgo vtraquè. Vtraque panormitana. Vtraquè regia. Vtraque ſimilis. Nympha illa, quæ degit in ſyluis, hæc Aſcetria, quæ viuit in ſpecubus. Vtraquè odorem afflat ex roſis. Illa ex contextis in vertice, hæc ex nomine, ad inſtitutum.

E regione Carolus V. Imperator auguſto collocatus ſolio, coronaquè redimitus ſuſpicitur, vt huiuſce ſimulacri monumentum & Panormitanæ vrbis decus ob auſpicatum Imperatoris reditum, & victoriam ex Africa reportatam tacita quadam commẽdatione dilaudet. Is regio more, regiaque pompa Panormum exceptus omnia tum vrbis, tum Siciliæ diplomata ante Hieronymum de Franciſcis, cum Ioannes Carandolet Archiepiſcopus Panormitanus a Panormitana Vrbe diſtaret id temporis, ſeruaturum ſacramento ſe ſe volens, ac lubens obſtrinxit. Hinc vulgatum illud. *Faz. d.2.l. 10.c.primo Bonfil. in hiſt. Sic. p. 2.l. 3.f. 443.*

Felici tantum Cæſar iurauit in vrbe

Illi conſonum, cum.n. Meſſanã appuliſſet, renuit, rationẽ attulit. *Maurol. li. 6. f. 204.*

Iurauit in Vrbe Cæſar.

Ne itaquè tanti beneficij memoria conſequentium annorum obliuione moreretur, in hiſce verſibus ea ad vrbis gloriam, ad victoris decus inſculpta diligentiſſimè ſeruatur.


Carolus armipotens Quintus cum Victor adeſſet
A Lybia, dat Io Cæſar ter læta Panormus.
Stant turres, aurati arcus, Proceresquè vocantur
Auguſtum ad ſolium, ſpectant poſt munera ludos.
Ille ſacro hoc tantum templo de more vetuſto
Iurauit patrias leges, & iura Sicanis,
Die XII. Septemb. IX. Ind. M.D.XXXV.

De hac celebri pompa, regioquè Panormitanæ Vrbis apparatu, quamuis Fazelus lib. 10. poſterioris Decadis cap. vnico honorifice proloquatur, hæc tamen breuiter Ioſeph Bonfilius ſcribit. Auctoritatem Fazeli omiſimus, iſtius teſtimonium non reijciendum putauimus. rem plane, qui ſapit, videt. Sic itaque is lib. 3. partis 2. exorditur. *Arriuato che fù l'Imperadore in Trapani licentiato l'eſſercito con l'armata fece la via di Morreale, doue poco ſoggiornando entrò in Palermo riceuuto in trionfo à dodici di Settembre per la porta nuoua paſſando ſotto vn arco trionfale di ricca, e bella architettura dirizzato al ſuo nome ſu del cauallo copertato con ricchi lauori d'oro, e di ſeta à lui donato in nome della Città. Riceuuto poi ſotto all'ombrella portata da ſei Giurati, ed andandogli alla ſtaffa Guillelmo Spataſora Pre-*

tore, e Pietro d'Afflitto Capitano riccamente vestiti, e diuisati precedendo processionalmente le Regole de Frati, ed il Clero, e con pompa cotale andò a smontare nel tempio maggiore, doue dal Vescouo di Mazzara con le consuete cerimonie fù cantata l'oratione; indi rimontato à Cauallo con l'istessa pompa, ed ordine andò al palaggio di Aiutami Christo realmente adornato per suo alloggiamento. Si diede il giorno vegniente a feste, ed a spettacoli perseuerando fin' al terzo, nel quale si fece vna ricca, e superba giostra, &c. Hæc Bonfilius. mancus est, vt assolet, in vrbis panormitanæ laudibus recensendis: hoc .n. eius institutum est in Siciliæ historia scribenda, vt, quod Messanæ non officit libenter scribat, quod Panormo confert, libentissimè prætermittat, quod demum de Panormi dignitate derogat, grandioribus exaret characteribus. Hoc scribendi genus quantum conciliet fidei, dicant ceteri, quos arbitros, quos iudices voco. Ne igitur mutila videatur historia hisce Bonfilij dictis, quæ scribit Fazelus loco supra laudato, hæc adijce mihi excerpta summatim. Carolus scil. V. Imperator Max. inclinata iam die portam Austriam ingressus recta vt pijssimus Princeps ad Metropolitanam Ecclesiam contendit, in qua dumtaxat & vrbis leges, & regni instituta, non semel, ac bis, sed tertio Siculorum Regum more iurauit. hæc satis.

Essent hic describēdæ nundinæ in S. Christinam institutæ in Basilicæ area singulis quibusq; annis constitutæ. Ne multus sim lubēs omitto. Illud dumtaxat hic vnum. Nihil hisce magnificentius, nihil planè locupletius. plures sunt perpetuæ, plures transuersæ viæ varijs ornamētorum, merciumquè generibus exornatæ. Vin' iudiciū meum? Alia quidem ex arte constructa Maio Mense Ciuitas Panormi est. Quattuor iam descriptis adiecta & quinta. nihil in his desideres, quod non habeas.

Panormitani templi dignitas demonstratur.



LIcet hac de re suus esse videatur agendi locus, cum in operis calce de Ecclesiæ Panormitanæ primitia, in hunc tamen locum commodius reijciendam putaui, ne res ipsa pluries a me repetatur. Eo satis erit loco, quæ hic scribo, innuere, vt ipsa totius rei probatio luculenter existat.

Huius igitur tēpli dignitas ceteris maior, cū nullū in Sicilia tota sit tēplū, quod regiū sit, quodq; Regū, Imperatorūq; priuilegijs, eorumdēq; tumulis insigniatur. Nihil hic afferā de meo. totus ero in

lau-

laudandis vel auctoribus, vel Regibus id ipsum luculenta oratione fatentibus.

Atquè vt ad panormitanæ Basilicæ maiestatem varijs nominibus exornantium Regum vel maiestas, vel auctoritas accedat, primo mihi loco eos esse in medium afferendos iudicaui, quæ planè gloria eò quidem censenda est maior, quo singularis. Hæc ex priuilegijs in typario, quod thesaurum vocant, maioris huiusce vrbis Ecclesiæ asseruatis excerpsi, fideliter exscripsi: Nequè mirandum planè si præclarissimis sit a Regibus insignita nominibus, cum Reges omnes id temporis in panormitana dumtaxat vna Ecclesia regium diadema susciperent, eamquè vt totius Siciliæ Metropolim summa veneratione & colerent, & colendam arbitrarentur. Quod si quis alibi regijs ornaretur insignibus, edicto cautum est, ne ritè Rex haberetur. *Priscos*, ait Fazelus, *Siciliæ Reges vngi, ac regià insigniri corona mos erat. Quod quidem a Rogerio Rogerij Siciliæ Comitis filio initium cæpit. Qui anno salutis* 1129. *cum Siciliam, Apuliam, Calabriam, & magnam Lybiæ oræ partem possideret, se indignum ratus tantum Imperij sub angusto Ducatus, & Comitatus titulo continere, primus omniũ Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & principatus Capuę Rex appellari, ac regia corona Panormi hoc loci insigniri se voluit suamquè in ea vrbe, atquè futurorum Siciliæ Regum sedem constituit, edixitquè, vt Siciliæ Reges, eiusq; Italiæ partis, quæ eo tempore Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ, & nondum regni titulum habebat, Principes Panormi & non alibi more Christianorum eo loci regio diademate inuestirentur, vt eius diplomate dato Panormi anno sal.* 1129. *Die* 15. *Maij constat. Cui obsequuti eius in regnum successores Guilelmus primus, Guilelmus Secundus, Tancredus, Henricus Sextus, Fridericus secundus Cæsar, Mamfridus, Petrus Aragonius, Iacobus, Fridericus alter, Petrus secundus, Ludouicus, Fridericus tertius, rectius Quartus, & Martinus. omnes deniquè panormi loco præfinito Reges coronati sunt.* Hæc Fazelus. Quare mirum esse non videatur, si Rex ipse Rogerius qui hac peculiaris honoris gloria panormitanæ Ecclesiæ dignitatem euexit cum de eadem loqueretur, sic honorificè, præclarequè loquutus, vt nihil vel honorificentius, nihil vel præclarius. Panormitanam .n. Ecclesiam in diplomate dato 1086. eo nomine insignit: *Ego Rogerius Dux Ducis Roberti Filius Sanctæ Mariæ Panormitanæ Maioris Siciliæ Ecclesiæ do, & habere concedo, &c. quod perinde est, ac dicere*, Ecclesiarum Matrem, normam, Metropolim, ac Primam.

L.8. d.p.

Iam pedetentim ad Reges ordine progrediamur suo. Guilelmus itaque primus in priuilegio cum bulla plumbea, in quo Eccle-

siam Panormitanam Christophori Admirati domus in Ciuitate Messanæ existentis munere muneratur. sic habet.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi Amen.

Vuilelmus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, &c. Sanctam itaquè Panormitanam Ecclesiam, quam ei hoc generali voto diuinæ religionis intuitu amplectimur, & quadam speciali prærogatiua intra nostri pectoris claustra præcipua dilectione gestamus, tum quia ET REGII DIADEMATIS NOSTRI PRIMITIAS IN IPSA, ET AB IPSA SVSCEPIMVS, &c. Data in Ciuitate Messanæ per manus Maionis Magni Admirati Admiratorũ anno Dominicæ Incarnationis. M. C. LVIIII. Mense Iunio VII. Ind. & idem in altero sic.

Vuilelmus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Et si Regni nostri Ecclesiæ in iudicandis clericis, & adulterijs coercendis priuilegio gaudeant principali, Venerabili tamen Panormitanæ Ecclesiæ illud tanto clementius duximus indulgendum, quanto ET IN VRBE REGIA fundata dignoscitur, in qua thronus, & solium nostræ residet maiestatis, & quod eam quodam familiari affectu diligimus, & beneficiorum nostrorum exhibitione fouemus &c. Data Pan. XV. Apr.

Quibus vero titulis, quibusue insignibus a Guilelmo Secundo, & a Tancredo Rege fuerit illustrata non est cur hoc loco vel proponam, vel exponam. Vestigijs alter insistit alterius, omnesquè pro virili parte contendunt Ecclesiæ Panormitanæ, quam venerantur, vt Matrem, amplificare gloriam, ac ditare muneribus. Henricum sextum audiamus, quomodo de panormitanæ vrbis Ecclesia loquatur. *Henricus sextus &c. Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ. Inde est quod nos attendentes deuotionem dilecti fidelis nostri Bartholomæi venerabilis Panormitani Archiepiscopi, & omnium Canonicorum Panormitanæ Ecclesiæ. Considerantes etiam dignitatem, & prærogatiuam ipsius Ecclesiæ Panormitanæ, quæ sedes, & caput est Regni nostri Siciliæ, & in qua ipsius regni coronam primo portauimus &c. Dat. Pan. per manum Alberti Imperialis aulæ Prothonotarij 3. Idus Ianuarij* 1195. *Ind.* 14.

Et quidem si tam ad Guilelmi I. (*Quadam speciali prærogatiua intra nostri pectoris claustra præcipua dilectione gestamus*) quam ad ea Henrici Verba (*Considerantes etiam dignitatem, & prærogatiuam ipsius Ecclesiæ Panormitanæ*) diligenter attendamus; quid profecto aliud sonant, quam certè, quæ Princeps omnium Sicularum vrbium primã Regibus dignitatem confert diadematis, principem etiam inter omnes sortiatur & locum? cum Ecclesiæ dignitas, eiusquè prærogatiua vel primum suadet, vel vtrumquè profitetur. Id autem ipsũ, ni fallor, Fredericus etiam secundus Imperator Henrici filius &

Si-

Siciliæ Rex aperta oratione testatur. Ecce tibi.

In nomine Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi Amen.

Fredericus Diuina fauente clementia Rex Sicilię &c. Habentes quoque prę oculis, quod in ipsa Ecclesia Panormitana sacram vnctionem, & regium suscepimus diadema; quia etiam sicut IPSA ECCLESIA PRIMA EST INTER OMNES ECCLESIAS REGNI NOSTRI, ET EXCELLENTIA DIGNITATIS SVAE CETERIS ECCLESIIS PRAE EMINET; *Sic diuitijs debet excedere vniuersas &c. Dat. in fel. vrbe Panormo an. Domin. Incarn.* 1200. *X. Mense Ian.* 14. *Ind.*

Concede huc amabo te, quisquis sis, qui Ecclesiæ Panormitanę primitiam negas. Dic sodes. Quidnam sibi vult ea Regis Comparatio? *Sicut ipsa Ecclesia prima est inter omnes Ecclesias Regni nostri & excellentia dignitatis suæ ceteris Ecclesiis pręeminet, sic diuitijs debet excedere vniuersas?* Dic inquam sodes, Alberte? Fortasse ne quid aliud ab ceterarum Siciliæ Ecclesiarum primatu vel suadet, vel innuit? Haud adeo hoc regium dicendi genus obscurum est, vt interpretationem requirat. Ipsa luce clarius. Quod igitur tacitè negas, luculenter id exprimit. At vin' aliud eiusdem Friderici apertius? præ manibus est. promo. Idem igitur in alio priuilegio cum sigillo aureo purissimo, & maximo sic loquitur. loquentem attende, me scribentem prætermitte.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduę Trinitatis. Fridericus Secundus diuina fauente clementia Romanorum semper Augustus, & Rex Sicilię &c. Inde est, quod nos attendentes qualiter venerabilis, & veneranda Sacro Sancta Panormitana Ecclesia, QVAE CAPVT EST, ET SEDES REGNI NOSTRI ET ANTIQVITATE SIT NOBILIS, ET DIGNITATE, ET SPECIALI PRAEROGATIVA INTER OMNES ALIAS REGNI NOSTRI ECCLESIAS PRIMA, ET MERITO PRINCIPALIS, *quia tamen multa persecutione vallata non modicam sui iuris iniuriam patitur, ne nostro felici tempore quod passa est hactenus iterum patiatur. Considerantes quod in ea Sacrā vnctionem, & regium suscepimus diadema consideratione quoque fidei Parisij Venerabilis Panormitani Archiepiscopi, &c. Dat. Pan. M. CCXI. Men. Oct. XV. Ind.* Est & aliud eiusdem Imperatoris, ac Regis Frederici diploma hac ipsa de re eodem exemplo, hoc tamen discrimine, quod in eo Berardi Panormitani Archiepiscopi fit mentio; datumquè fuit anno 1215. IV. Non. Apr. Ind. 3. apud August. Ceterum vt omnibus Imperator de panormitana Ecclesia sententiam declararet suam, eam certè vno vel altero diplomate diuerso tempore,

pore, diuersisquè locis declarauit satis; vt si quis fortasse de Panormitanæ Ecclesiæ primatu dubitaret, hunc ex animo dubitationis scrupulum euelleret, acceptaque Imperatoris, Regisque omnia æqua lance librantis sententia, id publicè, priuatimquè fateretur.

Memoria teneo hasce me Friderici literas alibi, cum Panormitanam vindicatam veritatem summa veritate conscriberem, interpretatum. Ea interpretatio suo est loco reuocanda. Nunc ea breuissimè libremus. Regum verba sunt fæta sententijs. *Attendẽtes igitur, quod venerabilis, & veneranda Sacrosancta Panormitana Ecclesia, quę caput, & sedes regni nostri & antiquitate sit nobilis, & dignitate, & speciali pręrogatiua inter alias regni nostri Ecclesias prima, & merito principalis, &c.*

Ergo Sacrosancta Panormitana Ecclesia antiquitate est nobilis inter ceteras Ecclesias & dignitate. Altera fermè alteri innititur. Altera quasi alteram consequitur. *Et speciali pręrogatiua inter omnes &c.* Quid .n. id, *Specialis pręrogatiua*? Nisi quod Panormitana Ecclesia ex præcipuo Regum beneficio sit inter reliquas Regni Ecclesias prima, ac merito principalis constituta, & a Pontificibus declarata? meritò inquam, principalis, cum nulla ex ceteris sit eam sortita dignitatem, vt regio diademate Reges affecerit, fouerit, & post in eas oras commigrationem ad perpetuum vrbis ornamentum, atque ad singularem templi amplitudinem, & gloriam commendandam in porphyreticis tumulis asseruarit. Verum .n. vero vt de ceteris sileam, omittenda hoc loco non est neque Mamfridi, neque Friderici huiusce appellationis tertij, & Caroli V. Regum auctoritas. Primus sic habet.

Mamfridus Dei gratia Rex Siciliæ, Iustitiarijs Sicilię extra flumen salsum tam pręsentibus, quam futuris fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Panormitanam, ait, *Ecclesiam inter alias regni Ecclesias eo volentes amplius honorare*, QVAE CAPVT EARVM IN REGNO ESSE DIGNOSCITVR; *& ibidem Diui Reges Sicilię, & Imperatores progenitores nostri & honoris excellentis insignia in vita cõsueuerunt recipere, & post fata quiescere in Domino dormientes vbi etiam cęlesti pręsidio clari regni feliciter suscepimus diadema, &c. Dat. Pan.* 17. *Aug. primę Ind.* 1256.

Alter vero sic. *Fridericus diuina fauente clementia Rex Sicilię &c. Ecclesia*, inquit, *Panormitana vt potè specialis mater nostra benignius munificentiæ nostrę debet incrementa cognoscere, quanto vicinius ceteris noster oculus intuetur, & nostrę Maiestatis pręsentia gaudet, frequentius illustratur. Cum igitur a felicibus Regibus prędecessoribus nostris recolen-*

lendę memorię initium sumpserit, & sub nostro felici regimine, vt subsistere valeat sumere desiderat incrementum &c. Dat. in Ciuitate Messanę an. 1280. xi. Apr. 14. Ind.

Tertius deniquè cum de Magistrorum Maragmatum Panormitanæ Ecclesiæ electione loqueretur hæc habet.

Carolus diuina fauente clementia Romanorum Rex, Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, Ioanna Mater, & idem Carolus &c. Cum autem dicta Ecclesia Panormitana sit REGALIS PRIMA SEDES, ET CORONA REGIS, *in qua sunt multi Reges sepulti, & Imperatores cum vxoribus eorum, & digna est, quæ in ornamentis suis decoretur &c. Dat. in Ciuitate Granatæ die 9. Mens. Decem. XV. Ind. anno a Natiuitate Domini 1516.*

Non est, cur semper eadem repetamus. Horum omnium Regum sententiam accepisti: tecum ipse perpendito. Suis librato momentis, iudicato. Nunc pergamus vlterius. Quoniam vero ad ea, quæ secundo loco nobis proposita sunt, munit viam, tanti Imperatoris auctoritate permoti rem persequemur.

Panormitanę Basilicæ Maiestas non minus breuiter, quam luculenter exponitur.



HVC accedit & in dando Archiepiscoporum, Regumquè cadaueribus sepulturæ loco singulare præconium. Nulla .n. ædes maxima, si montis Regalis iure dempseris, in tota Sicilia reperitur, quæ sit Archiepiscopis, Regibusquè tantum sacra, vt in ijs locus ceteris non detur. Panormitana singularis cum sit, singularem suo sibi iure postulat laudationem.

Et quidem vt a Geruasio Tornacæo Suessionensi exordiamur, in Hugonis Falcandi præfationem is ita quidem a Panormitana vrbe exorditur. *Panormum, vel Panormus, vetustissima est Ciuitas loco amęno, & fertilissimo posita, muris septa perquam altis, vbi Reges aureas coronas accipere consueuerunt. Constat inscriptione lapidum, qui ibi inueniuntur Nohæ tempore iam fuisse. In eius templo maximo Reges Siciliæ sepeliuntur, & Episcopi, Priuatorum autem nemo, vt in argumento diximus.* hæc ille. Et supra. *Mortuus autem in palatio*(Guilelmus scilicet) *sepultus est, donec proceribus euocatis, qui, quæ ad nouum Regē coronandum necessaria erant procurarēt, more lugubri, totius Ciuitatis luctu* In Præf. Hug. Falc.

ma-

maximo, de loco sepulchri in id sacellum, quod Siciliæ Regum Mausolea continet, translatus est. Quamquam templum esse Panormi ingens alij scribunt Historici à Gualterio Archiepiscopo Guilelmi Regis affini dedicatum, opus spectabile, vbi Siciliæ Reges sepulti iaceant, priuatorum autem nemo ibi nemo sepeliatur. Hactenus Tornacæus. Plura Tornacæus, quam velis; ad rem tamen egregiè.

In lib. de Situ Sicil. Id ipsum & Marius Aretius Syracusanus haud obscurè profitetur. *Templum quoquè,* ait, *est ingens Panormi. Exteriores parietes multo pulcherrimi à Gualterio Archiepiscopo Guilelmi Regis affini dedicatum; ibique quattuor sunt ex porphyrito marmore sepulchra. Opus sanè cunctis spectabile. Siciliæ* Reges *in quibus sepultos aiunt.* Et infra. *Ipso in templo cautum est in statutis, ne priuatorum quisquam sepeliatur;* Regibus *namquè dumtaxat, & Episcopis concessum.* hæc Aretius. De quibus *lib. 2. de noctis caligine* planè Regum monumentis Hieronymus Aprea sic cecinit.

Vrbis felicis multo munimine templum
Porforis in tumbis corpora maius habet.
Quorum non pretij mira fabrilibus arte.
Ars stupet omnino mira sepulcra Ducum.

Satis scio plerosque nihil de hisce Regum tumulis ambigere, cũ manifesta planè res sit; vt autem ea luce clarior elucescat subscribam & auctores, qui de hisce loquuntur, subscribam & Epigrammata in ijs insculpta, quæ hoc anno 1630. Illustrissimi D. Petri Corsetti de panormitana Ecclesia benemerentissimi opera ex papyro iam temporum vetustate consumpta in marmoreas tabulas translata & legimus, & suspicimus, & inuentum prædicamus. Est in prouerbio Marmorata laus. quid ni etiam marmoratum & viri, & vrbis, & templi decus?

Sic itaquè in Rogerij Regis primi a Rogerio Comite Patre orti porphyretico tumulo senis itidem columnis subnixo porphyreticis scripsit, ac sculpsit antiquitas.

Si fastus, homines, si regna, & stemmata ludunt
Non legum, & recti sic norma Rogerius *istis*
Est lusus rebus comite à cognomine natus
Virtutum hic splendor situs est, diademaquè Regum.
Vix. an. LIX. regni XXIII. obijt 1194.

Qualisnã hic extiterit, quæ præliando gesserit, nescin', accipe. Et

Et certe Bergomensis in suis Chronicis de Rogerio Siciliæ Rege Comitis Rogerij filio, qui Siciliam à Sarracenorum potestate liberauit, vt Michael Ritius in libro de Regibus, ac ceteri autumant, sic ait.

Rogerius Siciliæ, & Apuliæ Rex, hoc anno postquam Apuliam, & Calabriam Guilelmo prædicto abstulisset, non se vltra Comitem, sed Re*gem appellari voluit, & in eo Regno regnauit an.* 23. Et post paulo. *Vtriusquè Siciliæ Rex ab Innocentio declaratur. qua ex re copijs, & armis, & animis auctus classe per Africam transiens multas comprehendit vrbes; & Tunisis Regem sibi fecit tributarium. Inde in Græciam transiens Corcyram Insulam, Corinthumque, & Thebas, atque Euboiam de Græcorum Imperio abstulit, &c.* Et demum in calce hæc. *Postea in Siciliam veniens in Venetorum manus incidit, & ex suis triremibus ad viginti amisit. propter quod timore perterritus salutem sibi fuga conquisiuit, domumquè reuersus non multo post Panormi moriens Guilelmum filium successorem reliquit.* hæc ille. De eodem vero cum Italo idiomate Auctor compendij Historiarum Neapolitanorum conscriberet hęc posteris tradidit. *Poi passato in Sicilia morì a Palermo di età di* 59. *anni, essendone* 23. *Signore. E nella Chiesa Maggior di Palermo honoratamente fù sepolto ne gli anni di Christo* 1149. Et infra. *Per hauer possedute Puglia, Calabria, e Sicilia, e fatta tributaria Tunisi in Africa, portaua nella sua spada questo verso.*

Appulus, & Calaber, Siculus mihi seruit, & Afer.

Hæc in compendio. Illud autem hoc loco breuiter aduertas velim (neque .n. sine peculiari ingrati animi nota prætermitti potest) quod in Elogij supra laudati clausula continetur.

Virtutum hic splendor situs est, diademaquè Regum.

Primus .n. Rogerius Rex fuit, qui Christianorū Regum more in Ecclesia Panormitana vnctus in Regem; eamq; sic beneficijs cumulauit amplissimis, sic miris illustrauit honoribus, vt, quidqud dignitatis, & gloriæ Panormitana Ecclesia sinu continet suo, totū id Rogerio tribuendum videatur. Hic .n. ne qua Vrbs gloriā, quæ in conferēdis regijs insignibus Panormitanę Basilicæ oriebatur, vel appeteret, vel quo iure, quaue iniuria arrogaret sibi, ędixit, vt Panormi dūtaxāt Reges, & non alibi, vt innui ex Fazelo, Reges regio diademate euecti Reges & acclamarentur, & haberentur. Grata itaque l. 8. d. p.

Panormitana Resp. hoc titulo Rogerium Regem insignit,

.... *Diademaquè Regum.*

vt immortale tanti beneficij, tantequè gloriæ auctoris nomen immortalitati consecratum nulla vmquam obliuione deleretur.

Sed iam ceteros Reges prosequamur. Est & in porphyretico tumulo Fridericus Secundus Imperator, quo de plura apud auctores lego. Ego summatim, Beneuentus .n. Himolensis in opere de historijs ætatum mundi, cum additione AEneæ Pij Papæ, præterquã quod de Friderico magnificè loquitur & à quibusnam in Imperij apice constituto, & à quonam Pontifice confirmato, confirmat annos 33. imperasse, ex Henrico, & ex Constantia Moniali Parentibus ortum, in Basilicæ area prognatum, armis strenuum, omnia Idiomatum genera callentem, acris ingenij hominem, magnificũ, liberalem, quo nullus magnificentior Romanum tenuit imperium. Ex Himolensi hæc. Consonat & Michael Ritius lib. 2. de Regibus Siciliæ. *Othone*, inquit, *mortuo Fredericus ab Honorio Tertio facilè impetrauit, vt insignibus imperij Romæ decoraretur. Vxorem propterea duxit filiam Ioannis de Bregna nouissimi Hierosolymorum Regis ex Iola priore coniuge, per quam ius Hierosolymitani Regni cedente socero consecutus est. Ex quo Fridericus & qui deinceps in Regno Siciliæ successerunt, Hierusalem* Reges *appellati sunt. Ex Huius puellæ connubio Fridericus Henricum sustulit, & Conradum; cum prius ex Pellice duos haberet alterum Henricum, quem Sardiniæ Regem constituit, alterum Mamfridum, &c.* Idem vero in libri primi calce de Hierosolymorum Regibus hæc habet. *Balduinus successit ex pacto, nec ipse multo post Imperium,* R*egnumquè Hierosolymorum cum morte commutauit, Regesquè Siciliæ, qui genus ab Iola ducebant vxore Friderici, qui rerum potitus, & Siciliæ, &c.*

Hactenus Ritius. Quid plura? Vin' plura de Friderico. accipe.

Compendij Neapolitanorum auctor cum de hoc Friderico loqueretur, sic scribit Italicè. *Fece ei triegua con il Soldano, il quale gli restitui Gierusalẽme cõ tutto il Regno Gierosolimitano. onde l'anno* 1229. *à mezza Quaresima fù coronato in Gerusalemme, e fece redificare la Città di Ioppe, hoggi detta il Zaffo. il che fatto mandò lettere di letitia, ed ambasciadori per tutto il Ponenete a notificare la recuperatione di Terra santa, &c.* Idipsum & innuit Matthæus Palmerius in additione Chronicorum Eusebij. *Decius l. prima C. de sacrosantis Ecclesij de hoc Friderico hæc tradit vlterius. Papa*, inquit, *Honorius coronauit Fridericum Secundum Imperatorem An. M. CC. XI. in*

festo Sancti Martini, & tandem sepultus fuit in Ecclesia Panormitana, & in eius Sepulchro literis aureis sunt infrascripti versus.

Si probitas, sensus, virtutum gloria, census
Nobilitas orti possent obsistere morti
Non foret extinctus Fredericus, qui iacet intus.

De loco, vbi diem obijt suum, iam compendium Neapolitanorum, & ipsum Friderici testamentum loquuntur satis. Illud sic. *Morì adunquè Friderico il dì di Santa Lucia* 13.*di Decembre l'anno* 1250 *in Fiorentino Castello di Puglia, e non in Fiorẽtino di Campagna di Roma, ne in territorio fiorentino essempio non nuouo della fallacia de gli spiriti demoniaci, e della necessità fatale, in quanto ne lui potette schifare la morte schiuando fiorenza, e lo spirito diuinatore sotto confusione di vn medesimo nome la curiosità di Frederico venne a beffare. Mamfredo fece con somma pompa, ed honore portare il corpo suo in Sicilia a Palermo, e li honoratamente sepellirlo. &c.* Hoc vero sic habet. *Item statuimus, quod si de præsenti infirmitate nos mori contigerit* IN MAIORI ECCLESIA PANORMI, *in qua Domini Imperatoris Henrici, & Dominæ Imperatricis Constantiæ Parentum nostrorum recolendæ memoriæ tumulata sunt corpora, Corpus nostrum debeat sepelliri; cui Ecclesiæ dimittimus vnciarum auri quingentas pro salute animarum Parentum nostrorum, & animę nostræ per manus venerabilis Berardi Panormitani Archiepiscopi familiaris, & fidelis nostri in reparatione ipsius Ecclesiæ &c. Actum apud Florentinum in Capitinata anno Incarnat.*1250.*die Sabbathi mense Dec.*9. *Ind. anno Imp. nostri* 32.*Regni Hierusalem* 28. *& Regni Sicilię XXXXI.* Supra eius porphyreticum sepulchrum extat hodierna luce hoc Epitaphium.

Qui mare, qui terras, populos, & Regna subegit
Cæsareum fregit subito mors improba nomen.
Sic iacet vt cernis Fridericus in orbe secundus,
Nunc lapis hic totus, cui mundus paruit, arcet.

Vix. an. LVII. Imp. 38. *Regni Hierus.* 25. *& regni Sic. LII. obijt an. Domini* 1250.

Nequè abs re hic erit, opinor, aduertere, cur huiuscemodi testamentum condiderit Fredericus? Illi ne poterat deesse monumentum, quod non esset eius dignitati, gloriæquè consentaneum? An Mausolea? an Vrbes desiderabantur? an non idem ille sepul-

chrum non extruxiſſet, contendiſſetquè pro virili parte Friderici morte inſignitus locus, vt emortui Regis dignitati dignitas ſepulchri quoquomodo reſponderet. At eſto id? Cur in Sicilia tota panormitanam dumtaxat vrbem deſignauit? Nonne in Sicilia florent vrbes, quæ vrbium omnium primatum iure ſibi deberi opinātur? Et id ipſum certe Eccleſiæ panormitanæ primatum perſuadet, cum Federicus nullum aliud ab hoc templum eſſe in Sicilia Regiū vel cognouerit, vel iudicarit, quod vel eius dignum maieſtate videretur, vel ab eius maioribus diplomatum multitudine, ac varietate comprobatum. Cum ergo ſecum ipſe tacita quadam cogitatione percurrerit ſuperiores Reges, eiuſquè maiores hoc ipſo in templo ſepeliri, quod Regum Baſilica habebatur, conſuetudinem, & leges, teſtamento probauit, vt in poſterum nullum vnquam hac de re veſtigium dubitationis extaret.

Hiſce Regum tumulis Cōſtantiæ olim Monialis tumulus ex Porphyreto ſuis itidem columnis porphyreticis exornatus accedit. De ea fuſiſſimè auctores, qui & cauſam exponunt, cur ingreſſa, quaue auctoritate egreſſa Cænobium, quoue tandem loco Fredericum ſecundum pepererit; de quibus lib. IV. vbi luculenter oſtenditur falſo aſſeri ab Auctore illo recens excitato de Siculorū Regum Chronologia ſcribente in Panormitano Cænobio S. Saluatoris non extitiſſe monialem. Præterquam quod non oppoſitum modo ex varijs, grauiſſimiſquè conſtat auctoribus ſuo loco laudandis, ſed & traditio, & Breuiarium illud auro illitum græcè conſcriptum ab Conſtantia vſurpatum, ab ſanctimonialibus aſſeruatum, quod ego nuperrimè vidi, in manus ſumpſi, ac diligētiſſimè circumſpexi, non obſcurè declarant. Omnia ſicut antiquitatem, ſic regiam etiam maieſtatem olent. Nunc de ea, ne ſilentio prætereamus, hæc breuiter accipe, quæ vates ille Hieronymus Aprea de Conſtantia eleganter, præclareque conſcripſit. hæc inſcriptio.

lib. 2. de noctis caligine.

De Conſtantia Moniali Imperatrice facta.

Vnde genus celſum ſtetit Illuſtriſſima Coniux,
Quam ſibi pręcellens imperialis Apex.
» *Aduocat Henrici Conſtantia limina ſacris*
» *Regia de thalamis præterit apta viro.*
» *Traditur excelſo princeps Auguſta marito,*
» *Soluitur è clauſtro, quæ Monialis erat.*
» *Iam Mater celebris Frederico prole ſecundo*
» *Extulit hic etiam poſt veterana caput.*

Vr-

Vrbis felicis multo munimine templum
Porforis in tumbis corpora maius habet.
Quorum non pretij mira fabrilibus arte
Ars stupet omnino mira sepulchra Ducum.

Et alibi idem ipse Hieronymus de eadem heroico carmine sic scripsit.

Inclyta prætereà Constantia prima suorum
Relligiosa manens, Augustaquè semper edebat
Hos inter multos velamine prædita sacro
His ego cui paucis. Anima Illustrissima, & vnde
Subdita coniugio, & tunica velata fruaris?

De ea etiam Dantes Aligerius tertio Paradisi cantu hetruscis versibus sic cecinit.

E questo altro splendor che ti si mostra
De la mia destra parte, e che s'accende
Di tutte'l lume de la spera nostra.
Cio che i dico di me, di se intende;
Sorella fu, e cosi le fu gia tolta
» *Di capo l'ombra de le sacre bende.*
Ma poi che pur al mondo fu riuolta
Contra su grado, e contra bona vsanza
Non fu dal vel del cuor giammai disciolta.
Questa e la luce de la gran Costanza,
Che del secondo vento di Suaue
Generò la terza, ed vltima possanza.

Adde, si placet, Michaelem Ritium ita de Constantia scribentẽ. *Germani Principes Henricum in Patris locum suffecerant. Henrico Constantia nupsit Guilelmi secundi soror ex Panormo furtim deducta, permissuquè Pontificis resecrata, cum ritè iurasset in verba religionis, excepit etiam Clemens vt Henricus a Tancredo* Regnum, *cẽsumquè, Ecclesiæ quotannis stipẽdiũ solueret* Hæc obiter, vt obiter hic error historiæ cõfutetur; suo, vt dixi, apertius loco demõstrandus. nũc ad institutum. In eius itaque porphyretico sepulchro inscriptum hoc carmen. *lib. primo de regib. Sic. in calce* »

Cæsaris Henrici latet hic Constantia Coniux,

Vn-

Vndeno lustro hac platea rugusa Sacerdos
Facta, dedit partu Fridericum Augusta secundum
Pro meritis sacrata tenet sic ossa Panormus.
Vixit an. 61. obijt MC. XCVIII.

Vt autem & maiorum suorum vestigijs insisteret, & Henrici viri sententiam sequeretur, cum extremum pænè spiritum ageret, testamentum condidit, vt eius corpus in æde panormitana maxima, vbi Reges tumulabantur, inferretur, simulquè templi dignitatem commendaret, ac loci amplitudinem illustraret. *Concedo etiam* sic habet, *& trado Sanctæ Matri Ecclesiæ, vbi corpus meum sepeliri iudico; pro anima mea, Patris, & matris, & aliorum progenitorum meorum; nihilominus & pro anima Domini Imperatoris viri mei, qui in eadem Ecclesia requiescunt Platanum, cum Captedis, & alijs præeminentijs suis, &c. Qui in perpetuum missas celebrent pro anima mea, Patris, Matris, & aliorum progenitorum meorum; nihilominus pro anima Domini Imperatoris viri mei, qui ibi requiescunt, &c. Actum in palatio panormitano XXV. die Mensis Nouemb. ij. Ind.* Congruum planè erat, vt Reginam iam diem obeuntem regium templum expectaret, & regio templi honore eius sepultura celebraretur.

In Constantiæ testamento.

Adijcitur his & Henrici V. seu mauis VI. Imperatoris tumulus ex porphyreto lapide constructus. de quo libro IV. fusius. Nunc illud aduertendum, in duplicem .n. diuisos classem auctores lego. Alij Panormi Henricum obijsse vt Franciscus Petrarca, ac Beneuenustus Himolẽsis, alij vero Messanæ vt Michael Ritius & Compendium Historiarum Neapolitanorum tradunt. Hoc ita. *Finalmente infirmato in Messina nell'anno* 1198. *in presentia di Costantia sua donna morì, e fu da lei honoratamente sepolto in Palermo.* omnes tamen vnanimi consensione confitẽtur in Panormitana vrbis Basilica Henricum esse tumulatum. Sua veritate non caret elogium.

In lib. Augus. de Hẽrico. In lib. de ætat. mundi. De Regibus Sicil. l. 2.

Imperio adiecit Siculos Henricus vtrosquè
Sextus Sueuorum candida progenies.
Qui Monacham sacris vxorem duxit ab aris
Pontificis scriptis, hic tumulatus inest.
Imp. ann. sex. Mens. V. obijt Messanæ M.*CXCVII.*

Iam concede huc quisquis sis, qui Ecclesiam Panormitanam ab Metropolicæ dignitatis apice deturbare obniteris, dic amabo te, vbinam Henricus Panormi ne, an Messanæ vel mortuus, vel sepul-

turæ

turæ mandatus? Respondeto, tuam sententiam requiro. Panormi, inquies. tuo te iugulas gladio. Ergo in Regia. at at Messanæ decubuit. Messana Panormum detulit Constantia. rectè. confecta res est. Eius Mausoleum Messanæ ne est? Minimè vero. Quid? In Regia est. De te certè conclamatum est. Ergo Ecclesiæ Messanensi falso Basilicæ nomen imponis. Falso Basilicam appellas. Si .n. ea Basilica, quidnam causæ est, cur Reges vrbis Panormitanæ Basilicam sibi post in cælestes oras commigrationem vel delegerint, vel delati conquiescant? Vt videlicet vllus vnquam nemini detur dubitandi locus, quin Panormitanæ Ecclesiæ summa, veraquè Metropolicæ Ecclesiæ dignitas esse conferenda videatur.

Sunt & hic plurima Regum, Ducumquè, ac Regum pronepotum corpora sepulchri honore collustrata. Vt illud, quod in marmoreo tumulo conditur, cui hoc distichon inscriptum.

Dux Guillelmus erat Regis Genitus Friderici,
Qui iacet hic, pro quo Christum rogitetis amici.

Lego Fridericum secundum 1209. duxisse in vxorem Constantiam Aragonij Regis filiam; cuius sepulchrum in æde maxima & suspicimus & colimus. Migrauit in cælum Catanæ 1222. Huiusce Imperatricis corpus Panormum fuisse translatum, positumque in tumulo marmoreo vna cum ceteris ex porphyreto constructis liquet, hoc distichon præfert. *In lib. 3. peregrin.*

Sicaniæ Regina fui Constantia coniux,
Augusta hic habito nunc Frederice tua.

Verum ne qua sit hac de re dubitatio libri supra laudati auctor hæc habet. *Anno Domini* 1492. *fuerunt aperta monumenta, seu sepulchra ex Porphyreto Maioris Ecclesiæ Panormi, Domino Prorege tunc præsentialiter existente, intusquè hæc fuerunt inuenta carmina.*

Coniugis Augustæ Friderici Cæsaris ossa
Hoc in Sarcophago Diua Panormus habet.

Et quidem duplex Sepulchrum a Senatu Panormitano, Ferdinando a Cugna Prorege reclusum. Henrici alterum, alterum Cõstantiæ. Characteres in diplomatum libro pænes Curiam prætorianam exarati id docent satis. Sed Mamfridus Imperatoris

Fri-

Friderici filius in priuilegio de Panormitanæ Ecclesiæ immunitate plura innuit, quam scribimus; cum non solum ad Friderici Patris corpus, & Aragonum Regis filiæ Constantiæ, sed aliorum etiam Regum in ea Ecclesia esse sepulta fateatur. quod diuino consilio factum opinor, vt videlicet omnem prorsus dubitationis caliginem huiusce diplomatis luce disijceret, & panormitanæ Ecclesiæ Maiestatem redderet augustiorem. Sic loquitur.

Mamfridus Dei gratia Rex Siciliæ Iustitiarijs Siciliæ citra flumen salsum tam præsentibus, quam futuris &c. Panormitanam Ecclesiam inter alias Regni Ecclesias eo volentes amplius honorare, quæ caput earum in regno esse dignoscitur, & ibidem Diui reges Siciliæ, & Imperatores Progenitores nostri, & honoris excellentis insignia in vita consueuerunt recipere, & post fata quiescere in Domino dormientes &c. Dat. Pan. 17. Augusti primæ Ind. 1256.

Imperator Fridericus Secundus in priuilegio cum sigillo aureo, in quo omnia priuilegia, & Panormitanæ Ecclesiæ iura confirmat, pro Imperatorum, Regumquè Siciliæ animabus anniuersarium Præsbytheris panormitanis celebrandum reliquit. Sic ait.

Fridericus Secundus &c. Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ &c. Volumus quoquè, & vobis concedimus, & confirmamus vt pro anniuersarijs Domini quondam Imperatoris & Dominæ Imperatricis Parentum nostrorum, & felicium Regum Regis quondam Rogerij, & Vtriusquè Regis Guilelmi bonæ memoriæ statutam eleemosinam habeatis in vnoquoquè videlicet anniuersario tarenos ducentos & cereos &c. Dat. apud August. 1215. 4. Nonas Apr. Ind. 3. quòd ipsum Panormi dixerat ipsissimis verbis ante Anno Domini 1211. Mense Octob. V. Ind.

Idem vero cum antequam regium Panormi diadema susciperet, in eo quidem diplomate de duorum Canonicorum electione sic habet.

In nomine æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi Amen. Fredericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ &c. Post multa hæc. Illius intuitu, qui Regibus dat salutem, & pro reuerentia Beatæ, & gloriosæ Genitricis Mariæ, progenitorum nostrorum sequentes vestigia, pro remedio Augustorum parentum nostrorum memoriæ recolendæ Quorum corpora in ipsa Ecclesia requiescunt. Dat. Pan. 1200. Decimo decemb. 14. Ind. & Idem alibi sic exorditur.

Fredericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ &c. De gratia, & consueta munificentia nostra, & pro Animabus felicium Augustorum Domini Imperatoris, & Dominæ Imperatricis Parentum nostrorum recolendæ memo-

memoriæ, quorum corpora in Sancta panormitana Ecclesia requiescunt &c. Dat. in vrbe felici Panormi anno Dominicæ Incar. 1207. *Mens. Decem. xi. Ind.* Atque vt omittam cetera, quæ de Regibus afferri iure mihi possent, ne in ijs omnibus recensendis multus, videar; ad Carolum V. Imperatorem Max. nostra conuertatur oratio, qui profecto non solum in Ecclesia Panormitana recensitorum Regum corpora, sed multorum etiam cadauera asseruari luculento dicendi genere profitetur. Is enim dum Maragmatis Magistros Ecclesiæ Panormitanæ deligeret hoc dicendi genus vsurpat.

Carolus diuina fauente clementia Romanorum Rex &c. Cum autem dicta Ecclesia Panormitana sit regalis prima sedes, & Corona Regis in qua sunt multi Reges sepulti, & Imperatores cum vxoribus eorum, &c. Dat. in Ciuitate Granatæ die 9. Mensis Dec. XV. Ind. Anno a Natiuitate Domini 1526.

Et quidem rebus ipsis Regum consonant diplomata. non solum. n. in diplomatum volumine, quod mihi V.I.D. Franciscus Mutius nunquam satis pro dignitate laudandus, cum & amantem patriæ, & boni publici sectatorem, & ciuem vrbis optimæ optimum se præbuerit, summa cum voluntate concessit, in Curia prætoriana asseruato lectitatur plures oculatos testes, duobus illis iam apertis, vt innui, Henrici, & Constantiæ monumentis extitisse, qui non vnum, sed plura cadauera in vno tumulo collocata confirmarent, sed etiam constat Gualterij Panormitani Archiepiscopi auctoritatem extare confitentis a Regia maiestate monumenta illa habuisse sese, in quibus & Ducum, & Regum, & Reginarum corpora esse consepulta profitetur.

In nomine æterni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi anno eiusdem Incarnationis 1187. *VII. Mense Martij Ind. V. Regni vero Domini nostri Guilelmi Dei gratia gloriosissimi Regis Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno XXI. feliciter Amen. Ad posteritatis memoriã, & recordationis perpetuæ firmamentum Ego Gualterius indignus Ecclesiæ Panormitanæ minister cum vniuerso capitulo præsenti declaro quod a Sacra regia maiestate postulauimus deprecantes, vt cappellã regiã S. Mariæ Magdalenæ muro matricis Ecclesiæ adiacentẽ, in qua pretiosa corpora Illustrissimorũ Ducũ, Regũ, & Reginarũ recolendæ memoriæ quiescebant, ab ipsa Matrice Ecclesia nobis cõcederet remouẽda, & in aliã cappellã paulo remotius ipsa corpora collocanda, &c. eo quod iam dicta regia Cappella sicut prædiximus, Ecclesię matrici cõtigua & opus fabricæ simul, & diuinũ impediebat officium. quod cum ad preces humilitatis nostræ in qua nobis*

Cc *obli-*

sublimitas annuisset, promisimus nostras apud Deum animas obligantes, quod cappellam, vbi iam dicta corpora requiescebant, per clericos nostros seruiri cum omni reuerentia faciemus. Itaque & gratum erit Deo, & animabus ipsis proficiet ad salutem. Clericos autem qui hactenus in prædicta seruiebant cappella cum beneficijs, quæ a regia maiestate tenebant, celsitudo regia pro beneplacito suo constituet alibi seruituros. Ad hanc itaquè promissionem nostram confirmandam præsens scriptum per manus magistri Rodulphi Canonici nostri fieri fecimus tam propria, quam Canonicorum omnium attestantibus communitum & bulla plumbea typario Ecclesiæ nostræ impressa signatum anno mense & indit. præscriptis.

Ego Gualterius Panormitanus Minister.

Ego Mauritius Panor. Cantor subscripsi. Ego Henricus Pan. Canonic. Subscripsi. Ego Stephanus Pan. Can. subscripsi. Ego Hugo Panor. Cant. subscripsi. Ego Petrus Pan. Can. subscripsi. Ego Ioannes Pan. Can. subscripsi. Ego Robertus de Alberto Pan. Can. subscripsi. Ego Petrus Pan. Can. subscripsi. Ego Ioannes de menti Pan. Can. subscripsi. Ego Guarinus Pan. Can. subscripsi. Ego Rodulphus Pan. Can. subscripsi. Ego Ioannes Can. & thesaurar. Pan. subscripsi. Ego Guilelmus de flore Pan. Can. subscripsi. Ego Bartholomæus Can. subscripsi.

Neque vero hosce dūtaxat Reges, vel quos nominatim recensuimus, ac Reginas, vel quos generatim & Regū, & Archiepiscoporū auctoritate descripsimus, continet hæc ædes maxima. Continuit & Guilelmos, alterum cognomento malum id sibi ex perpetratis facinoribus, vt omnes asserunt cū P.F. Leandro Alberti, comparatū, qui Secūdus est; Alterū Bonum id itidem sibi ex animi virtutibus acquisitum, qui Tertius, licet vterquè olim in Metropolitanā Montis Regalis Ecclesiam translatus hodierna luce conquiescat.

In sua hist.

Lubet hic breuiter auctores exscribere, qui de vtroque cōscripserunt, vt de his etiam, vt supra de ceteris, aliqua cognitio habeatur. De Guilelmo itaque cognomento malo Geruasius Tornacæus Suessonensis hæc scribit. *Multa gessit hic Rex in Italia, maximè quidem in Calabria, & Apulia, longequè, & latè bellis seditiosis agitatus est. Sed vbi sedata tandem omnia vidit, nullis iam hostibus reliquis in Siciliam reuersus, palatio se se abdidit, voluptuoso otio, & quieti vacaturus, interim dum regnum ab externis tumultibus respiraret. Deniquè fato proximus conuocatis Curtæ Magnatibus, & Archiepiscopis Salernitano, & Rhegino vltima volūtate Guilelmum maiorē natu filiū regni suc-*

In præfat. Hugon. Falcan.

successorem instituit. Henricum vero Capuæ Principem, & Reginam Margaritam Hispanam natione, Regis Nauarrorum, vt colligo, filiam regni, & Regis pueri gubernatricē, dum puer ætate regno suffecturus adolesceret. Quibus ad eum modum rebus dispositis, dysenteria, morboque diuturno dissolutus interijt. Mortuus autem in Palatio. sepultus est, donec proceribus euocatis, qui, quæ ad nouum regem coronandum necessaria erant procurarent, more lugubri, cōclamato funere, totius ciuitatis luctu maximo, de loco sepulchri in id sacellum, quod Siciliæ Regum Mausolea continet, translatus est. Quamquam templum esse Panormi ingens alij scribunt historici a Gualterio Archiepiscopo Guilelmi Regis affini dedicatum, opus spectabile, vbi Siciliȩ Reges sepulti iaceant, priuatorum autem nemo ibi sepelliatur. Verum non ita diù superstes fuit Guilelmus, quem viuentem cum velut sæuissimum Tyrannum odissent, mortuum tamen defleuere. De quo Syracusanus Episcopus electus Siciliæ dictum Catonis de Pompæio pronunciabat, mortem eius ceu damni plenam deplorans.

Ciuis obit, inquit, multum maioribus impar
Nosse modum iuris, sed in hoc tamen vtilis æuo.

Hæc Tornacæus. aliud quid de eodem addit Michael Ritius. *Cum Guilelmus*, inquit, *apud Brundusium conserta manu Græcos, & Appulos, quibus pro Pontifice stabant, ingenti prælio fudisset, agmenquè raperet in ipsum Pontificem, pacis conditiones, quas antea respuerat vltro Pontifex obtulit; iterumquè in sua verba iuratum Guilelmum vtriusquè Siciliæ Regem declarauit; isque mox apud Panormum decessit anno 1166.* Hæc Ritius. Quod tam Tornacæus, quam Ritius de Guilelmo cōscripsit, Auctor Compendij Neapolitanorum in pauca italico sermone perstringit. *Finalmente morì Guilelmo in Palermo essendo stato anni 21. nel regno, e benche fusse bello di persona, e gagliardo, e vittorioso, nondimeno fù in sua vita mal fortunato, ed odiato da popolı, e cognominato il mal Guilelmo, a differentia del successore di che appresso diremo. Visse anni 46. nella Chiesa Maggiore di Palermo appresso l'altri suoi fù sepolto.* *De Regibus Sic. lib. primo.*

De Guilelmo hæc nos. Hic Panormi regium diadema suscepit. Diploma fatetur. *Ex diplom. dato Messan. 1164.*

Sanctam itaquè Panormitanam Ecclesiam, quam ex generali voto diuinæ religionis intuitu amplectimur, & quadam speciali prærogatiua intra nostri pectoris claustra præcipua dilectione gerimus, tum quia & regij diadematis nostri primitias in ipsa, & ab ipsa suscepimus &c.

Ita vero regij nominis semper tenax fuit, vt cum Adrianus Pon-

tifex Max. ad eum Henricum Cardinalem legatum misisset, ac literis ad eum perscriptis non Regem, sed Siciliæ Dominum appellasset, non solum Purpurati patris legationem excipere, sed vt ad vrbem reuerteretur, commonefecerit. Hic idem Pontifex Villelmo Regi vel ob eam rationem interdixit, quod Christianæ Reip. leges infringeret, ac iura violaret. Villelmus vero cum per Ecclesiæ Catanensis electum latas conditiones honestas quidem accepisset ab Adriano pacem efflagitauit. Ipsius Regis diploma rem totam docet. id .n. sic exorditur.

Vilelmus Tyrius c.2 l.18. Baronius ad an.1156

In nomine Dei æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Amen.

Domino Adriano Dei gratia S. R. E. Summo Pontifici Carissimo Domino, & Patri nostro Reuerendo, *eiusquè successoribus Villelmus eadem gratia Rex Siciliæ &c.*

Nostræ semper consuetudinis extitit animum nostrum in triumphis, & maximis humiliare successibus, & tunc nos attentius ad omnipotentis Dei obsequium, & cultum mansuetudinis exponere, cum ad maiorem prosperitatem, & gloriam nos vidimus peruenire: tales in tranquillis, & prosperis rebus erga nostri redemptoris obsequium inueniri volentes, vt perceptorum a Rege omnium Regum *beneficiorum non appareamus ingrati, & maiores successus, atq; victorias de bracchio virtutis Dei iugiter sperare possimus. Huius quidem nostræ consuetudinis consideratione inducti, cæsis, & comprehensis in manu bellica ad laudem, & gloriam nominis Dei Græcis, & barbaris nationibus, quæ regnum nostrum nulla earum vi, sed proditorum nostrorum dolositate intrauerant; deuictis, & fugatis de finibus regni nostri turbatoribus pacis, & proditoribus nostris, humiliandos nos sub omnipotenti manu Dei decreuimus, & ad cultum humilitatis propensius intendendum.*

Discordijs igitur illis &c. Prosequitur Rex singula Cardinalium Archiepiscoporum, Abbatumq; nomina recensere numerãdo. Deinde proponit leges & statuta vtrinquè seruanda. Quarum legum exordium est huiusmodi.

De appellationibus quidem ita. *Si quis Clericus in Apulia, & Calabria, & alijs terris, quæ Apuliæ sunt affines, aduersus alium Clericum de causis Ecclesiasticis querelam habuerit, & a Capitulo, aut Episcopo, vel Archiepiscopo suo, seu alia Ecclesiastica persona suæ prouinciæ non poterit emendari; liberè tunc si voluerit ad Ecclesiam* Romanam *appellet.* Et paulo post cum de Præsulum Siculorum electione loqueretur. Sic ait. *Clerici conueniant in personam idoneam, & illud inter se secretum habebunt, donec personam illam Excellentiæ nostræ pronuncient, & postquam persona celsitudini nostræ fuerit designata, si persona illa de prodi-*

proditoribus, aut inimicis nostris, vel hæredum nostrorum non fuerit, aut magnificentiæ nostræ non extiterit odiosa, vel alia in ea causa non fuerit, pro qua non debemus assentire, assensum præstabimus, &c. Hæc de Guilelmo satis.

De Guilelmo vero bono Guilelmi mali filio hæc habeto. Præeat Michael Ritius. *Ab eo,* ait, *regnauit & ipse paterno nomine Guilelmus Secundus Alexandri tertij Pontificis maximam gratiam promeritus, quod ab Aeneobardo Frederico post illatam* Romanis *in agro tusculano cladem, in vrbe obsesso Pontifici, triremes subsidio misit, eumquè pecunia, rebusquè obsidioni tolerandæ necessarijs obnixè iuuit. In Asiam pręterea quadraginta triremes aduersus Saladinum misit, a quo Christiani premebantur. Excessit è vita Panormi sine liberis. Vnde Clemens tertius Alexandri successor in ius Ecclesiæ regna tentauit asserere, sed vtriusquè Siciliæ Proceres in defuncti locum* Regem *sibi creauere Tancredum eius Patruum Rogerij ex Pellice filium, &c.* Hactenus Ritius. De Regibus Sic. lib. 1.

Nec plane eius præconia Auctor Compendij Neapolitanorum silentio prætermittit. qui sic habet. *Questo non fu istimato inferiore a gli altri che'l buon Guilelmo nell'anno* 1186. *essendo li Cristiani a cãpo di Acri, pasò di questa vita a Palermo con lacrime non solamente de suoi popoli, e sudditi, ma con vniuersal dolore e mestitia di tutte le nationi cristiane hauendo regnato venti anni, e visso* 37. *Non lasciò doppo se figliuolo alcuno. fù nella Chiesa maggior di Palermo sepolto, e sopra il monumento scritto in effetto.*

Qui giace il buon Re Guilelmo.

Hæc in compendio. Hac tempestate vtriusque cadauer in Montis Regalis Basilica perquam honorificè asseruatur. Patris sub porphyreto, Filij sub marmoreo tumulo. De Patre nulla mentio, cum pereat malorum fama cum sonitu. De filio terrarum vbiquè fama percrebescit; dequè eo nulla vnquam ætas, nulla sæcula conticescent.

Illustrissimus D. Don Ludouicus Torres Montis Regalis Archiepiscopus, ne tam pij, tamquè Optimi, ac Maximi Regis nomen aliqua obliuione deleretur, curauit, vt eius tumulus duplici insigniretur elogio, vt si fortasse ingratum aliquod sæculum huiusce Regis memoriam obliteraret, non minus lapides ipsi literis insculpti, quam characteres exarati prædicarent. Soluta oratione alterum, alterum vero pedibus astrictum. Illud sic.

Guilelmo II. cognomento Bono Regi Siciliæ, qui vixit annos 46. templum hoc Virgini Dei Genitrici statuit, Cœnobium illi coniunctum extruxit, magnificentissimis donis, & vectigalibus ditauit, Montem Regalem a Lucio III. Pont. Max. Metropolim constituendam curauit. Siciliam tributis leuauit, Pacis, & iustitiæ cultor fuit. Vt iustissima, sic ex sententia semper bella confecit. Sanctam Sedem Apostolicam contra eius hostes omni ope, & consilio iuuit. obijt anno salutis MCXXCIX.

Ludouicus de Torres Archiepiscopus ne tantus Rex *sine honore iaceret Principi Opt. & religiosissimo*
P. anno Iubilæi 1575.

Hoc vero huiusmodi est.

Inclyta quas verbis sapientum turba recenset,
Virtutes, solus factis hic præstitit omnes
Egregijs, quare bonus est cognomine dictus,
Vtquè bonus magno longè est præstantior, illo
Maior Alexandro sic Rex Guilelmus habetur.
Artibus ipse etenim pacis, belliquè fecisti
Clarus, & vt semper iusta, ac pia bella gerebas.
Sic quoquè læta tibi semper victoria parta est;
Et nunc ne vilis iaceas, Rex optimè, Præsul
Te decorat tumulo hoc Ludouicus torrius aureo
Hoc ipso in templo, quod tu Guilelme sacrasti.



Huiusce Regis laudes in libro de noctis caligine Hieronymus Aprea non omisit. Digna laude virtus. Sic exorditur.

Hic vbi Vilelmus Rex inclytus ille beatus
Siciliensis erat, cui stat per sæcula nomen
Aeternum; statuit templum hic mirabile terris
Virginis intactæ sub nomine Matris honoris.
Est vbi Conceptus regali is monte sub astris,
Nam locus hoc lætus magis est comitante Panormo,
Qui prope nec multum felici distat ab vrbe.

Ose-

O felix illud tempus memorabile; quando
Aurea florebant Vilelmi regna secundi,
Quo duce sub tanto Trinacria nostra canebat.
Rex equidem clemens, & Relligiose, quid, inquam
De te quid referam? bonus es qui agnomine dictus
Nec taceam laudes, nec dum satiabor in illis,
Quis decor in Sicula regione? quis ordo superbus?
Quæ loca pulchra sitis ea quæ sunt claustra columnis?
Cum Monacis vescens ijs ædem struxit edendi,
Cui similem tantam nondum conspeximus vllam:
Sed sibi parua domus manet hæc sine turribus extra.
Post eius mortem sed non Regina negasti
Perficere id templum stirps Margarita serena
Quam simul vnanimem proprio cum germine liquit
Induit ista sacrum geniti cum Iaspide corpus
Regia, purpureis tunicis in funere mater,
Cui caput insigni serto fulgente coronat.
Vt mos est Reges sepeliri in marmoris vrnis
Is licet imus humi positus sub Patre quiescat
Sub pedibus primi Vilelmi Rex iacet ipse,
Et tamen vna procax venit inde rotantibus annis
Sæua carens oculis dominatrix fæmina, & huius
Non timuit Regis gemmis spoliare superbum
Dum petit hoc vastans, dum plangit Præsul ibidem
Nubibus, & densus corrumpitur imbribus aër,
Quo sonuere poli, genitumque dedere procellæ.

Hactenus Aprea.

Dictitant plerique graues viri Guilelmum hunc Regem cognomento Tertium constructa iam Montis Regalis æde maxima Romã contendisse, ac Pontificem allocutum, qui cum eum blanda oratione mulsisset, stratagemmate nescio quo ad conscendendam triremim inuitauit. annuit ille. illa ludibunda ex ora Romana cum paulatim solueret iter in Siciliam instituit. Panormum appulit. Pontifex rei opportunitate inuitatus non modo Sanctæ Luciæ templum ad oram maritimam collocatum innumeris affecit beneficijs, sed Sancti etiam Georgij Mazariensi portæ contermini, ac Montis Regalis toto orbe celeberrimam ædem maximam sacrauit. Ex plerisq; id accepi. penes hosce sit fides.

Satis scio plura me hisce de Regibus scripsisse, quam par fuerat.

Vel

Vel eo consilio id factum, vt de his plenior cognitio habeatur. Ieiunos enim Lectores dimisissem, si propositis dumtaxat Regum nominibus aliò repentè meum scribendi genus conuertissem. Stet igitur Ecclesiam Panormitanam non solum ab ijs Regum Sepulchris, quæ videmus, illustrari, sed a ceteris etiam Regum corporibus, quæ aspicimus, insigniri. Quæ quidem omnia vel ea quidē ratione mihi sunt allata, vt omnes vnanimi conspiratione singularem Basilicæ gloriam Panormitanæ Basilicæ dumtaxat tribuendam esse faterentur.

Lustrasti iam, mi lector, totam Panormitanam Vrbem, qualis ea nunc sit, obiter in papyro quasi in flamine adumbratam penicillo. Qualisnam autem ea fuerit antiquitus non solum a plerisquè grauissimis auctoribus, qui antiquitatem olent, Polybio, & Procopio, sed a recentioribus a Petro Ranzano, ab Hugone Falcando, ab Georgio Graun, a Fazelo, & demum a Mariano Valguarnera viro nostræ ætatis eruditissimo præclarè describitur. eos consule.

En habes, Senatus Illustrissime, primam Operis mei partem rudi minerua vel descriptam, vel conscriptam. Hanc tibi volens, lubensquè deuoui. Tu læta fronte lætus excipito. Tota mea est. Nullo adiutore, nullo duce. Meis dumtaxat elucubrata vigilijs, fota, ac fœta laboribus. qua de recte illud Lyrici.

INTAMINATIS FVLGET HONORIBVS.

LIBRI PRIMI FINIS.

D. FRANCISCI BARONII AC MANFREDIS.

DE MAIESTATE PANORMITANA LIBER II.



Imprimatur. De la Riba. Vic. Gen.　　*Imprimatur. De Blaschis P.*

PANORMI

APUD ALPHONSUM DE ISOLA, M. DC. XXX.

MAIESTAS
PANORMITANA.

ILLVSTRISSIMO.

D.

DON FRANCISCO VALGVARNERAE.

DEL CARRETTO ASSORI COMITI, AC
Valguarneræ Principi Præturam exercenti.

Cap. D. Petro Palacio. Horatio lo Mellino. D. Carolo Del Voglio. Campixiano. Andreæ Vespasiani Agliata. Francisco del Colle. Simoni Bonaccolto Senatoribus, PPQ. CC.
F.

P*RIMAM Operis enascentis mei partem, SENATVS Illustrissime, Patribus superioris anni Conscriptis volens obtuli. lubens deuoui. Eam læta fronte Senatorius ordo ille, qua est humanitate, & excepit, & fouit. Adultum nunc opus. ætas grandior. Vis maior, quæ id alat, educet, promoueat, requiritur. Tuam, Prætor Illustrissime, Princeps ter Opt. ac vestram dumtaxat vnam PP. Conscripti, Equites nobilissimi, implorat opem. Opis indigo vnanimes opem ferte. Non desperatur; cum a vobis absoluta Vrbi Panormitanæ forma speretur; & forma itidem formæ operis. Hoc planè tot, tantisquè Mæcenatibus altum, educatum, promotum non maleuolorum cuniculos, non*

Criticorum, Hypercriticorum insanam horrescet audaciam. Solis luce nox repente disijcitur. vestrum omnium tutelarium auctoritate obtrectantium tenebræ extermi-nantur. Panormitanæ Reipub. vobis imposita a Regni moderatore prouincia. Eius dignitas promouenda. amplificanda. Sed Panormitanæ Reip. MAIESTAS vobis omnibus qua vultu, qua voce, qua sanguinis effusione propugnanda. De MAIE-STATE res est. Grandis illa. hæc maior laus. consequentibus haud exiguum scriptoribus suppeditatur vestræ laudationis argumentum. Quot in eo characteres, SENATVS Illustrissime, tot in eo Præcones laudum tuarum. Quæ Bibliothe-cha seruabit hoc opus, asseruabit certè & gloriæ monumentum tuæ. Hoc quærendum: hac insistendum via. hac vera veræ gloriæ comparatur immortalitas. Valete Patres Patriæ, & æternum viuite. Panormi XXVI. Septembris. Ab orbe reparato CIↃ DC. XXX.

Vestr. Dom. Illustriss.

Seruus addictissimus.

D. Franciscus Baronius, ac Manfredi.

PANORMITANA MAIESTAS.

LIBER SECVNDVS.



CAPVT I.

Antiquitus Reip. Senatusquè gloria floruisse Panormum demonstratur.



SATIS cognitum, perspectumquè est Vrbem Panormitanam ita semper liberam extitisse, vt eam non Conditores modo pro dote libertate donauerint, sed P. etiam S.Q.R. vbi longo temporum interuallo decertatum vtrinquè est, victor non ademerit. *Fœderatæ Ciuitates*, inquit eloquentiæ parens, *duæ sunt, Mamertina, & Taurominitana. Quinquè præterea, sine fœdere immunes Ciuitates, ac liberæ. Centuripina, Halesina, Segestana, Halysiensis, Panormitana.* PANORMVM .n. non fortuito vel rusticus, vel colonus quispiam, vt de plerisque Ciuitatibus constat satis, extruxit, ipsaquè die, obsecundante fortuna, in formam Ciuitatis redegit, sed data opera condidit selector exterarum gentium multitudo, vt in ea tamquam in florentissima Ciuitate domicilium, sedemquè collocarent; de cuius planè dignitatis loco deturbare victrix eam Roma non putauit. De Panormitanæ Vrbis exordio multi multa. qui licet de conditoribus inter se dissideant, vnanimi tamen consensione confitentur eam liberam semper fuisse Ciuitatem, nulliquè alij, quam vni dumtaxat magistratui, suffragantibus vniuersis, delecto obtemperasse. Quod ita planè verum est, vt nullus vel historicus, vel scriptor extiterit hactenus, qui vel antequam in Romanæ Reip. potestatem, vel post in eius redacta ditionem venerit, eam libertate priuatam asseueret. Hinc planè conficitur Panormitanam Vrbem non solum Reip. gloria, sed Senatus etiam dignitate floruisse; *In Ver. Act. 3.*

 cum

cum Remp. maximè deceat Senatus, vt corpori congruit animus; cum in recta, optima que rep. Senatus animi munere perfungatur. Et quidem in Rerump. administratione Senatus is est, qui cuncta consilio, ratione, prudentiaquè moderatur, ac regit. *Consilium*, ait Tullius, *ratio, sententia, quæ nisi essent in senibus, non summum consilium maiores vestri appellassent Senatum*. Quod si profecto progrediamur vlterius, inueniemus antiquissimos illos Vrbis Panormitanæ conditores optima iam naturæ loci electione, cui vel singularis cæli clementia obsecundet, vel mirabilis ipsius vrbis faueat extructio, cuius extat varijs in partibus vel quod hodierna luce vestigium publicæ Panormitanæ libertatis argumentum, satis innuere Panormitanum Senatum ex optimatibus tum singulari prudentia, tum præcipua animi virtute præstantibus coaluisse, quique Aristocraticus optimo quidem iure dicendus esse videatur. Atq; vt id & planius & luculentius cognoscatur rei demonstrandæ mihi repetendum videtur paulo altius exordium.

De senec.

Regibus ex Roma Vrbe deiectis in veram tandem, germanamquè Reip. formam se Roma reduxit: ea enim omnino dicenda Resp. quæ iuxta leges suas non pro vnius libidine, sed ex concordi plurium Ciuium voluntate procuratur. Quare cum id temporis omnes potentiæ vires in vnum sui ipsius sinum Roma conuocasset, omniaq; munia non ad sacrificia modo, sed ad ea etiam domi, militiæquè spectantia obijsset, eam Reip. formam inuexit, quæ Aristocratica dicenda est, cum plane Vrbs a viris primarijs vel generis nobilitate florentibus, vel animi virtute præstantibus administratur. De ceteris vero, de Oliarchia scilicet, quæ ex opulentioribus habetur; de Democratia, quæ ex populo nullam planè perspiciente in seligendo virtutem, sed ex eius animi affectione constituitur; nihil est, quod dicam, cum planè constet vtramq; istam cum illa nullo modo posse conferri. Cum itaquè ex optimatibus viris sit omnino Panormi cooptata, & administrata Resp. Aristocraticum Panormi Senatum fuisse institutum nemo est, qui non fateatur. Ceterū quod Vrbs Panormitana semper se liberā, immunèquè ab omni prorsus seruitute seruauit, vel ex eo conijcias licet; ex nullo.n. auctore, siue Græcus, siue Romanus sit is, aliqua saltē ratione deducitur eam nullo vnquam tempore, nulla ætate, nullique demum Reip. tributariam extitisse. Et licet plerisquè libro primo videatur innuere Polybius Panormum iam ab Romanis euictam Vrbem Carthaginensium Principem in Sicilia fuisse, Panormus tamen sic ea quidem tempestate Carthaginiensibus paruit, vt eorum pote-

Lib.p.f.46. mihi.

potestati nunquam fuerit subiecta, sed cum ipsis miro quodam Societatis fædere coniuncta. Illud autem negandum hoc loco non est, quod cum alteri proficuum, domi defensores ad pugnandum alere, alteri vero nõ inutile inimicis fortiter obsistere videretur; sibi tamen quoquomodo persuadere quis posset Carthaginienses id tẽporis in Panormitana Vrbe dominari, suaquè, vt credibile est, præsidia collocasse. Sed hoc inuentum, poeticum quidem commentum est, cum iuxta Polybij sententiam Panormus non Princeps Carthaginiensium Vrbs fuit, quod eam omnino subegerint, sed quod peculiari quodammodo, vniceque dilexerint. Cum itaquè Vrbs Panormitana semper, vel ea quidem enascente, Senatus gloriam, dignitatemquè seruarit, mirum planè videri non debet, si in ea verum, germanumquè Reip. decus quouis tempore, quauisquè ætate summa cum omnium acclamatione floruerit.

CAPVT II.

Panormus etiamsi Romanorum adiuncta potestati, semper tamen siuè obscurè, siue apertè Senatus nomine collustrata.



ATquè vt ea in re demonstranda & apertius, & enucleatius progrediamur scias velim Panormitanam Vrbem non ab Romanis vel diuturna obsidione, vel commisso prælio expugnatam, sed suapte sponte, deditione iam facta, teste Polybio, Romanæ Reip. sibi signa sustulisse. Quare consentaneum plane est, vt quis asseueret P.S.Q.R. ab Vrbe Panormo leges non amouisse, vt iuxta veterem, auitamquè consuetudinem ea suum Populum, quamuis castigatius imposterum, moderaretur, ac regeret. Quod vel eo satis argumento iam liquet; Romani .n. in eas dumtaxat Vrbes gladios distringerent, flammas pararent, ac exitiales omnino exitus minarentur, quæ cum P.S.Q.R. signa conferre, aperto campo depræliari, sanguinem, ac vitam vtrinquè profundere æquo marte non dubitarent. Contra vero, quæ victorem vltro Romanum exercitium vel colerent, vel intra mænia lubenter admitterent, a pristina suarum legum felicitate non dimouebantur; vt is hac ratione

tione vel vrbem, vel populum recens deuictum perpetuo sibi amore, studioque deuinciret, iisque lubentissimè semel acceptam P. S. Q. R. fidem ea, qua par erat, integritate seruaret. Hinc Mantuanus.

Aen. l.6. *Tu regere imperio populos Romane memento*
(Hæ tibi erunt artes) pacisquè imponere morem:
PARCERE *subiectis, & debellare superbos.*

Ea tamen lege, vt S. P. Q. R. si voluisset, ij pro libidine & leges imponere, & tributum exigere, & cetera id genus posset. Quod plane tertium inæqualis fœderis genus sic ab Romanis appellatum, de quo meminit Liuius lib. IV. Ex ipso tamen Liuio constat satis Campanos, qui erant Romanis, facta deditione, subiecti, liberioribus institutis, ac legibus vti. Diuersa .n. prorsus ab alijs Campanorum conditio, qui non fœdere aliquo, sed deditione in populi Romani venerunt fidem, liberioremquè viuendi consuetudinem, moresquè sectabantur. Quod ipsum plane de Appulis patet, quos ita in amicitiam suam Populus, Senatusque Romanus accepit, vt cum ijs nulla ratione voluerit æquo fœdere coniungi, sed vt ij sub eiusdem potestate, ac ditione versarentur. lege Liuium loco supra laudato.

Cum itaquè Romani ita cum ijs, quæ dederant se se, Ciuitatibus haberent, ac auctoritate, qua pollerent, parcius vterentur; mirandum planè non est si Romana Resp. in dedititiam sibi Panormũ vrbem ita clementer, ac mansuetè se habuit, vt ab ea omnia Reip. ornamenta, omnia Senatus instituta sibi remouenda non putarit. Quæ quidem Senatoriæ dignitatis ornamenta eo quidem, progrediente die, in panormitana Vrbe floruerunt, quo nobilior ceteris

lib.6. Romanorum Colonia teste Strabone, in hac ipsa Vrbe domicilium collocauit.

Triplices quidem leges extitisse Romanorum tempestate Colonias; Romanæ quidem aliæ, aliæ Latinæ, Dedititiæ demum tertiæ nuncupabantur. Et Romanæ quidem vel ex Romanis Ciuibus, vel ex Romanis ære alieno oppressis, vel ex Romanis demum, qui bellando victoriam ex hoste retulerant tamquam de Vrbe Roma benemerentissimi, constabant.

Latinæ ea dictæ, quæ ex hominibus Romanis quidem, at peccato scelereque conuictis coalescebant, qui vel capitis, vel exilij pœna mulctandi, atquè Senatus Romani pietate, misericordiaquè liberati

berati in Latium coloniæ mittebantur. Et licet ij vitam non amitterent, vel exilij dedecus non paterentur, ex Romanæ tamen Vrbis albo tamquam immeriti expungebantur; quamuis deinde si pro Romana Rep. arduum aliquod facinus aggressi cum laude edidissent, ciuitate donabantur. Quare huiuscemodi coloniæ, amissa iam nominis Romani dignitate, latij nomen, quo ablegabantur, adeptæ, latinæ nuncuparentur.

Ea demum dedititiæ, quæ licet ante latinæ coloniæ, a Populo tamen S. Q. R. deficientes belli tempestate coactæ sub populi Romani ditionem, potestatemquè ceciderunt. Quouis autem tempore nullo ea honore, nullaque dignitate ab Romanis affectæ dignã tantæ peruicacia, perfidiaquè pænam, mulctamquè patiebantur.

Iam vero quantum ornamenti, quantum dignitatis, & gloriæ ex ea Romana colonia sibi Panormus compararit, inde liquet; sicut in infidis Ciuitatibus, ac populis P. S. Q. R. latinas Colonias præficiebat, vt sceleris pænam experti inposterum simile scelus abiurarent, ita & Ciuitatibus, & populis, qui & fide, & ciuium gloria, & agrorum fertilitate florentes digni a P. S. Q. R. habebantur, qui præcipuo Romanæ Coloniæ honore afficerentur. Huc accedit, quod ij dumtaxat Vrbi in ea orbis terræ parte versanti, quæ hostiũ excursionibus terra, mariquè pateret, quæquè suaptè natura ad pugnandum munita videretur, Romanas Colonias Romana Resp. præficiebat, vt & loci natura, & militum manu propugnata hostium impetus, si qui tandem essent, facili negotio sustineret. Ergo cum Vrbs panormitana vel id temporis & munita, & magna, & opulenta, & conspicua, & eo demum sita loco, in quo facile eam possent Carthaginienses aggredi, ad eam defendendam tamquam ad singulare imperij propugnaculum ablegare Romanam Coloniam S. P. Q. R. existimauit. Ex quo quidem satis illud, quod supra innuimus, inde conficitur ab Vrbe Panormitana præcipuam quamdam, inauditamquè gloriam eo sibi honore comparatam. Lego Agrippiam sexti Neronis Imperatoris matrem precibus apud filium institisse, vt iste Romanam Coloniam in Vibiam Vrbem, in qua lucis acceperat vsuram, citra Rhenum collocatam ablegaret; vt ea ratione ab Germanorum, qui non longè distabant, excursione saluam, incolumemquè seruaret. Et quidem si huiuscemodi Colonia illi Vrbi nõ aliquid honoris attulisset, non eam certe coloniam in suam natalitiam vrbem mittendam eius desudasset industria. De vrbe Panormo quid tandem sentiendum sit tu tibi persuadeas velim. Quamobrem rectè quidem a S. P. Q. R. primam Romanam Coloniam

in

lib.6. in principem Siciliæ Vrbem fuisse missam Strabo confitetur;vt satis innuat primum illum honorem, primamquè gloriam primæ Siciliæ Vrbi iure collatam , cum ij dumtaxat Vrbi , quæ & loci natura, & cæli clementia,& ciuium magnitudine , & agrorum vbertate florescit,is tribuendus sit honor.

Quæres ex me ; quanam tempestate hæc Romana Colonia in Panormi Vrbe præsidium collocauit. Et quidem hoc nondum quod meminerim apud auctores legi;cum hac de re Strabo temporis , anniquè non meminit. Quod si vti coniecturis licet , vt plane licet,coniectemus , dicamusquè vel id omnino factum fuisse ante Octauiani Augusti imperium , sub quo idem ipse Strabo floruit , vel certe non multo post prælium illud celeberrimum, ac nobile,Duce Metello contra Asdrubalem Carthaginiēsium Ducem , Populi Romani hostem,ac Panormi depopulatorem,Oretho inspectāte, commissum. Sic .n. populus Romanus in nouis colonijs ablegandis habebat sese; huiuscemodi .n. Colonijs triumviros præficiebat,vt hisce iste magistratus ordo præsideret. Militaribus vero non legionarij modo,ac tribuni, vt ex Higeno habetur apud Paulum Manutium , sed vir etiam præerat grauis , qui & Romanæ vrbis leges firmaret,& controuersias, litesquè dirimeret,& prudens eorum vtilitatibus , commodisquè consuleret, quem Prætorem nominarent. Prætor .n. Romæ dicebatur is iudex , qui de exterarum gentium controuersijs cognosceret, statueret , iudicaret ; isque ipsa die mutato solum nomine,consul in Sicilia nominabatur . Quare si quis sibi persuaderet gloriosum illud Aquilæ insigne , quo Panormus vel hodierna maximè luce gloriatur , illud idem esse , quod ab Romana Colonia fuit in hanc Vrbem id temporis inuectum , non abs re quidem sibi persuaderet ; vt si quis etiam affirmaret vna cum Colonia habuisse Prætorem, atque hæreditario quodam iure Prætoris nomen;idque non secus ac si proprium semper vsurpasse , non immerito affirmaret,cum vtrumquè in Romanæ Coloniæ aduentu Panormitanæ Reipub. fuisse communicatum Petrus Ranzanus primæ notæ scriptor asseueret. Iamuero reliquum est , vt probemus Panormitanam Vrbem in Romanorum potestate collocatam Senatus nomine non obscurè quidem , vt probatum est hactenus , sed apertè satis insignitam. Et id quidem vel ex eo coniectes licet; primo .n. bello punico confecto, cuius initium in 3700. mundi annum incidit,illi ijdem agri, quos P. S. Q. R. iure belli in Sicilia sibi comparauerat , ab eodem ijsdem Ciuitatibus summa cum liberalitate restituti , a quibus quotannis Decumarum vectigal impositum

victor

victor exigeret. lege Orat. V. in Verrem, in qua totus est in hisce decumis explicandis Cicero. Quod autem vectigal omnibus Siciliensibus Ciuitatibus impositum, S.P.Q.R. vt Panormum, aliasquè Vrbes peculiaribus afficeret honoribus, sanxit, vt id decumarum vectigal non pensitaret. *Quinque præterea*, inquit idem ibidem, *sine fædere immunes Ciuitates, ac liberæ. Centuripina, Halesina, Segestana, Halysiensis, Panormitana. Immunia*, ait Tullius in Rullum, & quidem maximè ad rem, *commodiore conditione sunt, quam illa, quæ pensitant.* Vt inde luculenter existat Panormum Vrbem licet huiusce vectigalis haud immunem, P. tamen S. Q. R. liberalitate ab eo soluendo prorsus exemptam fuisse.

Verum vt in huiusce rei probatione progrediamur apertius, non est cur in ea demonstranda mea desudet oratio. pro me totus est Tullius, cuius plane non parui æstimanda videtur auctoritas. *Etiam*, In Ver. sic habet, *illud præteribo quotiescumquè Panormum veneris illo anno, & sex mensibus (nam tamdiu fuit in carcere Apollonius) toties ad te Senatum Panormitanum adijsse supplicem cum magistratibus, Sacerdotibusquè publicis*. hæc ille. lib. 5. Quare sicuti dubitandum nullo modo est Romanorum tempestate Panormum Senatus gloria floruisse, ita facile mihi persuadeo Panormum dumtaxat vnam Senatus gloria collustratam; cum nondum repererim Ciuitatem aliquam id temporis a Panormo Senatus dignitate gloriari potuisse. Et ratio, ni fallor, ea est; vna .n. PANORMVS est, quæ formam quamdam Senatus maiestate augustiorem, amplioremquè præsetulit & electa nobilissimorum Ciuium copia, & eleganti, humanaquè populorum multitudine, & optima ipsius vrbis loci natura, ac denique singulari ædificiorum, ac murorum magnificentia. Quamobrem sicut, teste Tullio sunt ipsis laudi, & gloriæ priuata conditoribus ædificia, ita ea omnia Vrbi, quæcumquè ea sit, non parum decoris creant, ac ornamenti.

Huc illud cadit, quod Siculi omnes, interempto Cæsare a Marco Antonio triumviro facti sunt Ciues Romani. Huiusce veritatis testis locuples existit Tullius, quo quid vel, ad rem aptius, vel ad id comprobandum apertius, vel grauius? Proferamus. *O mi Attice*, inquit, *vereor, ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam, & odij pænam, ac doloris. Quæ mihi istinc afferuntur. Quid hoc video? ὢ πράξεως καλῆς μέν, ἀτελοῦς δὲ scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam iudicem. multa illis Cæsar. nequè me inuito. etsi latinitas erat non ferenda. Verumtamen. Ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit legem, a dictatore Comitijs latam, qua* SICVLI,

Lib. 14. ad Att. Ep. 12

CI-

CIVES ROMANI, *cuius rei viuo illo mentio nulla.* hæc ille. Et licet eo honore ob Coloniam prius acceptam Panormus affecta videretur, iure tamen sibi quis persuaderet hanc tam maximam, singularemq; dignitatem vni dumtaxat Panormitanæ Vrbi tamquam Vrbium maximæ, tamquam Vrbium matri Sicularum fuisse collatã. Quæ deinde Vrbs triũuirato extincto, a quo iã sublato Imperatores suũ sumpsere primordiũ, vti Reip. nomine, ac si suũ, nõ erubuit. lege Fazelum lib. 8. Prioris Dec. Consule itidem & Georgium Gualterium nomine, *Panormus.* Vterq; .n. testimonia huiusce veritatis profert. Nos etiam libri superioris capite tertio obiter non pauca laudauimus.

Huc spectat & illud numismatum genus vni dumtaxat Panormitanæ Vrbi ab Vrbe Roma communicatum; in cuius parte altera implicatæ manus, non secus ac si Fidei simulacrum; ex altera vero armatus miles, qui galeam in capite, loricam in pectore, hastamquè rectus gestaret manu eorum imaginibus persimilis, qui ab Romanis vrbium tutelares habebantur, eluceret. Vtrique vero ea inscriptio. PANORMITAN. quod plane numismatum genus vna PANORMVS ex priuilegio præferebat, cum ceteris Siciliæ ciuitatibus, ne vterentur, edicto a S. P. Q. R. cautum esset; nulla .n. ex Siciliensibus Ciuitatibus, dempta vna Panormi vrbe, iure posset Reip. Senatusquè nomine gloriari. Quod igitur vni dumtaxat Vrbs Roma seruauit sibi, vni dumtaxat vrbi Panormitanæ contulit, vtpote quæ omnium prima, ac benemerentissima haberetur. lege Tullium in lib. de legibus.

Verum, amabo te, mi lector ad eam legem nupertimè laudatam (QVA SICVLI, CIVES ROMANI) reuertamur; ea .n. suis est libranda momentis, suis & perpendenda rationibus; videndumquè an ea lex a S. *P.* Q. R. sit lata vel ad amplificandam Siciliæ vniuersæ dignitatem, vel ad promouendam *P*anormitanæ Vrbis gloriam, nec ne?

Et quidem singularis Siciliæ dignitas ea est; cum singularis planè sit honor. quid .n. ad nostræ Siciliæ decus euehendum, laudemque vulgandam excogitari vel præclarius, fingique vel illustrius potest, quam a *P.* S. Q. R. ea præcipua dignitate donari? Et eo maximè tempore, quo tempore Romana Resp. mundum pænè vniuersum sibi bellando subegerat, omnesquè ferè orbis terræ nationes, ac gentes imperio moderaretur suo.

Sed tota hæc laus, quanta, quanta est, quæ quidem nec exigua, nec vulgaris est, tota, inquam, panormitanæ vrbi tribuenda. cum .n. S. *P.*

S. P. Q. R. Romanam Coloniam, vt supra probatum satis, Panormo destinarit; ille progrediente tempore, virtutem animi, morum facilitatem, suauitatemquè S.P.Q.R. cum videret, atque ab virtute animi, morumque facilitate Romanorum nihil degenerare; vt aliquid semper gloriæ Panormo adderet, legem tulit, vt Siculi omnes Ciues Romani & haberentur, & vocarentur. Quare non immerito cum Panormo Vrbe,

Tacita fides.

quæ profectò lex ex Comitijs profecta, vt tantæ dignitatis splendor vel ob vnam Panormi Vrbem, vel ex vna dumtaxat Panormi vrbe natus esse videretur. Imo verò ipsa Panormi, vox, PANORMVS, vel populum Romanum sonat. Si .n. hoc nomen (PANORMVS,) scripseris, atq; commutatis literulis hunc Anagrammatismum confeceris (PANORMVS) P. ROMANVS. litera tamen P. in conficiendo anagrammatismo cum interpunctione signāda. vt vel ipsum nomen S.P.Q. R. ad id ipsum vel conficiendum, vel constituendum suaderet.

CAP. III.

Panormus licet ab Sarracenis subacta, eo tamen tempore semper hanc sibi & Reip. & Senatus gloriam, laudemquè seruauit.

ET quidem si ad funestissima Sarracenorum tempora, occupata iam Sicilia, conuertamus oculos, videbimus profectò de hoc dignitatis gradu Panormitanam Vrbem non deturbatam fuisse. Porro argumentum illud, quod in hac re Achillæum est, me mirum quantum mouet, quod cum Sarraceni in Siciliam vniuersam dominarentur, eorumquè Principes sedem quæritarent, in nulla prorsus alia Ciuitate Sedem, quam in Panormi vrbe posuerunt; vt merito in diplomate Trainæ asseruato, de quo iam alibi meminimus; PANORMVS CIVITAS DIVES; ET POPVLOSA, TOTIVS SICILIAE CAPVT, ET PRINCIPALIS SEDES TY-

TYRANNORVM appelletur. Et in hoc eodem ipso priuilegio cũ sermo de facienda tam Roberto, quam Rogerio deditione ab Sarracenis haberetur, eo præcipuo nomine Panormus insignitur. PANORMVS VRBS REGIA, TOTIVS REGNI DOMINA, ET METROPOLIS. Sed ecce tibi verba diplomatis, non hæc fingo. sunt ipsa luce clariora. *Baro*, sic illud, *dedito, & nauali exercitu apud Hydrontum congregato Dux, & Comes in Siciliam ad expugnationem Panormi profecti sunt. Erat autem Panormus Ciuitas diues & populosa totius Siciliæ caput, & Principalis sedes Tyrannorum &c.* & in calce sic habet. *Ciues autem postquam nullo modo virtuti Normandorum posse se resistere viderunt, communicato consilio, missis, & remissis nuncijs, & pactionibus, quales in eadem vrbe tenebant, confirmatis, Panormum Vrbem regiam, totius Regni Dominam, Metropolim, Duci atq; Comiti viris fortissimis fratribus regendam, & tenendam tradiderunt.* Hæc illud.

Huc accedit & Sarracenorum animi in vnam panormitanam vrbem propensio, ac voluntas, qui cum Panormum omni omnium delitiarum genere affluentem animaduerterent non modo non delitias hostili crudelitate perdiderunt, sed eas etiam mirum quantum nouis inuentionibus auxerunt. Extant vel hodierna luce Sarracenicarum delitiarum, magnificentiarumq; vestigia, de quibus iam primo libro sermonem habuimus, quæ cum egregia sint omnino, ac præclara satis ostendunt quanto in pretio, quantoquè honore habitam a Sarracenis Panormum fuisse. Nequè .n. credibile est eam vrbem, quam Sarraceni Principes, sicut itidem & Gothi, vt loquuntur historiæ, sua præsentia, delicijs, ac titulis honestarunt, exornarunt, illustrarunt, in eo acceptam gradu non reliquisse; cum ij sicut hanc principem omnium Ciuitatum existimarunt, ita & Senatus, ac Reip. titulum, quamuis non ita apertum, cum is libertatem sonet, non ademerunt. Cum itaquè Sarraceni in vna Panormi tantum vrbe constiterint, domicilium locarint, ac celeberrimis ædificijs insigniuerint, vt, si in Vrbem oculos intorseris, partem aliquam Toletanæ viæ magnificè constructam videris, qua nihil planè magnificentius: Si vero eosdem in panormitanæ vrbis æquor, planitiemq; conuerteris, in ædificia longe quidem pulcherrima offenderis, quibus nihil sanè pulchrius. Vtrobiquè Sarracenorum Principum elucet non magnificentia minus, quam munificentia, vt testentur quam in Panormi vrbe dignitatem repererunt, sibi ipsis non ademptam, quam vero pulcbritudinem non inspexerunt, inuentam, inchoatam, ac perfectam fuisse. *Siciliam*, ait

Curo-

Curopolata, *occuparunt Sarraceni, ac quicquid vrbium, opidorum, locorumque in Sicilia repererunt, incendijs præter Panormum fœdarunt, eaquè vrbs, quod delicijs affluat, ab eis in Regiam est delecta*: hæc ille. Hoc loquendi genus vsurpatum a Fazelo est tum lib. 8. Dec. primæ, tum lib. 6. Dec. 2. c. 1. eum consule. Qui itaque sapit, inferat, an, quæ nobis dicta sunt hactenus, iure ne, an iniuria dicta sint. Stet igitur a Panormo Vrbe, qnamuis Sarracenicæ potestati subiecta, Senatus, Reiq; Publ. dignitatem ita seruatam, vt, licet ea non floruerit id temporis, id tamen temporis ea non defloruerit; cum nihil apertè a Sarracenica barbarie panormitanæ gloriæ sit ademptũ. Quandoquè ipsa loci pulchritudo, cæli clementia, vrbis situs, agrorum vbertas, aquarum abundantia, ceteraq; id genus vel ipsam barbariem non domat modo, sed etiam sic allicit, vt barbaries ipsa miro quodam humanitatis habitu decorata videatur. *De vitis Constantinopol. Cæsar.*

CAPVT IV.

Panormus a Sarracenorum seruitute liberata eodem Senatus, Reiq; Publ. nomine insignitur.



QVAE Sarracenorum tempestate Panormi dignitas, honosquè non eluxit, Max. Optimorumquè Regum Normandorum tempore sole clarior apparuit. ij .n. non modo sedem Panormi fixerunt suam, vt hæc deinceps Vrbs regia & vocaretur & haberetur; sed etiam regio se diademate exornarunt, legemquè Rogerius tulit ad amplificandam Regiæ vrbis dignitatem, vt si fortasse quis extra Panormum regijs afficeretur honoribus, is non ritè affectus diceretur; itaquè planè consequentes Reges hoc institutum, decretumquè seruarunt, vt, quotquot ea tempestate regium diadema susceperunt, in vna panormitana vrbe incredibili cum multorum populorum frequentia, & acclamatione susceperint. Satis scio Albertum Piccolum aliter de tanta Panormi gloria sentire, ac Fazeli auctoritatem sua, si qua tamen est, auctoritate præferre. In errore est. suus hunc ex ipsomet Fazelo erit refellendi locus; cum libro quarto de vrbis primatu. nunc ad rem. Quod ergo Rogerius sedẽ regiam suam ad vrbis promouendum decus collocarit, ac regiam *Faz. l. 8. dec. p.* *L. 8. d. p.*

coronationem Panormi dumtaxat instituerit diploma anni M. C. XXIX. satis apertè testatur. Apud Fazelum iam habes. Verum vt, qui Fazelum non habent, id videant, hoc loco omittendum non putaui. *In ea*, inquit, *ædicula* scilicet contra occidentem posita, *priscos Siciliæ Reges vngi, ac regia insigniri corona mos erat. Quod quidem a Rogerio Rogerij Siciliæ Comitis filio initium cæpit; qui anno salutis 1129. cum Siciliam Apuliam, Calabriam, & magnam lybiæ oræ partem possideret, se indignum ratus tantum imperij sub angusto Ducatus, & Comitatus titulo continere, primus omnium Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Rex appellari, ac regia Corona Panormi hoc loci insigniri se voluit; SVAMQVE in EA VRBE, ATQVE FVTVRORVM SICILIAE REGVM SEDEM CONSTITVIT, edixitque, vt Siciliæ Reges, eiusquè Italiæ partis, quæ eo tempore Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, & nondum Regni titulum habebat, Principes Panormi, & non alibi more Christianorum eo loci regio diademate inuestirentur, vt eius diplomate dato Panormi anno Salutis M. C. XXIX. die XV. Maij constat*. hactenus Fazelus. Quare non immerito a Guilelmo Rege primo ob hanc rationem ea profluxit oratio, vt videlicet Panormus Vrbs regia haberetur. *Etsi* (sic ille in diplomate dato Panormi M. C. LV. Aprilis XV. Ind. V.) *vnicuique nostri regni Ecclesiæ in educandis clericis, & adulterijs coercendis priuilegio pendeat principali; venerabili tamen Panormitanæ Ecclesiæ illud tanto clementius duximus indulgendum, quanto &* IN VRBE REGIA *fundata dignoscitur, in qua thronus, & solium nostræ residet maiestatis &c.* Atque etiam haud immeritò Vrbs Panormus ob honorem sibi a Rege collatum, vt Reges hic regijs infulis ornarentur, antiquissimo, nobilissimoquè Aquilæ Stemmati coronã imposuit, vt eo hieroglyphico demonstraret sibi Regibus coronas parari, ac parere, ac inter ceteras ciuitates tantum eminere, quantum Aquila reliquis Auibus, quæ Auium Regina & nominatur, & colitur, præit.

Loco supra laudato.

Iam vero non solum Vrbs Panormus tantum dignitatis, tantumquè gloriæ a Normandis Regibus accepit, sed etiam Ecclesiam Panormitanam ita in diuino cultu, ac religione promouerũt, vt Adrianus Pontifex IV. eam pontificijs characteribus totius Siciliæ Metropolitanam Ecclesiam apertè declararit.

Adrianus Episcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filij, Agrigentino, Mazariensi, & Melitensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Ne in aliqua prouincia fidelibus Christianis Sanctorum ministeriorum plenitudo deesset Sanctorum Patrum sanxit auctoritas, vt in singulis prouincijs aliqua Metropolis haberetur, quæ alijs dispensatione regiminis, & aucto-

ritate officij præsideret. Hoc siquidem prouinciæ Siculæ deesse videntes Panormitanam Ciuitatem, quæ solo nomine Metropolis habebatur, in plenitudine dignitatis Metropolim decreuimus statuendam &c. Non caret sua præpostera interpretatione hoc pontificium diploma. opinatur Albertus Piccolus verbum illud, *solo nomine Metropolis*, de panormitanæ basilicæ gloria derogare, imo vero & hoc ipsum dignitatem auget, gloriam amplificat, veritatem explanat. ne bis id repetam, cum suus erit agendi locus Libro IV. lubens hic omitto. Huc accedit, quod cum Vrbs Panormus hisce, quæ hucusquè recensuimus, omissis, fuerit & ciuium splendore, & Dynastarum gloria, & Baronum, Ducumquè dignitate collustrata, iure videtur si minus verum, germanumquè Reip. decus, illam saltem Senatus formam ab Roma vrbe ea tempestate seruatam habuisse, qua tempestate septem illi Reges gradatim Romam Vrbem administrarunt.

CAPVT V.

Panormus Sueuorum Regum tempore hac dignitate non immunis.






Acto iam ex Normandis Principibus imperij gradu Sueuis Regibus, non modo nihil pristinæ, auitæque dignitatis amisit, sed & etiam maiorem, imò & maximam Panormus assecuta. Si .n. Superioribus annis à superiorum Regum auctoritate constituta domicilium, nunc sedes facta Imperatorum Henrici videlicet VI. ac Friderici Secundi eius filij. Præterquam quod ab vtroquè vrbs ipsa aucta situ, magnificis amplificata ædificijs, illustrata priuilegijs, elata præconijs, affecta honoribus. hæc omnia suus erit recensendi locus. Illud dumtaxat hic de Frederico non silendum, qui Panormum innumeris affluentem & diuitijs, & delitijs cum videret singulari felicis vrbis titulo donauit. quæ quidem felicitatis nota ab Silla primum Dictatore, deinde vero a Commodo Imperatore, ac demum, vt ex Historijs habetur, a plerisque alijs Imperatoribus vsurpata. Quod vel ea ratione a Friderico, vt opinor, factum. cum .n. vrbem hanc Henricus VI. Imperator præ ceteris coluisset, & ex regia iam Imperatoria euasisset, vt nonnihil discriminis inter Panormum,

normum, ac ceteras regni Ciuitates oriretur, hoc nomine insigniẽdam ratus, cum hoc sibi nomen, vt diximus, Imperatores aliquot indidissent. vel, si cum ceteris sentiamus, illud hic cadit a Friderico videlicet Felix nuncupatur; ob agri nimirum felicitatem, ac fertilitatem, ob procerorum montium tutelam, ob fontium enascentiũ multitudinem, ob regij capitis in mõte impressi gloriam o eminentissimæ demum vrbis formam, & amplitudinem. Vel tandẽ si asseramus Panormum Vrbem, quæ licet omnium postrema, Testibus Polybio, ac Leonardo Aretino ab hostibus diuturna fuerit obsidione deuicta, ac nonnisi plurimis, ac infinitis exantlatis laboribus in eorum redacta ditionem, hoc nomen assecutam ! Victores.n. explorata iam perspectaquè Ciuitatum omnium Siciliensium natura nullam aliam vel pulchriorem, vel digniorem vna Panormo vrbe existimarunt; quam vnam consequentibus annis lubentissimè coluerunt, beneficia beneficijs cumularunt, nouis titulis insigniuerunt, vrbis dignitatem amplificarunt; Romæquè Vrbi pænè parem reddidere, quæ primum Regum Sedes, deinde vero est habita Imperatorum. Si ergo gloriosissimum, ac panormitanæ Vrbis amantissimum Sueuorum genus tot, tantisque Panormum donis affecit, dicendum certè est nihil de eius gloria, & existimatione derogasse, cum peculiaris gloria vrbi sit & Reip. nomine, & Senatus dignitate gloriari.

L. primo de bello Ital. aduersus Goth.

CAPVT VI.

Panormus, dominantibus Gallis, nullam huiusce dignitatis est passa iacturam.



ITA certè singularis ab omnibus quauis ætate, quouisq; tempore inter Siculas Ciuitates Panormus est habita, vt nonnulli Siciliensium Vrbium Matrem, Vrbium Metropolim, Vrbium Fænicem appellarit. Et quidem vt omittamus ceteros, quos hactenus recensuimus, ita ab Gallis hæc Vrbium nostrarum Fænix magnificis fuit illustrata muneribus, vt pristinam dignitatem non seruarit modo, sed amplificatã, auctamquè a Gallis acceperit. Ab Rege.n. Carolo Andageuensi inter cetera præclariora, quæ ab eius regia liberalitate suscepit, & Regni caput, & regum sedes M.CC.LXXVII. pro-

proponitur, ac declaratur. Vin' diploma, hocce est.

Carolus Dei gratia Rex Siciliæ, &c. Cum igitur pro parte Canonicorum, & Clericorum Archiepiscopatus, & Cappellæ Sacri palatij Panormitani, & aliorum Clericorum tam latinorum, quam Græcorum Ciuitatis eiusdem &c. Et paulo post ad rem. *Nos autem qui Ciuitatem eamdem speciali prærogatiua diligimus, & fouemus, eo quod caput & sedes regni nostri existit ipsorum iustas petitiones &c. Data Neapoli XIX. Octob. XIII. Ind. 1277.*

Verum in hisce regijs characteribus verbum illud aduertendum (*Cappella Sacri Palatij Panormitani*) quod mysterio non vacat. Si.n. hoc regale palatium ab Carolo Rege Sacrum appellatur, nihil prohibet, quominus asseramus hoc dumtaxat vnum ab Siciliæ Regibus in Sicilia tota domicilium fuisse designatum. atque duplex id suadet ratio, tum quia ipsi Reges sacri, quia vncti, tum quia nullum aliud palatium in Siciliæ regno reperitur, quod tantæ gloriæ insignibus exornetur. Singulare, ac verum regiæ panormitanæ vrbis argumentum.

Ex quibus planè haud obscurè deducitur Panormum Vrbem, exceptis alijs dignitatum prærogatiuis, honorumquè titulis, inde a Græcis Imperatoribus vsque ad Gallorum tempora, cumulatis alijs, præclariorem, insigniorem, dignioremquè euasisse, semperque Senatus, ac Reip. honore decoratam. Quo quidem ante tot, tantosquè annos, ante tot sæcula eloquentiæ facile princeps Cicero, vt cap. 2. innuimus, magnificentissima dicendi oratione exornauit.

CAPVT VII.

Panormus, expulsis iam, enectisquè Gallis, præcipua quadam ratione & Reipubl. titulo, & Senatus nomine perfruitur.

VEnio nunc ad id, quod Vrbis Panormitanæ verè est, ac peculiari quadam ratione me vocat. Ostendam .n. eam ita sibi hoc Senatus, Reiq; publ. nomen assecutam, vt iure deinceps vt suum, varijs, diuersisquè rationibus vsurparit. Cum igitur Ciuium aliquot panormitanorum Sapientia panormitanam vrbem in li-

in libertatem vindicarit, eiusq; tamquam Reginæ Vrbium exemplo permotæ ceteræ a suis ceruicibus gallicæ seruitutis iugum detrectarint, eam in hoc amplissimo dignitatis gradu optimo quodam iure collocauit. Addecuit profectò, vt Panormitanam vrbem Sicularum vrbium matrem, Metropolim, ac Dominam reliquæ regni Ciuitates in hoc præclaro, memorabiliquè facinore imitarentur, cum & Panormitanâ Vrbs Romam vrbem Parentem optimam sit omnino secuta, quæ Regibus expulsis, suam aliquando adepta libertatem, qua Romanus Senatus floruit antiquitus, ac priuatarum, publicarumquè rerum omnium prouinciam suscepit administrandam.

Porro PANORMVS, hisce rebus præclarè gestis non verummodo, summumquè antiquæ Reip. dignitatis gradum, ad quem primorum Imperatorum euexit auctoritas, ascendit, sed etiam iure cæpit Senatus nomine gloriari, quo nonnullæ Ciuitates a consequentibus iam Imperatoribus in libertatem vindicatæ summo, grauiquè magistratus consilio gloriabantur.

In Italia certe non desiderantur exempla. Venetiæ, Bononia, Ancona. Citra vero non desunt & sua. Tolosa in Gallia.

Atque id temporis fortasse, ni fallor, voluit Vrbs Panormitana, vt literæ, quæ ad orbis terræ Principes, ac Dynastas, dempto Romano Pontifice max. demptis & Regibus, mitterentur, sola magistri notarij manu firmarentur, cum id ad ostendendam panormitani Senatus maiestatem, atque amplitudinem satis, superquè videretur.

At inquies nimium Panormo arrogas, nimium Panormum effers. Qui Panormus causa Siculæ dicenda libertatis. Fictitium hoc, atq; excogitatum argumentum, cum id laudati historici auctoritas nulla, nullum Regis diploma confirmet. At consiste, amabo te, accipe, quæ subscribo: non n. poetarum commenta subscribo, nequè tantum merito Panormitanæ Vrbi tribuo, quantum immerito ciuitates aliquot arrogant sibi. Ecce tibi Fazelus, qui cum de templo, ac cænobio Cisterciensis familiæ illo adiuncto sermonem haberet, *Lib.8. d.p.* hæc habet. *Id templum illud est, vbi temporis successu Anno Sal. 1282. tertio die Pascha festo Galli quotquot tum Panormi aderant, quod petulantius mulieres, quæ ad rem Sacram solemni more confluxerant, oculis, gestibusquè procarentur, vna vesperarum hora a Panormitanis partim religionis, partim pudicitiæ vindicibus trucidati sunt. Vnde Siculorum vesperæ in prouerbium abiere.* Hæc ille.

Rursus insurges: Ex his ipsis Fazeli verbis nihil apertè, quod

ad rem faciat, deducitur; illud quidem certum, quod Panormi sint Siculorum vesperæ Gallorum internecione peractæ, non panormitanis ciuibus incæptæ. quod probandum, quod omnino demonstrandum. Sic .n. publicæ libertatis vindices apppellandi Panormitani, eiusquè gloria solis panormitanis tribuenda videretur. Imo & ex hoc Fazeli dicendi, scribendiquè genere ab eo, qui Siculorum annalia perlegit, luculentissimè veritas aperitur, cum id Siculorum fasti vel fateantur, vel testentur. Age iam Petri Secundi Frederici filij Siciliæ Regis diploma promatur. Eius luce dubitationum disijcienda nox omnis. aures arrige, animum aduerte sis.

PETRVS SECVNDVS *Dei gratia Rex Siciliæ &c. Si Panormitanam Vrbem felicitatis titulo, suæ fidelitatis meritis insignitam, in qua Prædecessorum nostrorum sedes, & gloriosa cunabula claruerunt, & ipsi prædecessores nostri Reges, & Principes priuilegijs, immunitatibus, & gratijs plurimis decorarunt: nos etiam, qui Dei nutu ab illis Regibus, atque Principibus originem trahimus, atquè in eadem vrbe ortum habuimus, & sceptrum regni suscepimus, sicut ipsam veri amoris, & fidelitatis actibus videmus excrescere, sic eam debemus, & cumulatis honoribus, & notabilibus gratijs perpetuò insignire. Præsentis itaquè priuilegij serie notum fieri volumus vniuersis tam præsentibus, quam futuris, quòd attendentes grata satis notabilia, & plurima fidelitatis obsequia, quæ* PANORMITANI CIVES *ab illo tempore, quo Gallorum communium hostium importabile iugum subrepti prædecessoribus nostris dominij abiecerunt, a quibus redeundi ad naturalis matris gremium* A CVNCTIS SICVLIS EXEMPLVM LAVDABILE ASSVMPTVM EST, &c.

Apud Bran. f. 24. 25. Faz. d. p. l. 8. Datū an. 1340. Men. Maij.

Enim vero, vt aliquantisper lectorum pace a proposito diuertam, si hoc diploma legisset Anonymus ille, qui Siculas profitetur historias, non ausus profecto fuisset vel in publicis Bibliotechis, vel in Academijs effutire Siciliæ libertatem, regnantibus Gallis, non à Panormitanis duxisse primordium. Errat is, ac vehementer errat. Errant & qui huiusce dictis habent fidem. Nullum profert auctorem, nisi forte huiusce opinionis ipse sit auctor. Sed in auctorum luce non versatur. Credant, qui non ex libidine, sed Regum characteribus, sed scriptorum auctoritatibus innixus verè conscribit historiam. Ad confutandam igitur hanc nouam, atque à veritate abhorrentem opinionem sic aio. In rebus, quas plane conspexit antiquitas, non Poetarum figmentis vtendum, sed auctoribus, sed ijs, qui eo sæculo vixere vitam, insistendum. Plures auctores toti sunt mei, quos promo, qui mihi primum conciliant fidem. totus &

vnus itidem meus, quem itidem proferam, qui pænè oculatus eſt teſtis, ac nouum hunc concludit hiſtoricum. Ecce tibi primo loco Lucius Marineus, qui cum de Hiſpaniæ rebus ſermonem haberet, hac de re ſic aperte perſcripſit. Ea inſcriptio.

De Siculorum defectione aduerſus Gallos, & alijs rebus.

lib. xi. de rebus hiſp. f. 399. mihi *Sub cuius imperio duriſſimo Siciliæ populi multa mala, damnaquè ſuſtulerunt. Sed breui tempore. Nam poſt Manfredi, & Conradini cædem, vt ſcribit Leonardus Aretinus, cum Siciliæ Ciuitates, quæ rebellauerant, in Caroli poteſtatem rediſſent, præfecti ad eas gubernandas viri Gallici, feroceſquè natura, ac ſuperbi, innumeras Siculis clades inſerebant: tantaquè erat Gubernatorum petulantia, tanta barbaricæ gentis immunitas, vt non iam liberorum hominum, ſed mancipiorum loco Siculi omnes haberentur. Pro leuiſſimis rebus, ac ſæpe pro verbo liberius emiſſo, ſupplicia aderant crudeliſſima. Delatorum plenæ erant Vrbes, laquei, & ſecures in leuiſſimis habebantur pœnis. Ad hæc rapacitas, & auaritia Gallorum inexhauſta, & auri cupido inſatiabilis, nocentes pariter, & innocentes peruadebant, nec vllus rapinarum erat modus. Diuitiæ pro crimine læſæ maieſtatis habebantur, vt quiſquis ampliſſimo erat patrimonio, ita in periculum acerrimè vocabatur. Id hominum genus rebellionis auctor fuiſſe, id maledixiſſe Regi, id Manfredi, vel Conradini imaginē domi habuiſſe accuſabatur. Fortunarum iacturæ iam in conſuetudinem venerant, optabiles quidem, modo ſupplicia, & excarnificationes ceſſarent. His accedebant libidines non maiorum modo, verum ēt miniſtrorū in vxores, & filias Siculorum ſine vllo reſpectu, & verecundia, vt cuiquè placitum fuerat. Hanc duriſſimā ſeruitutem, & immanitatē aliquot annos perpeſſæ Ciuitates, tandem ſuperante patientiā magnitudine iniuriarum in furorem vertuntur.* INITIVM AVTEM RERVM NOVARVM A PANORMITANIS EST FACTVM. *Hi .n. extra Vrbem feſtum agentes, ad locum propinquum, qui Mons Regalis dicitur, & a Panormo diſtat paſſuum millia ferè tria, in feſtis Paſchalibus reſurrectionis ibant plurimi vtriuſquè ſexus, & cuiuſcumquè conditionis tam Panormi Ciues, quam Galli, qui Ciuitatis gubernationem,* ET MAGISTRATVS *exercebant. Cum ergo a Gallis eo profectis arma explorarentur Siculorum, & eo prætextu mulierum ſinus, & mamillas obtrectarent, concitata ob eā feritatē ſeditione, Gallos lapidibus primò, mox armis perſecuti omnes interfecerunt. Qui in vrbem reuerſi in reliquos Gallos impetu magno irruētes ad vnum occiderunt. Rumor deinde* PANORMO *ad alias Ciuitates delatus* EODEM EXEMPLO *ad arma, & cædes populos excitauit.*

Ita

Ita per totam Siciliam trucidati, cum ardor eorum petulantiæ proprio sanguine extinctus esset, non solum diuitias male coaceruatas, sed corpora insuper Siculis reliquere. Hæc Marineus. Vt mirandum plane non sit, si Petrus Aragonum Rex in Siciliam a Siculis euocatus primo PANORMVM appulerit, cum is eo peculiari honore Panormum vrbem sibi primo afficiendam putarit, quæ sicut Vrbium caput, ac Metropolis, ita & Siculæ libertatis princeps fuit. *Ex litoribus igitur*, sic paulo post Marineus, *Africæ quadraginta triremes, & alias naues onerarias soluens* (5. Petrus Aragonũ Rex) *prospera vsus nauigatione, perpaucis diebus in Siciliã delatus Panormi litoribus applicuit. Hic elatis Aragoniæ signis, vt à Siculis ex composito cum legatis agnosceretur, portum subijt, & cum multis equitibus expositus, a quamplurimis, qui aderant, Siciliæ nobilibus, ciuibusque Panormitanis Rex appellatus, apparatu regali, pompaquè mirabili felicem vrbem, & ingenti lætitia plenam, exultanti plebe, puerisquè salientibus ingressus, per omnes vrbis vicos, & parietes aulæis purpureis, sericis, & aureis pannis excultos, ac stratos, in regias ædes, vnde Ciues paulo ante Gallos deiecerant, maxima Siculorum, & Hispanorum nobilium multitudine comitante, perductus est.* Hactenus ille. Clarumne hoc? accipe testimonium aliud & clarius, & pulchrius. Hieronymus Surita verè historicus, ac veritatis sectator egregius, qui cum ad Siculorum defectione loqueretur sic habet ad rem. *En este medio sucedio assi, que Palmerio Abbad, Alaymo de Lentin, y Gualter de Caltagiron, y todos los Barones de Sicilia, que se auian conspirado contra los Franceses, de comun consejo deliberan juntarse en la Ciudad de Palermo, lugar principal, y cabeça de todo el Reyno: para esperar la primera ocasion que se offreciesse, para alçarse contra Carlos, y echar los Oficiales, y ministros, que tenian el gouierno de a quella Isla cada dia se sucitauan escandalos entre la gente del pueblo, y andauan muy alterados: porque los Franceses eran en su gouierno auaros, y crueles, en el juyzio injustos, y muy apasionados, en el oyr dificultosos, y en las respuestas asperos, soberuios, y muy insolentes: y como de su condicion fuessen muy altiuos, querian la seruidumbre, y no la beniuolençia de los subditos. Nunca cessauan nueuas extorsiones, y sobre todos sus excessos como los Sicilianos de su naturaleza, y por hauer cõseruado muchos delas costumbres de los Griegos, son muy celosos, lo que mas los indignaua, era la fuerça y violencia que se hazia comunemẽte alas mugeres, sin respeto, ni empacho alguno de edad, estado, o condicion; y desto estaua el pueblo ayrado, y todos generalmente alterados, y grauemente offendidos: viendo las costumbres amanzilladas,* y cor-

Loco supra laudato.

lib. 4. annalium. tom. p. f. 243. mihi. c. 17.

y corrompidas, y la modestia ciuil profanada, y peruertida, y que se introduzia en su lugar toda licencia, y soltura. Estauan aquella Isla desde el tiempo delos Moros, y Normandos, que la posseyeron largo tiempo, diuidida in tres valles, que cada vno incluyua vno de los promontorios, que haze la Isla. Et post paulo distributa iam in suas partes, descriptaque Sicilia sic prosequitur. *Por estos valles estaua repartido el gouierno del Reyno, y solia auer tres Presidentes, que tenian cargo de toda la gouernacion, y iusticia: però el mas preeminente General, y Vicario del Rey Carlos, se llamaua Herberto de Orliens, y el otro era Maestre Iusticier, que se dezia Iuan de San Remigio gouernator de Palermo hombre muy condicioso, y soberuio, y de gran insolencia, y cruel. Sucedio que por la fiesta de la Pasqua de Resurreccion, al tercero dia, que fue penultimo de Março de M. CC. LXXII. como de costumbre muy antigua los de Palermo saliessen a la Iglesia de Santispiritus, que esta fuera de la Ciudad, de la otra parte del rio Oreto, que agora dizen del Almiralla, y con grande conçurso saliesse todo el pueblo a aquella solennidad, y iuntamente con los Sicilianos los Franceses, vn Frances, llamato Drocheto, llego a reconocer vna moger principal, y muy hermosa, tocandola deshonestamente, con achaque de saber, si lleuaua las armas de su esposo ascondidas. la gente estaua ya muy escandalizada, y el Pueblo indignado contro aquella nacion, y muchos apercebidos por los tratos, y conciertos de los Barones, y a los gritos, que la muger dio, defendendose del Frances, vn mancebo Siciliano acudio a socorrerla, y arranco la espada que lleuaua el Frances, y matolo, y por su muerte si mouio grande altercacion, y brega entre los de Palermo, y los Franceses, que eran ministros de Iusticia: y queriendo desarmar algunos, porque trayan contra la proibicion del Maestre Iusticier armas, començò a concurrir el pueblo contra ellos, diziendo a grandes vozes: Mueran los Franceses: y mezclose gran pelea de cada parte; a la qual sobreuinieron los Barones, que estauan iuntos en la Iglesia, y todos los cauallieros se pusieron en armas. Como la*
„ *gente popular reconocio, que tenian a quien seguir, fueron contra los Franceses en gran esquadron, y acudieron a la Ciudad, por las plaças,* COMO
„ LO TENIAN ORDENADO, *adonde todo el pueblo se iuntò, y no dexauan Frances, que no muriesse a cuchillo: y fue tal el furor embuelto en indignacion, e yra, que embrauecio el animo de los Sicilianos con desseo de la libertad, y por aborrecimiento de la intolerable seruidumbre, que padecian.* hæc, aliaq; huiusce generis Surita. Qui rem totam ardet desiderio legendi, laudato Suritam consulat loco. Sed volo esse clementior. nolo hunc historicum ab Historicorum Academijs explodi, cum verear ne id in hunc rectè cadat vulgatum satis.

Nec

Nec bonus est Medicus, nec bonus Historicus.

omitto volens, lubensquè & Lucium Marineum, omitto, & Hieronymum Suritam, omitto & Fazelum, qui dec. 2. lib. octaui cap. IV. id, quod intenditur, satis probat. Omittendus mihi omnino non est Ioannes Villanus, qui hac de re plura scribit, quam institutum requirit meum. Historiam omnem non grauabor exscribere a viro nec Siculo, nec Panormitano ciue conscriptam. Is Florentiæ loco nobili, ac celeberrima totius Italiæ vrbe natus, quæ Heroum, quæ Ducum, quæ Pontificum Mater, ac altrix est. Non igitur ab doctiorum hominum cætu remouendus est is, quem omnis veneratur antiquitas, ac germanum veritatis sectatorem summa veritate dilaudat. Sic ergo suarum historiarum lib. 7.

Come l'Isola di Sicilia si rubellò allo Re Carlo per tradimento. Cap. LXI.

NElli anni di Cristo 1282. *in lunedì di Pasqua di Resurrettione, che fu a dì 30. di Marzo, si come per Messere Gianni di Procita era ordinato tutti i Baroni, e Caporali, che teneuano mano al tradimento furono nella* CITTA DI PALERMO *a pasquare, ed andandosi per li Palermitani, per comune huomini, e femine a cauallo, ed a piede alla festa di Morreale, fuori della Città tre miglia; e come v'andauano quelli di Palermo, così vi andauano i Francesi, el Capitano del Re Carlo a diletto. auuenne come s'adoperò per lo inimico di Dio, che vn Franciese per suo orgoglio prese vna donna di Palermo per farle villania; ella cominciando a gridare, e le genti erano tenere, e gia tutto'l popolo commosso contro a Franciesi per famigliari de Baroni dell'Isola si cominciò a difendere la donna, onde nacque gran battaglia tra Franciesi, e Ciciliani, e furonne morti assai da ciascuna parte, ma pure il peggio ne hebbono quelli di Palermo. Incontanẽto tutta la gente trassono fuggendo alla Città, e gl'huomini tutti a armarsi gridando, muoiano i Franciesi, e raunandosi tutti in su la piazza* COM' » ERA ORDINATO PER LI CAPORALI *del tradimento, e combattendo il Castello del Capitano, che v'era per lo Re Carlo, lui presono, ed vccisono, e quanti Franciesi furono trouati nella Città tutti furono morti, e per le case, e nelle Chiese senza nulla misericordia, e ciò fatto i detti Baroni si partirono da Palermo, e ciascuno in sua terra, e contrada fece il somigliãte d'vccidere tutti i Franciesi, ch'erano nell'Isola, saluo che* IN MES- » SINA *si induggiarono alquanti dì a rubbellarsi.* PER MANDATO » DI

Ioannes Villanus lib. 7. cap. 61. f. 104. & seq. mihi.

„ DI QVELLI DI PALERMO, *contando le loro miserie per una bella epistola, e ch'eli doueano amare franchiggia, e libertà, e fraternità, con loro insieme si misero i Messinesi a rubellatione facendo quello e peggio, che Palermitani contra a Franciesi, e trouaronsi morti in Cicilia piu di 4000. e nullo ne potea alcuno campare, tutto li fosse amico, come hauesse amato di perdere sua vita, e se l'hauesse campato nascostamente conuenia lo rappresentasse, o l'uccidesse. Questa pestilenza auuenne a Franciesi, ed andò a fatto per tutta l'Isola, oue lo Re Carlo, e sua gente riceuettono grandissimo danno ed hauere, e di persone. Queste contrarie, e ree nouelle l'Arciuescouo di Morreale incontanente lo fece sapere al Papa, ed al Re Carlo per suoi messi speciali.* Et cap. LXVII. idem auctor ibidem, qui cum primo de grauissima Andagauésis Caroli Regis cum Pontifice querela, tum de auxiliaribus copijs & ab Gallorum Rege Caroli Nepte, & ab Florentia Vrbe missis ab eo receptis, demum de Messanæ obsidione sermonem haberet, sic prosequitur.

Come la gente del Re Carlo hebbero Melazzo, e come i Messinesi vollono rendersi allo Re Carlo. Cap. LXVII.

AVenne in questa stanza, che lo Re fece passare con suoi vscieri, per farsi dinanzi a Messina il Conte di Brenna, el Conte di Monforte con 800. Caualieri, e più pedoni, e passarono dall'altra parte di Messina verso Melazo, guastando il paese intorno, per la qual cosa certi di quelli di Messina vennero al soccorso di Melazo, per non lasciarli prendere terra, con que' di Milazo insieme furono sconfitti dalla gente del Re Carlo, e furonne morti ben M. tra Messinesi, Melazesi, chi a battaglia, e chi trafelò fuggendo verso Messina, e fu preso il Castello di Melazo per la gente del Re Carlo, e come i Messinesi hebbono la detta nouella incontanente mandarono nel Campo al Legato che vi era, che per Dio venisse a Messina a riconciliarli col Re. Il Legato incontanente v'entrò con grande, e buono volere per accordarli, e presentò loro le lettere del Papa al comune di Messina, per le quali li mandaua molto riprendendo della follia fatta per loro contra lo Re Carlo, e sua gente.

Et paulo post, ne multus sim, ab Messanensibus accepta Martini IV. Pont. Max. per legatum epistola, habitaque ab Pontificis legato ad Messanenses oratione hæc habet. *Per la qual cosa i Messinesi elessono trenta buoni huomini della terra a trattare l'accordo col legato, e vennero a volere questi patti, dicendo.*

„ *Noi vogliamo, che lo Re ci perdoni ogni misfatto, e noi gli renderemo la*
„ *terra, dandogli per anno quello, che i nostri antichi dauano al Re Guilelmo,*

e vo-

e voleano signoria di Latini, e nõ Franciesi, ne di prouenzali, e con questo li „
saremo leali, buoni, e fedeli. I quali patti il legato mandò proferendo al Re
Carlo per lo suo Camarlingo, pregandolo che per Dio douesse loro perdonare, „
e prẽdere i detti patti; perche poiche fossino indurati, e messesi alla defensione ogni di peggiorarebbono i patti, ma hauẽdo egli la terra con voluntà de Cittadini medesimi, ogni dì li potrebbe allargare, il quale era sano, e buono consiglio. Ma come lo Re Carlo hebbe la detta ambasciata s'adirò fortemẽte, e fellonescamente disse. I nostri sbanditi, che contro noi hanno seruita la „
morte, domandano patti, e vogliono torre la mia Signoria, e vogliommi rẽ- „
dere censo a vso del Re Guilelmo, che quasi non hauea niẽte, gia di questo nõ
sono contento. Ma poiche piace al legato, io perdonerò loro in questo modo, „
che io voglio di loro 800. stadichi, i quali più mi piaceranno, e farne a mia „
voluntà, e tenendo quella Signoria, che più mi piacerà sicome loro Signore,
pagando quelle colte, e dogane, che sono vsati, e se questo vogliono fare sil „
prendano, e se non si si difendano. hactenus ille. „

Ex ex his tria inferant, qui legunt, velim. Alterum, quod non ex euentu, sed consulto Panormitana Vrbs Siciliensi libertati, ac felicitati consuluit. quid. n. sibi vult id dicendi genus vel a Petro Rege vsurpatum, *A quibus*, scilicet Panormitanis, *redeundi ad naturalis matris gremiũ a cunctis Siculis exemplũ laudabile assumptũ est*. Quidnã illud Lucij Marinei: *Rumor deinde* PANORMO *ad alias Ciuitates delatus* EODEM EXEMPLO *ad arma, & cædes populos excitauit*. Quid illud Ioannis Villani, *E raunandosi tutti in su la piazza com'era ordinato per li Caporali*. Quidnã demũ illud Hieronymi Suritę, quo quid apertius, quo quid clarius ad hanc veritatẽ illustrandã *Como la gẽte popular reconoçio, que tenian a quien seguir, fueron contra los franceses en gran esquadron, y acudierõ a la Ciudad por las plaças como la tenian ordenado*. Et idem hac de re latius sic. *Pareçio verdaderamente sentençia diuina, segun la execuçion fue acelerada, y presta: y fue tan repentinamente diuulgada por los lugares, y tierras de todo el Reyno, que la llama fue discurriendo por los confines, y tierras del Val di Mazara con gran contentamiento, y alegria vniuersal de aquel leuantamiento; però temiendo el poder del Rey Carlos, y su vengança, no se osauan mouer contra los Franceses porque no los tuuiessen por participes de aquel insulto. Solos los vezinos de Corellon tomaron las armas, y matauan aquantos hallauan, y se confederaron con los de Palermo: y los otros lugares de la Isla, estauan atentos a lo que sucederia entreteniendo se entre esperança, y miedo. No cuentan las fabulas de los Poetas antiguos, auer executado aquellos Gigantes, que fingen ser los primeros pobladors, desta Isla, tanta crueldad, y fiereza contra los que*

apor-

aportauan a ella, como los de Palermo, y Corellon, y algunos otros lugares contra a quella nacion, no perdonando los niños recien naçidos, ni a sus madres aunque fuessen Sicilianos, pues estuuiessen casadas con Franceses: porque segun pareçe en vnas letras Apostolicas del Papa Martino, las abrian para sacar del vientre las criaturas, por priuarlas de la luz, y vida, antes que pudiessen gozar della. però excedio entre todos el Pueblo de Palermo, que fue el que con mas furor executo su yra: como gente que estaua mas agrauiada, e induzida a tomar la vengança, y assi se señalò en esto como cabeça del Reyno.

Alterum quod Vrbs Mamertina, quæ secunda a Panormo Regni Ciuitas est, nisi epistolam ab Panormitana Vrbe accepisset, nunquam certè in Gallos arma strinxisset, nunquam & sibi, & finitimis opidis iniurias nouo scelere conflatas Gallorum cruore delesset. Atque hoc luculenter innuit Villanus. *Saluo che in Messina s'induggiarono alquanti dì a rubbellarsi. Permandato di quei di Palermo contãdo le loro miserie per vna bella epistola, e ch'eli doueuano amare franchiggia, e libertà, e fraternità, con loro insieme si misero i Messinesi a rubellatione facendo quello, e peggio che Palermitani contro i franciesi.* Vt scilicet orbi terrarum in solio veritatis sedenti Siciliensis Metropolis imperio subiecta videretur, gloriosius putauit Metropolis sibi iubentis imperium expectandum, quam ad cædes, & arma cum ceteris deueniendum. Itaque vni dumtaxat vrbi imperium, ceteris mascula animi magnitudo peperit laudem.

Tertium denique illud est, quod ad Messanensium populare figmentum ex Arcadio, vt autumant profectum maximè diluendum facit. Si .n. ex Arcadio hoc singulare beneficium Mamertinus Ciuis accepit, ne tributum aliquod ipsi quis posset nec imponere, nec exigere, ac proinde ab eo soluendo immunis ex priuilegio fuit: quid profecto causæ est, cur & Guilelmo Regi tributum soluerit, & Carolo Andagauensi sibi illud idẽ quotannis soluendũ per legatos obtulerit? nisi certè vt dicamus Arcadij priuilegiũ, quo fit a muneribus immunis, ac libera, nunquã fuisse ciuitati messanensi collatum; posseque Proreges pro auctoritate, quã habent quęuis munera Mamertinis imponere & pro retinẽda Siciliæ libertate, & pro amplitudine Hispaniarum, ac Siciliæ Regis amplificanda. Vel ipse Carolus Andagauensis Primus, ipsique Mamertinorum maiores tributum soluisse, Ioanne Villano auctore, confitentur, qui Mamertinæ immunitatis calumniator haud est, sed veritatis scriptor egregius. Quam ille notam triumuirato illi Ferdinando Matute, Iosepho de Neapoli, & Petro Corsetto singulari doctrina, integritate, virtute, graui-

Thomas Costo in Chron. regni Neapolis.

grauitate præstantibus haud difficulter iussit. Quod si ea Ioannem Villanum non afficit nota, in hosce quidem hæc non cadit. Ceterum Ioannes Villanus sic grauis, sic verax historicus est, vt Robertus Cardinalis Bellarminius vir sanctissimus, idemque doctissimus, cui hac in re acrior est crisis, ad res Ecclesiæ Romanæ confirmandas in suis eruditissimis controuersiarum voluminibus non bis, terue, sed pluries huius vnius auctoritate vtatur. *Tom. 2. lib. primo de Sanctorum beatitudine cap. 2. per totum.*

Sed, age iam, ad rem. Non ergo ex euentu, sed multis ad Gallorũ internecionẽ anhelantibus, atq; vnanimi consensione conspirãtibus in Panormitana Vrbe Panormitanus ciuis arma distrinxit, gladios acuit, mucrones e Gallorũ vaginis eduxit, atque ab Siciliæ gemẽtis ceruicibus gallicę seruitutis iugũ sũma cũ omniũ acclamatione deiecit. Quod ipsũ plane primus omniũ scripsit Ioãnes Florentinus, qui sicut eo tẽpore vitã vixit, ita & eius tẽporis cõscripsit historiã, a quo magna ex parte Petrus Villanus exscripsit suã. Vtriusquè eadẽ pænè verba. Sed cũ vterquè magnã faciat fidẽ, vtrũque exscribendũ operæpretiũ duxi, cum ex multiplici auctorũ grauissimorum consensione maiorem apud omnes vim, maiusquè pondus scriptor, quicumque sit is, merito sortiatur. Sic ergo Ioannes Florentinus. *Nell'anni di Cristo mille ducento, e ottantadue vn Lunedì di Pasqua di Resurrettione, che fù a di 30. di Marzo, come M. Giouanni da Procida hauea ordinato con tutti i Baroni, che teneano mano al trattato, furono nella* CITTA DI PALERMO, *a pasquare &c.* Et post paulo. *Il Re,* Carolus videlicet, *si partì con l'hoste sua, e con più di cento, e trenta tra Galee, e legni grossi, e partito da Brindesi giunse di rimpetto à Messina l'anno di Cristo* 1282. *a di sei di Luglio, e posesi a campo della parte verso tra Vermena, e Santa Maria di Rocca Maggiore, e poi se ne venne alle paleari, assai presso alla Città, e i Nauilij pose nel faro contro l'Porto, ed assaltatogli con più di cinque mila Caualieri, e popolo senza numero, e staua loro intorno. Ciò vedendo i Messinesi impaurirono forte, vedendosi abandonati da ogni salute, e la speranza del soccorso del Re di Roana pareua lor longa, e vana, si che mandarono loro ambasciadori nel campo al Re Carlo, e al Legato, pregandoli per Dio, che perdonassero loro, ed hauessero loro misericordia, e mandassero per la terra. Il Re insuperbì, e non gli volle torre a misericordia, ma disfidogli a morte come traditori della Chiesa, e della Corona, dicendo ch'eglino si difendessero, ne mai con patti venissero inanzi. I Messinesi vedendo la cruda risposta del Re, non seppero che si fare, e per quattro dì stettero in contesa di rendersi, ò di difendersi con paura assai. Auuenne che in questa stanza, il Re fece passare per lo Faro inanzi Messinesi il Conte di Breno, e quel di Belforte con ottocento Caualieri, e più pedoni, e* *Ioan. Florentin. Giorn. 24. Nou. prima.*

dalla parte di Messina mandò guastando il paese d'intorno; per la qual cosa certi di quelli di Messina vedendo ciò, vscirono fuori alla difesa, e quelli di Melazzo co loro insieme, e cominciata la battaglia, chi fuggiua verso Messina, e chi verso Melazzo, e correndo lor dietro entrarono con loro insieme in Melazzo, e presero il detto castello. Come i Messinesi hebbero di ciò la nouella mandarono nel campo il Legato, che per Dio venisse a Messina per acconciarli, ed accordarli; ed egli andò e presentò al comune di Messina la lettera del Papa. Et infra. *Per la qual cosa i Messinesi elessero trenta buoni huomini, c'hauessero a trattar questo accordo col Legato, i quali haueuano a volere questo patto, cioe chel Re li perdoni ogni ingiuria, ed ogni misfatto, ed*

" *essi gli renderebbono la terra dandogli ogn' anno quello che loro antichi da-*
" *uano al Re Guglielmo, e voleuano per Signoria Latini, e non Francesi, e sarebongli vbidienti e fedeli. Il Legato mandò questi patti al Re per lo suo Cameriero, pregandolo per Dio, che douesse lor perdonare, e prēdere i detti patti, perche incontanēte indurirebbono, e quanto più stesse peggiori patti haurebbe, e mādogli la lettera de Cittadini medesimi. Come il Re hebbe letta la lettera si adirò fortemente e sollenescamente disse. I nostri suggetti, e contrarij addimandano patti, e vogliono torre Signoria a lor modo? ma da che al Legato piace, io perdonarò loro in questo modo, che cio voglio da loro ottocento stadichi, de quali io voglio far la mia volontà tenendoui dentro*
" *quella Signoria, che a me piacerà si come lor Signore,* PAGANDO QVELLE COLTE, CHE SONO VSATI DI PAGARE, *e se vogliono questo, io perdono loro, se non si difendano*, hactenus ille.

Stet igitur ab Sicula Gallorum tempore libertate agnosci, coliquè Panormitanam sospitatricem vrbem, quæ sicut regni caput, ac parens est, ita & Vrbium quasi filiarum suarum miserta volens, ac lubens ad arma deuenit, vt strictis mucronibus ceteris exemplo, vt dignitate omnes anteiret, Gallorumq; sanguinem sine vlla commiseratione diffunderet, atq; Honoris immortalitati Gallicam hanc hostiam decoram satis, & gratam immolaret.

Sed nimiū sanè digrediētē res ipsa mihi initio proposita me reuocat. Si ergo Vrbi Panormo, adepta iam sibi, ceterisque regni Ciuitatibus libertate, eam retinere non arrisit, sed summa cum prudentia, consilio, ac ratione suauissimo Aragoniorū Regū imperio subijcere sese, ac ceteras suo itidē exēplo edocere, vt Matrē æquo animo imitarētur; tunc certè Panormi dignitas, atq; auctoritas nō cecidit; sed ita Aragonēses Reges, eorūquè posteros omnes ea sibi perpetuo amore deuinxit, vt ij non modo antiquā Prætoris, qui ciuilis magistratus caput est, qui vel a Normandis Regibus Baiulus appellabatur, vrbi Panormitanæ gloriam pari cum voluntate contulerint,

rint, sed etiam Primariȩ Vrbis vrbium Siciliensium nomine exornarint. Extant Regiæ Alphonsi Regis literæ Neap. datæ xiv. Iun. M. CCC. XXXXV. In quibus hæc inter cetera. *Attendentes ad nostram felicem Vrbem Panormi, quam vnam vltra Farum habemus* PRIMARIAM. Præterquam quod eorum Regum animos, qui tam singulare, ac tantum tanti amoris argumentum cũ secum animo cogitarẽt, viderentq; ab vna panormitana vrbe tantũ exemplũ fuisse profectũ, ita permouit, ita pellexit, vt S.P.Q. Panormitanũ perpetuis beneficijs affecerint, donis, quibus hodierna luce perfruitur, cumularint, ac singularẽ Senatus gloriã nõ ademerint: Quo quidẽ Senatus nomine tã absentibus, quã pręsentibus itidẽ Regibus sic vsa Panormus vna est, vt nõ in vexillis modo hosce characteres grandioribus exaratos literis inscripserit S.P.Q. P. quod perinde sonat, ac Senatus, Populusq*ue* Panormitanus, sed in publicis et inscriptionibus, cũ videlicet Reges, Reginas, Imperatores, Proreges, ac *P*ræsules sinu *Pa*normus excepit suo, hoc nomẽ apponit. Quod planè cũ Carolus V. Imperator Max. ex Africa ad *P*anormũ vrbẽ triũphator accederet, atq; in Vrbe huiuscemodi characteres inspiceret, antiquũ Senatus institutũ tacita quadã approbatione laudauit. Neque id vnquam ab Carolo Romanorũ Imperatore, ac Siciliæ Rege inhibitũ est nomẽ, imo vero, vt ex Brancio infra, ad panormitanos cũ nonnihil literarũ daret, S.P.Q.P. nomẽ vsurpauit. Tacitæ Imperatoris approbationi, consensuiq; Ioannis Vegæ Proregis cõsensus accedit, qui cũ publicæ portæ, quæ generatim ex Græcis nomẽ traxit, illud elogiũ debellatæ, deuictęque Africę monumẽtũ affixisset, tantã panormitanæ vrbi gloriã non ademit. Si hæc intra panormitanos limites versarẽtur, id volens, ac lubens omitterẽ, cũ vnicuique sit peruiũ, sed vt omnibus, qui in orbis terræ partibus vitã viuunt, innotescat, appono; videantq; an dictis facta respondeant nec ne?

D. Carolo Quinto Imperatore Siciliæ.
A. D. M. D. L V I.
Quarto bello punico deuicta Vrbe Africa ob optimo Duce Vega, funditusquè deleta, delatisquè foribus, superatæ totius Africanæ regionis præcipuæ Ciuitatis SENATVS, POPVLVSQVE PANORMITANVS ad inimicorũ dedecus, virtutis gloriã, ac sæculorũ memoriã prodẽdã collati beneficij illas hoc in publico stabiliri decreuit.

Possem hic plura varijs temporibus elogia vel parietibus affixa, vel characteribus expressa percẽsere numerãdo, quæ quidẽ panormũ Vrbe Senatus gloria florentẽ exornant, ac felicioribus auspicijs illu-

illustrant. Eorum non pauca superiori libro ex occasione laudauimus, ea repetere superuacaneum ducimus, sicut & superuacaneum est in medium afferre scriptores, qui in historijs conscribendis Panormitanum magistratum Senatus nomine decorarunt. Præ omnibus satis vnus sit Fazelus qui posterioris Decadis lib. vltimo hæc habet. *Dum hæc Hugo parat* (Panormi videlicet) *Hieronymus Veronensis cognomento Barbatus Heremitani ordinis, qui in æde D. Francisci ad* SENATVM, *&* POPVLVM *quadragesimali, quod tunc currebat tempore conciones habebat &c.* Et post paulo. *Dum hæc per Siciliam fiunt, Panormi facinorosi homines impune tota vrbe debacchantes per domos excurrunt, cuncta diripiunt. Quo viso primores vrbis legatos ad Comites, qui non longè inde aberant, mittunt, eos, ne vrbem Regiam in præceps ire sinant, precantur. Aliquandiu inter Proceres ad Thermas Himerenses disceptatum est, succurrendum ne foret Panormitanæ Vrbi, an non. & licet plurium* SENATVI *suo relinquendam esse Panormum mens esset, Petri tamen Cardonij Golisani Comitis sententia praualuit. qui ne regia vrbs perditorum hominum conspiratione in defectionem Regis in totius Insulæ dedecus rueret, statim succurrendum illi esse in summo rerum discrimine constitutæ, & seruandam Regi decreuit*: hæc ille. lege Faz. tam hoc libro, quam Prioris Decadis octauo. In vtroque plura ad rem.

Sed hæc omittamus. quæ dicta sunt hactenus, indicta sint. Illud vnum te monitum volo, quod & ad institutum, & ad Panormitanæ Reip. gloriam amplificandam maximè facit. Alphonsus videlicet Ferdinandi filius natu maior, qui Magnanimi nomen sortitus est, 1416. regni gubernacula tractanda cum susceperet, Ioanni Fratri prouinciam administrandam tradidit, qui, Mamertinis efflagitantibus, vt Messanam tum ad tumultus compescendos, cum ad leuandam rei frumentariæ charitatem tandem aliquando concederet, Messanam cooptato primum regio consilio, Panormitano Archiepiscopo votis obsecundante, ac SENATV annuente se contulit. Sic .n. scriptum lego in Regio tabulario.

Die 24. Ianuarij 11. Indict. vota super suplicatione, & literis Messanæ lectis in Concilio.


Reuerendus Archiepiscopus Panormitanus est in voto, quod Curia omnino recedat ab hac vrbe, & conferat se Messanam. Do. SENATVS *Panormi est voto, prout Archiepiscopus, dummodo se in breues dies expediat.* Hactenus illud, & nos cum illo hactenus.

CA-

CAPVT VIII.

Hoc Senatus nomen nequè superbum quid sonat, nequè tantæ gloriæ altitudo cuipiam officit.





ET quidem hoc Senatus nomen sicuti suapte natura gloriosum, ita & dignum veneratione, cultuquè existimandum, ac Panormus haud exiguis afficienda, quæ id vsurpat, honoribus, cum id in eam maximè cadat. Et quamuis tanti nominis prærogatiua multum Panormitanæ Vrbi laudis arroget, nihil tamen ceteris derogat, cum in eo certe nulla vel ambitionis, vel faustus vmbra delitescat; ac digna proin Panormus habeatur, quæ non ex Rerum publ. coronis explodatur, sed quæ mirumquantum omnium prædicatione laudetur. Quidnam sibi velit hoc Senatus nomen iam diximus cap. primo, quod certè nihil aliud sonat, quam prudentum hominum, senumquè cætum, qui publicis, priuatisq; rebus sic prospiciat, vt omnium vtilitati quam celerrimè consulatur. Quare Senatus Panormitanus cum sit itidem & prudentiorum, & Seniorum hominum cætus, hæc illi prouincia incumbit, vt rebus publicis consulat, easq; secundum Regis voluntatem iubentis, nedum annuentis administret. In quo quidem obeundo munere nequè ambitio, nequè animi elatio vlla est, cum hæc in ijs iussa capessentibus nullo modo reperiantur. Vt ex his illud apertè inferatur, quod huiuscemodi nomen quid altum non sapit, cum ipsamet vox, ac ipsemet vocis sonus quid demissum sonet. Nam si hoc nescio quid elationis oleret, non certè Sancti Patres nostrum omnium Duces, ac Præceptores, qui res omnes Ecclesiasticas tenui nomine (in animi .n. demissione, vt ex D. Augustino habetur, Romana Ecclesia in sui ipsius enascentis exordio constituta) appellarunt, hoc nomen vsurpassent, idque eminentissimo Purpuratorum Patrum cætui indidissent, qui vna cum Pont. Opt. Max. in rebus fidei decernendis in vnum locum cooptatur, ex quo tamquam ex vero veræ christianæ fidei capite prudentissimæ consultationes, sanctissima decreta, ac diuina oracula proficiscuntur. Quare si id aut ambitiosum, aut superbum quid saperet, nulla ratione id tamquam ab eorũ instituto dissonum vel imposuissent, vel probassent.

ser. 10. de uerbis Domini.

Ne-

Neque profecto hoc nomen cuipiam officit, cum id a Senio

A senibus nomen mite Senatus habet

oriatur. In consilijs autem ferendis nulla plane ætas senectute est
Polit.7. aptior; *potentia .n. est*, ait Aristoteles, *in iunioribus*, *prudentia in Senioribus*. *Quam speciosum*, inquit Eccles. *caniciei iudicium*. *Quam spe-*
Eccl. 25. *tiosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium. Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei*. Ergo si nomen ipsu senectutis tanta dignitas, honosque consequitur, nemo quidem esse debet, qui hoc Senatus nomine iure lædatur.

Nec plane video, quid causæ sit, cur aliquot Siciliæ Ciuitates adeo hoc nomine moueantur, cum sint & sociæ, & societatis fædere coniunctæ; quique honos, qui alteri conceditur, iure societatis alteri concessus esse videatur. Nisi forte hisce rationibus moueantur, vel quod panormitanæ vrbis dignitatis inuidæ

Hor. *Inuidia Siculi non inuenere Tyranni*
Tormentum maius.

Panormum odio prosequantur; vel quod sibi persuadeant hoc ipso nomine imperij dignitatem, gloriamque seruari, qua ceteris præsit; qua omnes moderetur, ac regat; qui dumtaxat honos, præceptrice natura, tribuendus est senibus. Seniorum .n. nomenclatura non tam ætatis, quam dignitatis est; *Coram cano capite* leges
Leu.x. Leu.x. *consurge*, *& honora personam Senis*. Et apud Phocilidem hæc

Phocil. *Venerare cana tempora habentes, cede senibus*.

Et apud Ouid. Fast. 5.

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.

" Eos adolescentes arguit, qui moribus corrupti non senes venerantur, ac eos aurei sæculi adolescentes faciliores moribus colerent.

Huc accedit, quod si hoc senatoriæ panormitanæ dignitatis nomen quoquomodo molestum, ac odiosum videretur; enim vero M. T.Ci-

T. Cicero singularis sapientiæ, ac prudentia vir, cum Romæ contra Verrem Siciliæ depopulatorem verba faceret, ante ipsum Senatum P.Q.R. non id dicendi genus vsurpasset. *Etiam illud præteribo quotiescumquè Panormũ veneris illo anno, & sex mensibus (nam tandiu fuit in carcere Apollonius) toties ad te* SENATVM PANORMITANVM *adisse suplicem cum Magistratibus, Sacerdotibusque publicis &c.* hæc.n. summa auctoritas, summaquè dignitas, si res ita se haberet, non modo visa Senatui propriæ auctoritati, ac dignitati opposita fuisset, sed mirumquantum etiam de eius auctoritate, atquè dignitate detrahere. Quod vel eo quidem argumento liquet satis, Martius.n. totius Equitatus in Hispania Dux, cum Romano Ciue dignum facinus edidisset, dedissetque ad S.P. Q.R. literas se ab exercitu Ducis nomine delectum, responsionem a Senatu accepit Romæ a populo solere, non ab exercitu in castris creari magistratus; iniquo.n. animo Senatus tulit eo Martium nomine decorari, quod non parum Senatoriæ dignitati, auctoritatiquè officere videretur. Sed ecce tibi Valerij verba. *l. Marius Trib. militum, cum reliquias duorum exercituum Publij, & Cnei Scipionum, quos arma punica in Hispania absumpserant, dispersas mira virtute collegisset, earumquè suffragijs Dux esset creatus, Senatui de rebus actis a se scribens, in hunc modum orsus est. l. M. Propratore, cuius honoris vsurpatione vti eum Patribus C. non placuit, quia Duces a populo, non a militibus solerent creari.* &c. Hæc ille.


Cic. in Ver. lib. v.

Val. Max. cap. 2. de disciplina milit.

Iam si hoc ipsum nomen, vt ad institutum redeamus, aut odiosum foret, aut alteri noceret, certè Heliogabalus, quamuis Imperator, Fæminarum, Matronarumq; cætum nescio quem, S. P. Q. R. audiente, non appellasset Senatum, seu rectius Senatulum, cum planè alio eum nomine posset appellare. Nemini .n. hanc mulierum manum Senatus nomine collustrando, quam sibimet ipsi demens offecit; quin nullius iudicij, nulliusquè sapientiæ hominem se præbuit, qui ante tot Sapientissimos Consiliarios suos tam graui, dignoque Senatus nomine nullius experientiæ, nulliusquè pænè prudentiæ muliebrem sexum sibi appellandum putauit.

CAP. IX.

Etiamsi hæc Panormitani Senatus dignitas videatur quoquomodo ceteris officere, cum tamen ea sit Panormitanæ Vrbi iure collata, iure ab vnoquoquè concedenda.



AGe iam, demus aliquando, quod dãdum omnino non est, vt supra probatum satis, hoc Senatus nomen esse quoquomodo ceteris molestum, & graue; nemo tamen est, qui de panormitana vrbe queri merito possit eam in dandis literis Senatus nomen inscribere; sed is pati æquo animo deberet, vt Resp. Panormitana liberius eo nomine vteretur; cum id non modo ab Regibus Siciliam administrantibus tacita quadam voluntate concessum, sed sua sibi etiã virtute, ac liberalitate comparatum. Sicut.n. Vrbs Panormus inter ceteras Siciliæ Ciuitates merito Princeps, & caput est, vt ex Regũ, Imperatorumque characteribus habetur, ita etiam semper studuit non Reges solum omnes, quibus se peculiari quodam fidei amore deuinxit, sed Hispaniarum, ac Siciliæ Reges augustissimos maximè studuit & amplioribus donis cumulare; & quandoque necessitate compulsos ita iuuare, præuenire, vt ex singularis muneris magnitudine singularis panormitani obsequij, fideiquè magnitudo Reges non lateret. Quod inde liquet (neque .n. hoc Panormus profert, vt collatum munus inflatis buccis gloriabunda omnino vel prædicet, vel iactet, cuius memoria sic in Regis optimi grato animo penitus insedit, vt nulla vnquam possit temporis diuturnitate diuelli) satis .n. superquè constat in communi illo, postremoquè contra infensissimos Christianæ Reip. hostes Christianorum Principum fædere inter se, ac sancta, voluntariaquè societate conflata binas triremes a Panormitana Rep. ita comparatas, vt nihil planè in ijs, quod ad bellum esset ineundum vel opportunum, vel necessarium, desideraretur. quas deinde hæc eadem Panormitana Resp. societate iam, & coniunctione dirempta multo temporis spatio splendidè semper, ac magnificè sic aluit, vt adiecta hisce altera Regem benemerentissimum summa cum voluntatis significatione donarit. Sileo grande numeratæ pecuniæ pondus oblatum post, ac datum Regi.

ta-


taceo omnia subsidiorum genera in grauissimo Lusitaniȩ bello suppeditata; omitto reliqua, ne multus sim, cum recensere posset huius generis multa quauis tempestate Resp. Panormitana numerando. hæc. n. & Sicilia non ignorat, & fateri non erubescit Hispania. Quare M. Antonius Columna singulari prudentia insignis Prorex, vt Regum vestigijs insisteret imitando, maioribus afficiendam præmijs Panormum putauit, cum maiora Panormo dumtaxat vni, quam ceteris omnibus Siciliæ Ciuitatibus ex maiori in Regem beneficẽtia deberentur; in Panormitanæ vrbis theatro signum sustulit ad bene semper de Regum liberalitate sperandum, regiæ liberalitatis & monumentum, & argumentum. Ab eo itaquè Panormo iure facultas facta, vt in epistolis conscribendis subscripto Senatus nomine mitterentur, quod sicut & suum semper fuit, ita & sibi in posterum ex nouo priuilegio seruaretur. Quod plane nomen quamuis Panormitanȩ Vrbi, M. Antonio Columna annuente, gloriosum, ceteris tamen inuidiosum esse non debet, cum id ne tantillum quidem officiat ceteris. Quod si hæc dignitatum omnium vel summa, vel non postrema videatur, Regiæ vrbi debetur; quæ sicuti & a Normandis Regibus aucta, & a Pontificibus illustrata, & a natura singularibus ditata priuilegijs, ita & singulare nescio quid ab Hispaniarum Monarchis iure concedendum videtur; omnesquè regni Ciuitates ad tantæ vrbis gloriam, ad Imperatorum propensam voluntatem, & ad Regum nostrorum beneuolentiam attendentes hoc singulare Senatus nomen ferre non iniquo animo deberent. Regum amantes Vrbes Regum decretis, sanctionibusque student conformare sese, Maximè verò cum Siciliæ Ciuitates non lateat Panormum, VRBEM REGIAM, SICILIAE PRIMARIAM, PRIMAM, MERITO PRINCIPALEM, VRBIVM METROPOLIM, MATREM ab Regum diplomatibus iam superiore libro sparsim, passimquè laudatis, ac infra laudandis appellari. Itaque vt hæc nominum varietas, ac multitudo nihil ciuitatibus demit, ita nihil itidem his Senatus nomen & demit, cuius planè vnius vrbis dignitas de ceterarum dignitate non modo non derogat, sed & etiam, quod caput est, mirumquantum amplificat. Pulchritudo capitis est totius corporis ornamentum. Oculis considerandum obijcitur caput, nõ pes, aut manus. Prudentes viri non ex quauis corporis parte, sed ex capitis pulchritudine corporis pulchritudinem metiuntur.

In constit. facta anno 1580.

CAPVT X.

Senatoriæ dignitatis nomine iure Panormus exornanda; cum veram Reip. Romanæ præseferat imaginem ab ea Regum tempestate seruatam.





Anormus etiamsi nullis quod esto, promeritis, nulla Principum auctoritate, nulla antiqua, veteriquè consuetudine Senatorium hoc sibi nomen vsurpet, cum tamen formam quamdam Romæ præferat in sua origine constitutam; digna planè est, quæ magistratum suum Regij Romani Senatus imaginem haud obscurè exhibentem nomine Senatus exornet, ac Senatus nomine perfruatur. Et quidem sicuti Romana Resp. omnem pænè terrarum orbem omni virtutum genere qua literis, qua armis, qua rebus præclarè gestis impleuit, ita, quæ Vrbs a recto virtutis curriculo non diuertere secum animo cogitat, eius inhærere vestigijs obnitatur. Vt itaque hæc propositio & luculenter probetur, & satis apertè proponatur; aduertas velim Populum omnem Panormitanum in quattuor vrbis regiones, partesquè ex optima vrbis constitutione, ac distributione partiri. Altera, Vrbs antiqua, ac noua; Altera Regio, Transpepiritana tertia, demum quarta Maritima appellatur. quod itidem & Populus Romanus habuit, quem licet in Tribus primum Romulus segregasset, dein tamen Seruius Tullius in quattuor partes, quas Romani regiones appellauere, seiunxit.

Hæc regionum varietas Panormi partim in viris clàro loco, partim in obscuro natis continetur. Illi generatim ciuiles res satagunt, hi partim intus in exercendis varijs artibus, partim in agricultura colenda, quæ licet abhorreat ab omni politiori elegantia, nihil tamen, ait Tullius, ea melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius, partim deniquè in capiendis piscibus, texendisquè retibus versantur. quæ partitio ab illa certè non dissidet, quæ ex Romulo facta est. Hic enim Populum Romanum in duplicem classem, in nobiles scilicet, atque ignobiles, Patres illos, Plebæios istos appellauit.

De off. lege Liuium, qui de his sparsim.

Viri panormitani nobiles in duas itidem alias partes diuiduntur. Altera

Altera in summo magistratu continetur, qui Prætorem, ac Senatores, qui Panormitanæ Reip. rebus publicis pariter prospiciunt, eãdemquè pariter iuxta leges sibi præscriptas sapienter, prudenterquè administrant, complectitur. In ijs altera, qui primis, dignissimisquè militiæ muneribus, ingruente belli tempestate funguntur. Quæ plane distinctio illi dissimilis haud est, quam Romulus inuenit, atque in vrbem inuexit; Maturioris .n. ætatis viros centum sapientissimè delegit, quorum aliqui consultationibus præsiderent, aliqui vero Reip. prouiderent. Ex iuuenibus vero strenuis, ac nauis trecentum, vt militiæ præessent, atq; hostem decertando distinerent. Ex quibus plane binis partitionibus iam expositis, ex altera videlicet in nobiles, & ignobiles, ex altera vero in nobiles dumtaxat, vel qui Remp. regunt, vel qui lege agunt, vel qui pro communi salute arma capiunt; triplex ordo ille Panormi constitutus. Senatorius, Equester, Plebæius. in quem etiam Romulus Romam, vt ex multorum scriptorum constat auctoritate, seiunxit.

Atquè vt de hoc Senatorio ordine pauca dicamus satis constat Panormum in eligendis Senatoribus imaginem quamdam, quam Romulus in eligendis centum primis consultoribus seruauit suis, præferre; Inprimis.n. Prætor ita se habet, ac is, qui primus omnium electus a Romulo caput omnium habebatur; cùm Prætor propriè, ac verè Panormitani Senatus caput sit, ac Princeps. Vnusquisq; verò Senatorum, qui seni numerantur, ab vnaquaquè regione iubetur, si tamen in antiqua temporum spatia, vt infra, oculos conuerteris; quiq; hodierna luce Iurati Patres appellantur. Patres, inquam, vt vrbi consulant, vt rebus publicis prospiciant, vt Remp. curent; quod ab ijs centum Patribus ab Romulo constitutis desumptum nomen; quibus hæc imminebat cura, singulari scilicet studio prouidere Reipublicæ. Iurati vero vel ea quidem ratione dicuntur; Sacramento enim obstringunt sese Remp. summo iure, summaquè integritate procurandi, eaq; munera, quæ ad vnumquemquè spectant, diligenter obeundi.

Ceterum nihil interest centeni ne sint, vt illi Romæ Patres, an septeni; cum certè non in Senatorum multitudine, sed in potestate Panormitani Senatus contineatur auctoritas. quod inde demonstratur; sicut enim Romanus Senatus cum centenorum Senatorum numerum excederet aliquando, non plus auctoritatis haberet, quam cum numerum a Romulo constitutum

attingeret; ita cum Senatus Panormitanus licet ex ſeptem dumtaxat Patritijs viris conſtet, tantam tamen habet auctoritatem, quantam planè ſi ex centeno hominum numero conflaretur.

Quod ſi quandoque Senatores aliquot ætate florentes in Reip. puppi ſedere, & clauum regere videamus, qui proinde Senatorio nomine digni cenſendi non ſint; non eſt, cur hac difficultate ne tantillum quidem moueamur, cum ſemper in Senatoribus non grauis ætas, ſed prudentia, ac ætatis maturitas requiratur, quæ in iuuenibus præcipuo quodam naturæ beneficio quandoquè ſuſpicitur, quę aliquando non aſpicitur in ſenibus. Ad rem vero rectè S. Bernardus. *Multos*, ait, *videmus iuniorum ſuper ſenes intendere, moribus dies, antiquorum tempora præuenire meritis, & quod deeſt ætati virtutibus compenſare, quia iuxta Apoſtolum, ne quis contemnat adoleſcentiam bonæ indolis, Senectus venerabilis non eſt numero annorum, ſed magis merito morum computata.* Hæc ille. Et de Hierone Syracuſanorum Rege adhuc adoleſcente ſic loquitur Polybius. *Non multo*, inquit, *ante tempore, Syracuſanorum copiæ circa Marganam degentes cum inter ſe, atque eos, qui ciuitati præerant, orta ſeditio eſſet, duces ſibi creauere Artemidorum, & eum, qui poſtea Syracuſanorum Rex fuit, Hieronem admodum quidem Adoleſcentem, ſed ita vniuerſis naturæ, atque ingenij dotibus ornatum, vt nihil ipſi regium, præter regnum, deeſſe videretur.* Hactenus Polybius. Ea itaque in huiuſcemodi Senatoribus virtutum ratio ſupponitur, cum hoſce in tanti magiſtratus apice collocatos a Rege contemplemur; qui planè mos a Romanis non abhorruit, cum Patritij iuuenes, antequam annos Senatoriæ ætati conſtitutos attingerent, Senatores, lege diſponente, crearentur. Vſu vero a Panormitanis receptum omnino eſt, vt ſcil. ab exteris aliquando nobilitate præſtantibus viris, qui matrimonium cum panormitana muliere contraxerunt, Senatorum numerus conflaretur; ſicut itidem & certum eſt plures ex Sabinis nobiles viros in Patrum Conſcriptorum album a Romulo fuiſſe relatos.

S. Bernar. in Epiſ. ad Theobald. militem.

lib. p.

Iam in Senatores aliquando eliguntur ex inferiori ordine nonnulli, qui virtute Duce, & Comite fortuna ad gradum nobilitatis euecti nobilitate perfruuntur; Panormus ſcilicet Romam imitata, quæ quidem eos Senatores, qui vocabantur adſcripti, crearet.

Et ex his illud apertè conficitur, quod ſicut & Romæ, ita & Panormi triplex ſenatorium genus, Patritiorum ſcil. Nobilium, ac Nouorum reperitur. Et Patritius quidem ordo propriè is eſt, qui non Auorum modo, ſed longam etiam, auitamquè maiorum ſeriem poteſt vniuſcuiuſquè oculis proponere, qui vel Prætoris, vel

Præ-

Præfecti vrbis munus obierunt; quæ quidem duplex illius Romani magiſtratus dignitati dignitas non diſſimilis, qui Curulis dicebatur.

Nobilium verò, qui licet in optimatum numerum cooptati, ſint nonnullorum inſignes nobilitate maiorum, atquè in eorumdem luce verſentur; nunquam tamen ij ſunt vel Prætoris, vel Præfecti dignitatem aſſecuti.

Noui denique Senatores ij appellantur, qui quidem inter ſuos omnes ex inferioris ordinis, vt ita dicam, tenebris in Senatoriæ dignitatis lucem euocantur; ijſquè non dicendi diſſimiles, a quibus Romæ ex equeſtri in Senatorium ordinem factus eſt gradus.

Verum illud hoc loco inficias ire non poſſum hodierna luce Panormi tam Patritios, quam nobiles viros communi quodam vocabulo contineri, quemadmodum & Romæ Patritios, nobileſque id temporis ſub eiuſdem nominis appellatione verſari. maxime vero ſi attentè contemplemur hiſtorias, in quibus auctores vel nominum naturam, vel ſcribendi leges quandoquè non ſequuntur; itàque Patritiæ familiæ eæ quidem impermixto nomine dicuntur omnes, a quibus Senator originem ducit ſuam. at ex hoc albo eas prudens lector expungas velim, quæ noua noui Senatoris dignitate perfruuntur. Eæ.n. hoc nomine contineri non poſſunt, omneſque, qui conſequuntur, liberi, noui ſemper Senatores appellandi.

Equeſter, ſiue Equitum ordo in tres partes iure diuiditur. Eorum altera qui ex honeſtis orti parentibus, ſemperquè honeſtiſſimorum hominum mores, legeſquè ſectata, ijque Romano ordini dicendi perſimiles, qui Romulo iam demortuo, lege cenſus ex plebeio ad equeſtris ordinis dignitatem aſcenderent.

Altera vero, qui licet ſuapte natura ſint nobilitate præclari, qui (non propriè, ſed vt iuxta communem viuendi conſuetudinem loquamur) longa maiorum ſerie poſſunt familiæ ſtemmata præferre, cumquè Senatores non ſint (eorum.n. definitus eſt numerus) in hoc deſignato, deſcriptoquè ordine verſantur, eorumq; Romanorum Equitum oſtentant imaginem, qui dum ad ætatem Senatore viro dignam non peruenientes in Senatorum album a Cenſore non referebantur, Equites dumtaxat a Romanis haberentur.

Tertia demum eorum eſt, qui auita nobilitate maiorum vel popularium dominatores, vel titulis inſignes, vel ſummorum magiſtratuum tam ad ciuilem, quam ad rem militarem ſpectantium adminiſtratione præclari ſuſpiciuntur, cuilibet Panormitano Senatori ob vnum nominis titulum dignitate antecellũt; cum ij Senatoribus illu-

illuſtriores, non Prætore, qui dumtaxat vnus inter Senatores ILLVSTRIS, ijquè proin Illuſtris, ceteris vero Senatoribus SPECTABILIS nomen adſcribitur. Quare hoc Panormitanorum Equitum genus ab ijs nobiliſſimis viris ferè non diſtat, ex quibus honeſtiſſimus, Græcis imperantibus, Patritiorum ordo confectus, in quo dumtaxat continebantur ij, qui inter Iuratos Patres & clariores, & digniores haberentur. Equites itaque ij ſunt, qui in honeſtorum ciuium luce verſantes generatim Equites appellantur, ac ij ea tempeſtate Patritij dicerentur, qui ob tantam, ac tam ſingularem gloriam militarem ornatum, cingulum videlicet, veræ nobilitatis notam ſumma cum ſui nominis dignitate præferrent.

Plebæius denique ordo in varias artium officinas diſtribuitur; qui cum hodierna luce vel ad ciuium elegantiam, vel ad vrbis ornamentum, vel ad honeſtarum artium ſtudium ſic operam nauat, vt in conflatis operibus mirum ingenij acumen, ſumma iudicij norma, & opus Cæli ſingulare videatur. Hac itaquè ratione, cum ad eum ſemper fiat & vbiquè mirus Equitum, omniumque concurſus; huiuſcemodi ordo & vrbanus, & frequens, & diues, cui ſimilem certe Sicilia vniuerſa nō agnoſcit, ab vnoquoq;, qui Panormo non inuidet, non detrahit, vel ſuſpicitur, & prædicatur.

Horum itaquè trium Populi panormitani ordinum munera cum eorum ordinum muneribus a Romulo adſcriptis ita conueniunt, vt qui hoſce Panormi ordines contempletur, ſe Romæ, regnante Romulo, verſari fateatur.

Hoc demonſtrandum breuiter, ac deinceps eſt. Scias velim Panormitani Senatorij ordinis munus veram quamdam Romani Senatus ſpeciem præferre, cum a Regibus Vrbs Roma, ſicut & hoc tempore Panormus eſt, regeretur.

Et quidem vt a Prætore, qui, vt ſupra iam, totius Senatus caput eſt, exordiamur; Prætor.n. ab vrbe iam diſtante Prorege, tantum certè ſortitur auctoritatis, quanta profectò Prorex ex regia ſibi collata auctoritate perfungitur; ſicut & centum Patrum princeps, & caput, cum Romæ Rex deſideraretur, vicem Regis impleret. Atque ne ſingula percenſeamus numerando, Prætor, ac Iurati PP. sūt veri Patriæ Patres, conſultores, populi propugnatores, rerumquè omnium ciuilium adminiſtratores, vt itidem eo tempore centum Romæ Patres hoc multiplici nomine dicerentur.

Panormitanorum Equitum munus eſt, cum tempus monet, ſeſe armis inſtruere, gladios ſtringere, clypeos hoſtibus obijcere, ac Patriam ab omni hoſtium excurſione defendere. Ea tamen lege, vt

No-

Nobiles minora Reip. obeant munia, Illustres vero illustrioribus, maioribusquè fungantur. Quæ quidem ratio ab Romanis Equitibus remota non est, cum eorum nonnulli ad Regem seruandum, nonnulli ad vrbem defendendam, nonnulli demum ad tuendos fines sub Curionum, Tribunorumquè potestate die, noctuq; inuigilarent.

Plebæi ordinis est obtemperare magistratui, conuocatumquè plerisquè in rebus ad commune bonum spectantibus suam ferre sententiam. Quod Romanis Comitijs affine, in quibus plebeus quiuis, quidnam ipse sentiret, liberius posset aperire. Si quid itaque Panormi, plebe non suffragante, Senatus decernit, id certè tantum habet virium, quantum etiam ea omnia, quæ, si Populus Romanus communi ferè conspiratione non probaret, ex Senatus decreto firmarentur.


In hisce ergo tribus ordinibus tota Reip. Panormitanæ forma constituta est, quæ cum antiquis Romæ ordinibus miram quamdam habere videtur affinitatem. Vt inde luculenter existat in Panormum vrbem iure Senatus nomen cadere, ac tanta Senatus gloria insigniri; maxime vero, vt postremo libro dicetur, in Sicilia vniuersa non modo Panormus vnica Reges Siculos Regum infulis exornauit, sed etiam & a Regibus prima, ac vera Siculorum Regum sedes constituta, declarata, propugnata. Qua planè dignitate Roma, cum sub Regum ditione versaretur, destituta non fuit. Quod si demum Vrbs Panormitana, Regibus volentibus cum sit & corona Regis, & Regni caput iure constituta, vt itidem regni latij Roma caput, ac princeps, ipsoque stemmate, quod præfert Roma, glorietur, ipsa Senatus dignitate glorietur est necesse.

At inquies nulla plane Ciuitas nobilis in toto Siciliæ regno est, quæ hanc administrandi rationem non vsurpet. Quare si hac peculiari de causa Senatus nomine Panormus illustranda, nihil prohibet, quo minus hæ eædem non sint eadem gloria exornādæ? Quod si hoc commune cum ceteris argumentum est nihil certè pro Panormo Vrbe confectum est hactenus. At non est, cur ab hac nostra scribendi ratione moueamur. Nihil habet hæc laboris difficultas. futilis argumentatio. Nam (præterquam quod meum hoc postremum x. capitis dicendi genus orationem auget, ac exteris gentibus, atquè nationibus certum, quo vtitur Panormitana Resp. proponit modum, & Panormitanæ vrbis consequentibus posteris, quod caput est, munit viam ad isthæc omnia de patria vrbe cognoscenda) merito Panormus Senatoria dignitate gloriatur; hæc enim

vna inter ſiculas omnes Ciuitates præcipuis quibuſdam prærogatiuis, ac titulis euecta floreſcit; hæc vna id temporis regio honore Reges affecit; hæc vna Regum ſedes conſona Regum voluntate nuncupata; hæc vna Regni caput, Regina, vrbiumque Mater omnium characteribus dicta; hęc demum vna dumtaxat Vrbs totius Siciliæ Primaria, ac merito Principalis, vt cũ Rege Frederico loquar, appellata eſt. Quid ergo per Dei, Hominumque fidem impedit, quo minus aſſeramus, quod ſicut hæc omnia a Regibus veræ gloriæ inſignia vni Panormitanæ tantum Vrbi conceduntur, vni itidem tantum Panormitanæ Vrbi hoc Senatus nomen ab omnibus non concedi oportere? conceditur a S. P. Q. R. conceditur a Regibus, conceditur ab Imperatoribus, conceditur a Pontificibus, a ceteris Siciliæ Ciuitatibus æquo animo non concedatur? cum ſicut ex Panormitanæ Reip. felicitate ceterarum omnium oritur felicitas, ita & ab hac vnius Panormitanæ Reip. dignitate earumdem dignitas non defloreſcat. cum ceteris volens, lubenſquè vna Panormus gloriam communicat ſuam. CAPVT eſt, cum membris bona partitur. REGINA eſt, ſubiectos iuuat. MATER eſt, liberis nihil ſibi denegandum putat.

CAPVT XI.

Quod ab Imperatoribus hoc ſingulare Senatus beneficium Panormitanæ Reip. collatum.



MATER optima quandoquè optimos non ſortitur liberos. & licet perſæpe dictum illud Lyrici ſua veritate non careat,

Hor. 4. Car. 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in iuuenis, eſt in Equis Patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam.

perſæpe tamen id, quod obſeruatum ab antiquis fuit, Præſtantium

ſcilicet virorum filios multum a progenitoribus degenerare, veriſſimum eſt. Quare Demoſthenes ab Ariſtide in Cemone laudatus dixit, τῶν ἀγαθῶν, ὥσπερεἰ μαντικὴ νη εἴη, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱεῖς. quod idem ſonat, ac. A viris egregijs, perinde quaſi fato quodam id accidat improbos proficiſci filios. Adeo hac miſerrima, luctuoſaquè tempeſtate deprauati ſunt mores, vt in prouerbium abierit: Ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos procreari liberos. Hac de re ſcatent libri. non eſt, cur in medium exempla proferamus. lege Baptiſtam Fulgoſum lib. v. cap. v. de dictis, factiſque memorabilibus. Conſule & Valerium Maximũ. Quod degener filiorũ genus a D. Chryſoſ. naturæ monſtrum appellatur. *Vt regula*, inquit ille, *eſt humanæ naturæ, vt omnis homo naſcatur duos oculos habens & quinos digitos; aliquando tamen vt manifeſtentur opera Dei, naſcitur homo aut ſex digitos habens, aut oculos omnino non habens; ſic & homo extra regulam naturæ procedit, vt diſſimilis naſcatur filius parentibus*. hæc Chryſoſtomus. *In Matt. 23. ho. 45.*

Sed quorſum hæc. angor .n. animo, ac vehementer angor Panormum parentem optimam optimæ prolis genus non ſortitam fuiſſe. Vrbium Sicilienſium Mater Panormus eſt. Si deſiderarentur cetera, liquet ex prouerbio, quod in omnium animis altius inſedit, quod omnium ore circumfertur, quod grandioribus publicis characteribus exaratum eſt.

ALIENOS NVTRIT.

ET certe id experientia, cum ſit mundi præceptrix, mundum docuit; PANORMVS .n. non exteris modo beneficia confert, ſed vel ipſos Meſſanenſes in Regij Capitoli album adſcribit; malitquè in amplificandis Meſſanenſibus videri glorioſior, quam Ciues propenſior in ſuos. Matris eſt degeneres, vt ita dicam, filios ita confouere, vt pro nihilo æquam, iuſtamquè liberorum imperio ſemper obtemperantium querimoniam ducat. hæc ad dictum hoc laconicum explicandum ſatis. ad rem.

Quod ergo ſuum eſt, commune eſt, non ſuum. Mater gloriæ prodiga. gloriæ inuida maternæ gloriæ inſidiatur filia. Non vulgaris innaſcitur filijs ex glorioſis parentibus gloria. Non agamus obſcurè. Hoc SENATVS nomen vni tantum Siciliæ Ciuitati ſic certe infeſtum, ſic odioſum; vt omnino ferre non poſſit. Nihil addam de meo. Quod ſcribit Hieronymus Brancius vir Patritius Panormitanus exſcribam. proponam. Neque enim in eius ore ſordeſcet laus. totus eſt in veritate demonſtranda.

ex qua & meæ propositionis veritas elucescet, & quam rectè Panormo Senatoriæ laudis gloria sit adscribenda, apertissimè constabit. Sic exorditur, attende.

DEL SENATO.

In vltimo entreremo con breuità alla giustificatione del titolo di Senato, col quale ordinariamente doppo il decreto datoci dall'Eccellenza del Signor Marc'Antonio col voto del Sacro Regio, e collaterale concilio in vigore di prammatica, e perpetua legge nelle istruttioni del gouerno publico di questa Città, siamo stati soliti segnar le lettere del Magistrato, affinche si vedesse, e conoscesse chi fosse lo scrittore di quelle, e che con effetto si dimostrassero del Senato, la doue prima pareano del ordinario suo Mastro Notaio, la qual segnatura si puotè forse introdurre da gli antichi nostri Padri per due potentissime raggioni. L'vna è, ch'essendo gli vfficij di Pretore, e Giurati annali, e mutabili aggeuolmente auenia, che la mutatione de nomi nelle segnature caggionaua suspetto, e nouità negl'animi di quelli, a quali le lettere del Magistrato s'indrizzauano, e però diuisarano esser meglio, ch'elle andassero sottoscritte da Vfficiale, la cui mano per esser egli perpetuo poteua esser meglio conosciuta; il qual modo ha sempre indistintamente costumato con ogni sorte di persone, fuor che alla Santità del Sommo Pontefice, alla Maestà del Re nostro Signore, ed alla Cesarea dell'Imperadore; e questo per singolar affetto di riuerenza, che a sudetti è douuta. L'altra raggione, che facilmente potrebbe cadere in consideratione è, che tal segnatura sia stata introdotta per l'Eccellenza del primato, ch'essa Città fin dalla sua fondatione ha sempre hauuto sopra tutte l'altre Città del Regno, onde non parea conueneuole ch'ella douesse mandar fuori le sue lettere con la sottoscrittione de Padri in quella maniera, che tutte l'altre costumano, perche questo non sarebbe stato conforme a quella maggioranza, ed auttorità, che con raggion tiene fra tutte l'altre; e così fatta prerogatiua si vedesse esser fondata a somiglianza del Imperio Romano, la qual oggi osserua l'Imperadore, e sua Beatitudine Santissima ne' suoi Apostolici rescritti, che giornalmẽte van fuori cõ la sua mano del Datario; la qual forma antica essendo giudicata dall'Eccellentiss. Signor Marc'Antonio nõ troppo cõforme a quel tanto, che vniuersalmente in tutte le più principali Città d'Europa modernamente si costuma; deliberò, che si mutasse que-

queſta ſottoſcrittione in altra più chiara forma, e che dimoſtraſſe eſpreſſamente l'auttor delle lettere, e per non derogar punto dell'antica preeminenza di eſſa Città, ordinò, che la ſignatura foſſe d'vn'altro nome ſuo proprio, antichiſſimo, e naturale, ch'è queſto di SENATO, del quale è ſtata ſempre la Città fin da molti, e molti ſecoli in continouo poſſeſſo, o quaſi; poiche in tutti i luoghi publici, e priuati, doue le occaſioni le s'hanno rappreſentate per ſegnalarſi o con fabriche, o con pitture, o con iſcrittioni in pietre, in marmi, in bronzi, o con iſtatue, o con preſentationi di Galee a S. Maeſtà, ha ſegnato, e freggiato gli ſtendardi, e le fiamme di quelle con l'antichiſſima inſegna dell'Aquila, e con l'iſcrittione di S. P. Q. P. che altro non è, che vn teſtimonio eterno della fede, c'ha ſempre hauuta, e di quelle attioni ſegnalate, e notabiliſſime, che queſta Città ſuol fare ogn'ora in ſeruigio del ſuo Re; e per tal caggione ſtimò quel degno Principe coſa molto raggioneuole il ſegnarſi le lettere con queſto nome, ch'ella può publicamente vſare in ogni luogo, ed in ogni tempo, ſendo in vero grandezza, e prerogatiua molto maggiore vſarlo in publico, che ſcriuerlo in ſecreto in vna lettera. Ma poiche nouamente per lettere del Marcheſe di Briatico all'ora Preſidente in queſto Regno, ci venne da Meſſina ordinato d'addurre le raggioni, per le quali queſta Città nelle ſue lettere ſi ſoſcriue con queſto nome di SENATO, affinche n'haueſſe dato informatione a Sua Maeſtà, ne ſapendo per qual caggione, ſe pure non fu curioſità vanamente anteposta, o pur alcuna inſtigatione inuidioſa della gloria, e della grandezza feliciſſima di queſta Patria, ci riſoluemmo con vna breue lettera dargliene per quell'effetto larghiſſima ſoddisfattione. E non hauendo doppo queſto ſucceſſo noi, che coſa il Marcheſe haueſſe per auuentura fatto intorno a ciò, ſiamo entrati in penſiero non laſciar coſa di tãta importanza a dietro ſenza darne diſtintiſſimo raguaglio a V. E. affinche come Principe dotato di tante ſegnalate qualità di giuſtitia, e di clemenza, e ſpogliato d'ogni affetto di paſſione poſſa occorrendo darne vera, e legitima informatione a S. Maeſtà, per conſeruatione di ſi degna prerogatiua di queſta fedeliſſima Città, da quel giuditioſo principe in vſo ritornata per ſuo maggior decoro, ed ornamento, e per le cauſe, e ragioni ſopradette, e tralaſciando moltiſſime coſe, che dir ſi potrebbono in fauore di queſta ragioneuole, ed antichiſſima preeminenza del nome di SENATO, poiche dall'altre perſone di ben fondate lettere, e di giudicio ſono ſtate, e con auttorità di raggion commune, e con teſtimoni di Storici

grauiſſimi, e con iſcrittioni d'antichiſſimi marmi manifeſtamente comprobate: per non faſtidire per ſorte la mente di V. E. anderemo reſtringendo il negotio con quella maggior breuità, che ci ſi rende poſſibile, e che la grauità della cauſa publica ricerca, conſiderando maſſime che la moltitudine delle raggioni apportarebbe più toſto noia, che aumento di giuſtitia, la quale da ſe medeſima con puochiſſime parole può farſi chiara nel coſpetto di S. Cattolica Maeſtà. E perche'l primo, che ſopra ciò ſcriueſſe fù il Dottor Bartolo Sirillo benemerito noſtro Cittadino, che felicemente rinchiuſe in vna ſua breue lettera, riſpoſta d'vn'altra, c'hauea a lui ſcritta richiedendolo del ſuo parere l'Illuſtre Fabricio Valguarnera Baron del Gudarano, Caualiere non ſolamente per la chiarezza del ſangue, ma per l'honorate qualità dell'animo maggiormente, e per lo buon zelo in particolare, c'ha ſempre dimoſtro nelle coſe della patria, principale, e rigguardeuole fra gli altri della noſtra Città, della quale ſi ritrouaua in quell'anno Pretore, tutto quello, che per auuentura altri con lunghiſſimi diſcorſi ha doppo lui detto; non par coſa giuſta, ch'io debba tralaſciare quelle viue raggioni che da ſi chiaro, e nobile ingegno con incredibil prontezza furon addotte.

Ed incominciando da quel tanto, ch'egli medeſimo e con le ſtorie, e con l'auttorità di molti graui Scrittori ha con verità fondato dee preſupporre l'Eccellenza V. Illuſtriſſima, che ſi legge appreſſo quei buoni auttori, i quali trattano dell'origine, e fondatione della Città di Roma, come doppo l'hauer aperto l'Aſilo, di che preſe la nuoua habitatione il ſuo primo accreſcimento, creò Romolo i Senatori, e furon così da lui chiamati o (ſi come alcuni credono) per l'età, o ſecondo, che altri vogliono per lo ſapere e per la virtù loro; conciofia coſa che col nome Senes da quegli antichi latini non ſolamente i vecchi erano inteſi, ma gli huomini ſaggi, e virtuoſi altresì. Ii medeſimi oltre a ciò ſi nominaron *Padri*, o perche ci ſuperaſſero gli altri di tempo, o perche ſoli eſſi haueſſon figliuoli, o perche ſoli poteſſero i lor Padri dimoſtrare eſſendo gli altri fuggitiui, e di ſcuro naſcimento. Ma qualche ſi ſia la vera delle ſudette opinioni, che non fa ora al noſtro propoſito il pigliarne penſiero, in queſta tutti conuengono gli Scrittori, che ſi eleſſero al Senato nobili, e che l'ordine Senatorio, infin dalla ſua prima creatione fu dalla plebe diſtinto, e ſeparato del tutto. Chiamò dice Dionigi Alicarnaſſeo gli huomini di più debol fortuna *Plebei*, che Demotici ſi direbbon da Greci, e quei ch'eran di miglior con-

Dionyſ. Alicar. de antiq. Rom. l. 2.

Plutar. in vita Romuli.

ditione

ditione Padri. E Plutarco, fur detti Padri conſcritti, e queſto ſi come ſi ritrouò per far differenza fra l'ordine Senatorio, e popolare. Il che continouamente poi ſi mantenne ſempre in oſſeruanza di maniera, che a poco a poco eſſendoſi la plebe in tutti gli altri ordini meſcolata, ed eſſendo alcuna volta accaduto, ch'i Conſoli, (non che altro) del corpo della Plebe ambedue ſi pigliaſſero, " come per vna fiata auuenne l'Anno doppo l'edificatione C D X VI. " che fu Tir. Emilio Mamercino, e Q. Publio Filone, dal Senato nondimeno ella ſempre ſtette diuiſa, e ben ſpeſſo diſcorde. Perche in leggendo noi la cronica di Roma, ne vien ogni poco incontrato in queſti, o ſomiglianti parlari, la Città diſcorde in ſe ſteſſa ardeua d'vn odio mortale tra i Padri, e la plebe. Nacque diſcordia tra la plebe, e'l Senato. Ed appreſſo Vlpiano ſuccedette, che la plebe venne a diſcordia co' Padri, e dilungoſſi da loro, e contendendo la plebe co' Padri.

Si che da Romolo ne viene, ed in Roma primieramente fu in vſo il nome di SENATO, che ſi preſero, ed vſaron dapoi l'altre " Città d'Italia, nelle quali trouata ſi foſſe vna cotal' adunanza di no- " bili al SENATO di Roma per alcuna proportione corriſpondente. E ſi diſſe il SENATO di Cuma, di Capoua, di Nola, di Tiuoli, di Tarento, e dell'altre, che lungo tempo ſarebbe raccontare il nome di tutte. Anzi non pur d'Italia, ma qualora di Cartagine, d'Atene, di Lacedemone, di Corinto e occorſo a gl'Italiani ſcrittori, così a Latini, come a Toſcani mentouar la ſudetta adunanza SENATO parimente l'hanno chiamata, come che quelle Città (ſecondo il ſuo fauellare ciaſcuna) la ſignificaſſero tutti con altri diuerſi nomi, de' qua' nomi parecchi ne riferiſce Ariſtotile in que' libri, ch'egli laſciò intitolati Del buon gouerno ciuile. E queſto perche non tiene la noſtra lingua, ne l'antica, ne la moderna, voce non diremo più acconcia a quello eſprimere, che SENATO eſprime, ma ne alcun'altra del medeſimo ſentimento, il che aggeuolmente potrà vederſi leggendo i volgarizatori de' libri greci, e latini. "

Or tutto ciò conceduto per vero (ſicome in fatti non può ne- " garſi,) ciò che di ſopra ſi è detto, è da concedere inſieme, che a queſt'ampliſſimo Collegio di Pretor, e Giurati della noſtra Città " non ſolamente ſtia bene, e ſe gli conuenga il nome SENATO, ma che gli tocchi di più per diritta raggione, anzi che con altro nome non poſſa in alcun modo appellarſi, s'ei non voleſſe gia formarſi voce di nuouo, o preſentarſene alcuna ſtraniera, e barbara, che " l'vna perauuentura non ſi permetterebbe, e l'altra ſaria nel " vero

Feneſtel de magiſtrat. Rom. c. 1.

Liu. l. 8.

Liu. l. 2. 3.

Hot. de magiſtr. Rom. Lancel. Cōrad. de preſi. & Sen. c. 7. l. 2. de orig. iur.

Omnes hiſt. Rom. Liu. Dec. 3. De Athe. Plato in plur. locis, & precipuè in Menexen. De Lacede. Ariſt. Pol. li. 3. & Cic. pro lege Agrar.

Demet. Fal.

vero troppo odiosa.

Gli sta bene, e conuiensegli il detto nome, peroche egli tiene col Romano Senato non picciola somiglianza, trattando, e deliberandosi in esso le cose più importanti all'vniuersità, ed essendo tutto di nobili senza ammetteruisi giammai persona della Plebe.

Strabo l.6. Aegid. Britan. hist. Anglic.

Gli tocca, e pretendelo giusta, e legitimamente, imperoche PALERMO (come gratissimi auttori ne fanno fede) e Colonia di Roma il che così è a dire, come appunto s'ei si dicesse PALERMO esser figliuolo di Roma, e questo da quel popolo descendere, e deriuare, e che giustamente i beni paterni a figliuoli s'appartengano, credo esser cosa più nota, che ne faccia misteri di condurci auuocati.

Non può altramente chiamarsi, poiche altro nome del medesimo significato non ha (come si è detto) ne la latina, ne la toscana fauella.

E potendo, o (che sia meglio dire) douendosi così di necessità nominare, certo è, che così ancora si debba necessariamente nelle sue lettere sottoscriuere. Ne punto rileua s'ei non si troua, ch'egli giammai per l'addietro habbia fatto così; conciosiacosa che ne anco si ritroua, ch'egli d'altra maniera habbia fatto giammai, ma senza proprio sottoscritto col nome solo del Mastro notaio vsaua d'inuiar le sue lettere, il che la nostra Città, e non altra dell'Isola costumaua di fare, per vna cotal grandezza (come si può credere) e prerogatiua per le caggioni di sopra allegate. Il qual vso forse, come troppo altiero, e non conueniente a questi nostri cotanto cerimoniosi tempi, parendo anco a S. E. che in se contenesse discordanza, Scriuendo molti col nome d'vn solo, o raggionando vn solo sotto il numero di molti, fu da lei con prudente auuiso ordinato, che insieme fosse con gli altri abusi corretto, de quali gran moltitudine regnaua inanzi, ed in PALERMO, e nel rimanente di Sicilia, e se n'è questo altro modo introdotto, il quale hauendo non men di quello, del graue, e dell'onoreuole, non porta seco fior d'inuidia, ne alcuno degl'inconuenienti, che quello apportaua.

Ne punto ci da noia quello, che d'alcuni si afferma, cioe che SENATO il nostro Magistrato non possa chiamarsi; percioche da lui non si può quello, che dal Romano Senato si poteua; conciosia che ne il Senato di Sparta col Tebano, e con l'Ateniese teneuano (sicome può vedersi ne' libri della Politica) la medesima auttorità, ne quanto alla possanza quel di Roma etiandio sempre fù a se stesso conforme; conciofosse, che molta i Tribuni gli ne tolsero; e molta appresso gli Imperadori.

Co-

Così parimente ſi dilungano dal vero color, che dicono in quelle Città ſole, che ſono, o furon libere, eſſere, o poter eſſer Senato, auuenga che pur ſi troui il Senato naſcer da prima ſotto i Re, e viuer lunga ſtaggione ſotto gli Auguſti. E per non allegar più ragioni, doue puo eſſer giudice il ſenſo, ſi vede oggi in molte Città, SENATO, le quali altra ſorte di gouerno mai non han conoſciuta che quella di vn ſolo, e di queſte alcuna al ſantiſſimo Imperio del Re noſtro Signore, ſta ſottopoſta, ſi come e Milano, ed Anuerſa, laſciamo ſtare, che a tempo della Republica di Roma cinque Città libere in Sicilia ſi annouerauano. Centuripio, Haleſa, Segeſta, Halitio, e PALERMO, delle quali Città niun'altra, che PALERMO e rimaſta.

Merula & Corius.

Quanto a quel poi, che da gli auuerſarij ſenza alcuna auttorità ſi oppone, che per hauer SENATO, ſia di biſogno hauerlo hauuto anticamente, potrebbe alcun diſputante cauar di ſtraniſſime conſeguenze: pur a noi, che di conteſe non ſiamo vaghi, baſterà farli vn tratto chiarire, che queſto SENATO non è coſa a PALERMO ſi nuoua, come da loro ſi va imaginando, ma gli è buon tempo, ch'ei l'vſa per ſuo, e del continouo a buona fede ne ſta in poſſeſſo. E vicino a trent'anni da che ſcriſſe la ſua Storia Tomaſo Fazello, furon prima di lui Pietro Ranzano, ed Antonio Beccatelli, e più antico di loro Vgone Falcandio, e pur SENATO, e SENATORI DI PALERMO in più d'vn luogo ne' coſtoro libri ſi legge. e Franceſco Maurolico in vn certo libro, ch'ei fece delle lodi della ſua Patria, e mandollo fuori ſotto nome di Storie Siciliane, tutto, ch'egli molto, come buon parteggiano ſe ne guardaſſe, pure vna volta vi inciampò a dire i Patritij di PALERMO, che ſe quello è vero, che dice Liuio i Patritij denominarſi da Padri, cioè da SENATORI, doue Patritij ſi ritrouano, iui e forza, che ſi ritroui prima SENATO.

Faz. l. 8. Ranz. lib. de Pan. Falcan. epiſtol. ad Conſta. Beuat. in epiſt. Maur. l. 5. hiſt. Sicil.

Hoc idē ait Hottoman. in comme. ver. iuris. In verbo Patritij. & Conrad. in templ. iud. in tit. de præſide & Senator. lib. 1. c. 7. nu. 7

Supera ogn'altra delle proue fin quì aſſegnate quella vecchia vſanza a noi da noſtri maggiori di mano in mano condotta (come gia di ſopra dicemmo) di ſcriuere intorno allo ſcudo, a gli arazzi, alle inſegne della Città, IL SENATO e POPOLO DI PALERMO. E queſta poi raffrontata con aſſai marmi antichi maggiormente ſi conferma, ne quali con lettere mezze roſe dal tempo, ſi che a gran fatiga ſi poſſon leggere, e ſcritto S.P.Q.P.

Ma che biſogna fatigare in cercando i Ranzani, e Maurolici, o andar quà, e là copiando le iſcrittioni delle pietre, e delle bandiere, hauendo la teſtimonianza del più degno Scrittore, che giammai lati-

latinamente scriuesse? Marco Tullio Cicerone, le cui parole, come pretiose gemme ne' tesori dell'eternità si conseruano, così vna volta orando contra Caio Verre si ritroua, che disse.

Cic. in Ver. lib. 5.

Etiam illud præteribo, quotiescumque Panormum veneris illo anno, & sex mensibus (nam tandiù fuit in carcere Apollonius) toties ad te SENATVM Panormitanum adisse supplicem cum magistratibus, sacerdotibusque publicis.

Queste, e molte altre cose, che furon dette, le quali per adesso nō riconosciamo necessarie, parendoci omai di hauer a bastanza discorso intorno a questo articolo si tralasciano, poiche venendo finalmēte terminato per vn rescritto principale della Maestà di Carlo V. Signor nostro di gloriosa memoria, nella quale non solo ha chiamato Senatori Pretor, e Giurati di PALERMO, ed ordine Senatorio tutto il corpo del Magistrato, ma ha dato alla Città prerogatiue molto maggiori, parche cessi affatto ogni difficoltà, e sēz' altra contesa opera nel caso nostro la dispositión di ogni legge, la doue apertamente si veggono le parole chiare del priuilegio, nel quale si dice esser il caso della stessa legge, che nella seguente maniera dispone; scriuendo il Principe inuittissimo a nostri Padri.

L. Lancillot. c. de fur. & ibi Bar. Bal. con. 343. col. 2 in 1. & cō. 174. in fin. in 2.

Eximijs, & circumspectis Gubernatoribus, SENATORIBVS, & Magistratibus Reipublicæ Ciuitatis Panormitanæ; Insulæ nostræ Siciliæ.

CAROLVS Hispaniæ Princeps, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Eximij, & circumspecti viri subditi, & Conciues nostri amantissimi salute præmissa. Quereremur equidem de naturæ in nos asperitate, & impetentia, si querimonia dolori, quem patimur medelam vllam afferre posset; blandiri .n. visa est natura, quod auum nostrum colēdissimum Catholicum Regem, donec in firmiorem ætatem adoleuissemus, summa ope, animi vigore, & virtute, summa auctoritate, mediocri autem corporis valetudine seruauerit; nunc autem pubertatis nostræ exacto curriculo, cum iam virum sapere incæpimus, & ad auitæ prudentiæ normam accingeremur, ille nobis, cum nihil minus speraremus, importunissimo tempore e medio ereptus est. Et quia sanando huic vulneri lacrimæ non sunt profuturæ, prudentius agemus, si regnorum nostrorum compositioni, maturè vti Principem, patriæ parentem decet intendamus: Quæ sit, semperquè fuit vestræ REIPVBLICAE, ET SENATORII ISTIVS ORDINIS in colendos Auum nostrum, & nos ob-

obſeruantia, promptitudo, & amor integerrimus, non ignoramus. & ideo ſingulari præ ceteris noſtris ſubditis quadam amoris prærogatiua REMPVBLICAM VESTRAM, & regnum complectimur, ſperamuſquè, vbi ad vos (quod quidem cito fiet) applicuerimus, Principem optimum, optimo populo nos daturos. Interea rerum ſummæ, & in vicem noſtram præfecimus Don Vgonem de Moncata Viceregem, cui non ſecus ac nobis vti obedientes Ciues, & in his, quę ad conſeruationem, ac augmentum ſtatus regni attinet, omnem eidem opem, conſilium, & vires (ſiquidem opus fuerit) impartimini. Eximij, & circumſpecti viri, ſubditi, & CONCIVES noſtri amantiſſimi. Deus Opt. Max. vos feliciter agere faueat. Ex Bruſellis die xj. Februarij M. D. XVI.

Yo el Principe.

Ceſſa dunque per tal reſcritto ogni dubio, che ſe la nominatione, che fa il Padre di legitimo al figliuolo naturale lo rende legitimo, non è dubio alcuno, che molto maggiormente la nominatione del ſupremo Principe maſſime per ſuo reſcritto principale, coſtituiſca in quella dignità, che vorrà il nominato: e tanto più efficacemente, quanto ſi vedrà il ſuggetto eſſer habile a riceuere il grado dal Principe trasferito con la ſola nominatione ſenz'altra eſtrinſeca ſollennità, ſicome ne medeſimi termini i Dottori noſtri affermano, e particolarmente que' due lumi della ragion Canonica l'Oſtienſe, e l'Innocentio, i quali dicono, che quando il Principe ſcriue ad alcuna vniuerſità nominandola o Città, o Collegio, quantunque ella tal non ſia, così diuiene per la ſola nominatione, ſoggiungendo eglino, che parimente nobilita quello, che nobile, o figliuol di nobile chiamerà in vna lettera principale. E Dottore ſarà quegli ancora, che così verrà dall'Imperadore nominato, potendo egli ſolamente con la parola conferire così queſta, come ogn'altra dignità maggiore. Quindi parimente inferiſcono dalla forza della nominatione divenir libero lo ſchiauo, che figliuolo ſarà nomato dal Padrone; in tanto che quando ben ogn'altra raggion mancaſſe, queſta ſola ſi dee giudicar baſteuole a render il caſo noſtro indubitabile, ed a far che ſi renda certo l'animo di V. E. e di Sua Maeſtà, c'habbia il Principe nella Coſtitutione giuſtamente ſtabilito il nome di SENATO a queſta Città, la quale ſendo ſempre ſtata, come ancor è ſolio Reale di tutti gli auguſtiſſimi predeceſſori di Sua Maeſtà, e prima Metropoli di tutte le Città di Sicilia, come chiaramente teſtifica il Re buon Guglielmo

„ glielmo primo di questo nome in due suoi priuilegi concessi alla Chiesa Cattedrale di questa Città, l'vno dato in Messina l'Anno
„ 1155. doue dice.
Sanctam itaque Panormitanam Ecclesiam, quam ex hoc gene-
„ rali voto diuinæ religionis intuitu amplectimur, tum quia & regij
„ diadematis nostri primitias in ipsa, & ab ipsa suscepimus, &c.
E l'altro dato in Palermo a 15. di Aprile dicendo.
„ Guglielmus Dei gratia Rex Siciliæ, &c. Etsi vnicuique nostri
„ Regni Ecclesiarum educandis clericis, & adulterijs coercendis priui-
legio pendeat principali: venerabili tamen Panormitanæ Ecclesiæ
„ illud tanto clementius duximus indulgendum, quanto & in Vrbe
„ regia fundata dignoscitur, in qua THRONVS, ET SOLIVM
nostræ residet Maiestatis.
„ Con quel che siegue. e Frederico Secondo Imperadore in vn
suo priuilegio dato in PALERMO l'Anno di nostra salute
„ 1200. così disse.
„ Habentes quoquè præ oculis, quod in ipsa Ecclesia Panormi-
tana sacram vnctionem, & regium suscepimus diadema, quia etiam
„ sicut ipsa Ecclesia PRIMA est inter omnes Ecclesias Regni nostri,
„ & excellentia dignitatis suæ ceteris præest, sic diuitijs debet exce-
dere vniuersas, &c.
„ Ed in vn altro dato nella stessa Città a 11. d'Ottobre 1211. Così
leggiamo.
„ Attendentes quod venerabilis, & veneranda Sacrosancta Panor-
„ mitana Ecclesia, quæ CAPVT EST, ET SEDES REGNI
NOSTRI & antiquitate sit nobilis, & dignitate, ac speciali præ-
„ rogatiua inter alias Regni nostri Ecclesias PRIMA, & merito
„ PRINCIPALIS sit: quia tamen persecutione multa vastata
non modicam sui iuris iniuriam patitur, ne nostro felici tempore,
„ quæ hactenus passa est, iterum patiatur: considerantes quod in ea
„ sacram vnctionem, & regium suscepimus diadema. consideratione
quoquè fidei, & grati seruitij, quod Berardus dictæ Panormitanæ
„ Ecclesiæ Archiepiscopus, &c.
„ E finalmente l'istessa Maestà del Re nostro Signore con parole
manifeste lo determina particolarmente in quella lettera, che scri-
„ ue al Duca di Medina Vicerè in questo Regno, data a 7. di Gennaio
l'Anno 1577. e per suo ordine registrata nel Tribonale del Real Pa-
„ trimonio a 9. d'Agosto 1578. mentre dice.
„ Primieramente per ser el Castillo de Palermo muy importante,
„ y la çiudad la mas PRINCIPAL del Reyno, y tener

las

las partes, que requiere vna buena fuerça, nos ha pareçido, que no solamente se deue guardar, y entretener, pero os encargamos, que pongais muy gran cuydado en acabarle de fortificar per todas partes, y tenerle tan munido, y proueydo como veys ser menester en los tiempos presentes.

Si dimostra non solamente degna del nome di SENATO, ch'è suo proprio, ed antico, ma di qualsiuoglia altro titolo maggiore: apparendo massime chiaro, essere stata (come di sopra dicemmo) alcun tempo libera, ed in forma di vera Republica, e come oltre gli infiniti marmi antichi, che ne fan larga fede, e de quai rende infallibil testimonio Fazello nell'ottauo libro della sua storia, lo mostrano più che manifesto due altre pietre antichissime, che si ritrouarono vltimamente dinanzi la piazza del Pretorio, ne fondamẽti del nuouo, e superbissimo fonte con queste iscrittioni, le quali auuenga che siano rose alquanto dal tempo, nondimeno ageuolmente si legge nell'vna DIVO CLAVDIO R. PVB. PANOR. e nell'altra. DEAE NEMESI R. PVB. PANORM. si che tralasciando innumerabili altre cose, che dir si potrebbono in fauore di essa Città, così intorno al suo primato, e maggioranza sopra tutte l'altre di Sicilia, come ancor alle sue grãdezze, e prerogatiue, che da tutti passati Re, ed Imperadori per suoi meriti le sono state liberalmente concedute; poiche per testimonianze di veri, e nõ finti priuilegi, conseruati, e custoditi ne' tesori della Chiesa Cattedrale, e della Città stessa apertamente si può conoscere; mi basterà solo hauer posto in consideratione all'Eccellenza V. Illustrissima tutte le sudette raggioni, accioche possa correndo, come Principe d'alto valore, e di somma giustitia dotato appo sua Maestà Cattolica proteggere la causa publica in questo articolo di SENATO e nella conseruatione di tutti gli altri priuilegi rendersi conforme alla pia mente di quella, che precisamente ordina, che sieno inuiolabilmente custoditi, ed osseruati: percioche essendo quelli vna perpetua testimonianza di cumulata virtù de meriti riconosciuti dal Principe ne sudditi, se poi ne giusti termini loro mantenuti non vengono; chiara cosa è, che si fa ingiuria a meriti di chi l'ottenne, al giuditio di chi li concedette, alla religione di chi li giurò, alla giustitia di chi li possiede, e si danno a popoli occasioni potenti da dolersi, e di ritirarsi dalle onorate azioni. E pel contrario poi l'osseruanza fa sì, ch'ogn'vn conosca, che solo dall'interna, e debita affettione, che questi popoli hanno a suoi naturali, e legitimi Signori, si regge questa Città con sante leggi sotto il felicissimo gouerno di così giusto,

e fortunato Principe, di chiarissimi ornamenti, e di singolarissime prerogatiue adornata; mostrandosi ricetto securo della pace, ricco tesoro dell'Abondanza, perpetua sede della Giustitia, vnico ricouero della Felicità, sagro tempio della Religione, Illustre albergo della gloria, gloriosa corona, e primiero solio del Regno Siciliano, e finalmente antico, e sempre lucido specchio di viua, ed incomparabil fede verso il Re nostro signore.

Hactenus Brancius. Sed nos cum illo non hactenus. Habes n. hic multa, quæ perpendas; habes & in characteribus Imperatorijs non pauca, quæ libres. Duo mihi breuiter perpendenda. Alterum illud nimirum dicendi genus tam prima literarum fronte, quam earundem calce vsurpatum: *Eximij, & circumspecti viri subditi, & conciues nostri amantissimi*. licet n. iure quiuis Rex eius Vrbis sit ciuis, cuius est Rex, ac proinde conciuis omnes nomine possit appellare; Carolus tamen V. Imperator huiusce cognitionis haud expers voluit hoc conciuis nomen in literis ad S. P. Q. P. conscriptis exarare, cum sibi satis, superquè constaret olim *Petri* Regis II. ac Friderici Imperatoris secundi conciues extitisse Panormitanos. Vterque n. Panormi lucis accepit vsuram, hac de re lib. 4. latius. Quare vt panormitanæ gloriæ flos recentibus Imperatoris Catholici monumentis, qui annorum fortasse obliuione in obliuionis caligine delitescebat, semper magis, ac magis efflореret, ex vberrimo Imperatoriæ liberalitatis fonte huiusce, ac tanti diplomatis vnda profluxit. Alterum vero Epistolæ inscriptio. *Eximijs, & circumspectis Gubernatoribus*. SENATORIBVS, & *Magistratibus Reipublicæ Ciuitatis Panormitanæ Insulæ nostræ Siciliæ*. Vt scilicet Vrbs Panormitana tanto tanti Imperatoris clypeo munita, & auctoritate quasi quodam munitissimo propugnata propugnaculo, contra insurgentium hostium vel technas, vel excursiones hunc possit obijcere, atquè ab omni impetu saluam sese semper incolumemquè seruare, & consequentibus annis hasce literas æternitati commendandas ostendere, quæ non proponunt modo totum id dignitatis, & gloriæ, quod sibi PANORMVS anteactis temporibus meritò cōparauit, merito comparatum, sed exponunt etiam ab cæteris ætatū omnium Dynastis, Regibus, Imperatoribus vni dumtaxat Panormitanæ Reip. iure conferri oportere.

CA-

CAPVT XII.

Quod hoc tempore Panormitana Resp. Senatus nomine sit Pontificis insignita characteribus.



TEmporibus iam in ordinem digestis, suoquè ordine recensitis, in quibus aperte probatum satis Panormitanam semper Vrbem Senatus gloria insignitam; reliquum nunc est, vt videamus, cur hac tempestate, qua tempestate Vrbanus Oct. Pont. Max. in S. Romanæ Ecclesiæ puppi sedet, & clauum tenet, Vrbs Panormitana Senatus titulo euehatur. Haud certè difficilis huiusce rei probatio est, cum ratio, quæ in medium afferetur, sit auctoritati Pontificis innixa, eiusdemq; in omnem æternitatem commendandis comprobata monumentis. Sed lectorum pace paulo altius rei demonstrandæ repetendum exordium, cum ex eo & præcipua Presulis Opt. Panormitanam Diæcesin sanctissimè nunc administrantis virtus, & Ciuium Panormitanorum religio singularis, & Vrbis inaudita dignitas, & Vrbani Oct. Pon. ter Opt. terquè Max. de Vrbe maxima benemerentissimi æstimatio, ac Vrbanitas apertissimè deducatur. Quæ quidem omnia hoc breui orationis anfractu diligenter attendenti sic proponimus.

Anno CIↃ DC XXIV. sic diuino disponente numine, Panormum pestis inuasit. Ex Africa triumphatrix huc appulit. Vndantibus loris in Panormum debacchatur. latius serpit in dies. remedia conquiruntur. Ab vrbis Senatoribus adhibetur summa diligentia. Certo repente nuncio commonetur Eminentissimus, ac Reuerendiss. D. D. Ioannettinus Doria vrbis amantissimus Pastor suæ, qui licet in Thermitana vrbe moraretur, propriæ salutis immemor, ouium suarum memor Panormum aduolat. Funestam hominum cladem videt, Nihil prorsus, vbi de humanis remedijs desperatum omnino est, intentatum relinquit. Ad deponendas primò scelerum sarcinas populum prudens inuitat suum, vt hisce depositis, iracundiam itidem Deus Opt. deponat & suam. Publicè conciones habentur. Populus cateruatim confluit. Pestis interim crudele vulnus recrudescit in dies. Vrbs ciuibus, aduenis peste diripitur. Cadaueribus ager expletur. Cælitum imploratur auxilium,

Sur-

Surda sunt precibus sidera. Ad Cruci fixum, qui in ædis maximæ sacello asseruatur religiosissimè, decreta supplicatio est. Eius itaquè pientissima imago proponitur. Exponitur. Quiuis ad implorandam diuini numinis misericordiam qua vocibus, qua lacrimis suplex accurrit. Lugentes hominum manus aspersas cinere, præcinctas fune, sacco indutas, flagris ad sanguinis vsquè effusionem cedentes sese, coronas è duris vepribus compactas capite gestantes, pectus saxo contundentes vidimus, vidimus. Suspirijs interim cælum incenditur, flagris viæ, ædes, anguli, ac templum sonat, natant pauimenta sanguine. hoc lugubri, nouoquè spectaculo commota vrbs. Visa Panormus id temporis Niniue est. Hæc lacrimas, Iona adhortante, diffudit. Illa, Præsule auctore, ac Duce, scelerum maculas lacrimarum eluuione deleuit. Nullus tamen pesti vel finis, vel modus. recte Virgilianum illud possem hic vsurpare.

Aen. 2.

. . . . crudelis vbique
Luctus, vbiquè pauor, & plurima mortis imago.

Circumferuntur religioso ministerio per Antistitem, ac ceterum Sacerdotium SS. Christinæ, ac Nymphæ sacræ per Vrbem Capsæ Idibus Iulij, qui dies recuperandæ felicitatis auspicatum exordium, ac felix auspicium fuit. Eo ex ordine incedente, vt moris est, Panormitanis omnibus imploratis Virginibus ea vox inter præcinentium choros inter se se distantes exauditur. S. ROSALIA ORA PRO NOBIS. lacrimabundis excitata vocibus, suæque vrbis grauissimè laborantis commota precibus præsto adfuit Rosalia. Eo .n. ipso die (dictu mirabile) in erctæ montis, qui vulgo Peregrinus appellatur, spelunca inuentum D. Rosaliæ corpus Præsuli renunciatur. Ad se se iubet adduci. præsentem miserantis Dei opem videt. Is. n. licet sanctos quandoq; suos singulari gloria, ac præcipua dignitate in terrarum orbe non afficiat; cum velit, vt ipsa die longè maioribus eorum nominis fama percrebescat honoribus, eorumq; gloria incredibili hominum pietate, & gratulatione florescat; cum tamen eorum corpora omnibus gentibus, atq; nationibus exponenda, laudandaque decernit, ferè semper calamitosis, difficillimisquè aperire temporibus consueuit, vt & sæculis ante decursis totum id ademptæ, nedum seruatæ dignitatis, & gloriæ in corpora recens inuenta conferretur, & opem implorantibus tacita quadam commiseratione ciuitatibus afferret. Plenæ sunt hac de re sapientum voces, plena exemplorum vetustas, plenæ omnes

omnium

omnium scriptorum historiæ, quas recognoscas, si lubet, velim. Illud certe hoc mihi loco præteriri silentio non potest, quod cum Anno CIↃ CCCC LXXVII, in Vrbe Volaterrana nonnullæ Sancti Petri Apostoli fuerint, diuino disponente numine, repertæ reliquiæ, duodenis grauissimis, apertissimisquè miraculis tantam sibi gloriã in ea vrbe compararunt, vt quantum honoris ante dempserit obliuio, tantum planè ijs recens tribuerit inuentio. Cum itaquè vellet summus rerum omnium moderator, ac parens Deus D. Rosaliæ gloriam tot, tantorumquè sæculorum obliuione iacentem ab obliuione hominum, atquè a silentio vindicare, eam Panormitanæ Vrbi iamiam labanti, orbiquè terrarum precibus exposcenti ea periculosa tempestate patefecit, vt contra ingruentis, grassantisquè pestis rabiem esset amuletum, atquè ab ijs ipsis lapidibus, qui prius sepimento quodam suo Rosaliam muniuerant, atquè vallauerant, non vulgaris D. Rosaliæ gloria oriretur, rectè hic illud Psaltis Regij cadit.

Marsilius Ficin. de immortalitate animorum.

In petra exaltauit eam. *Ps. 47.*

latius hac de re alibi iam diximus. Conuocantur itaque a Præsule (cuius singularis prudentia in hoc negotio peragendo quasi singulare lumen eluxit) cuiuscumquè religiosæ familiæ religiosiores, ac doctiores viri, grauem, dignamquè ad hosce habet orationem, hortatur, vt videant etiam, atquè etiam, an hoc inuentum corpus sit populo exposcenti proponendum. an multiplex miraculum, quod circumfertur, sit vera miraculi nota insignitum. Et obseruatum mihi, atquè a plerisquè spectatæ virtutis hominibus fuit, quod quoties de exponẽdo D. Rosaliæ corpore agebatur (quod ipsum plane non vulgare miraculum est) toties pedem retrahebat lues. quoties vero de eodem subdubitabatur, ea toties mira quadam insolentia in vrbem debacchabatur. Conueniunt itaque in dicta die. disputatur acerrimè. a nonnullis ambigitur. Inobscurat pænè Rosaliæ nomen obliuio. Pestis quasi dedignata grassatur. Rosalia imploratur. Rosaliæ amor incalescit. aufugit lues. Multis ergo repertæ D. Rosaliæ ossa comprobata miraculis, ac suis librata momentis, publicè tandem, annuentibus vniuersis primæ notæ Theologis, exponuntur, adorantur, circumferuntur. Vrbs tota ardet incendijs. cælum bellicis reboat tormentis. Campanarum sonitu terra percrepat. Hisce quasi stimulis acta pestis abijt, excessit, euasit, erupit. Hæc summatim hoc loco, suo vero latius lib. 3.

eaquè

eaquè omnia, quæ vel ad huiusce Sanctissimæ ciuis gloriam amplificandam, vel ad vrbis panormitanæ pietatem ostendendam faciet, luculenta oratione proponentur. Vt tandem aliquando illud non ignorent, qui legunt, Deum Opt. Max. tantam Diuæ Rosaliæ gloriam vni Ioannettino Doriæ, cælo approbante concessam; cuius plane gloria ita multorum est euagata sermonibus, vt nulla vnquam ætas vel de S. Rosaliæ, vel de Ioannettini Doriæ laudibus conticescat, imo Ioannettini gloria sub D. Rosaliæ horoscopo feliciter enata ita longe, latequè disseminabitur, vt, vbi S. Rosalia imploratur, ibi etiam Cardinalis Doriæ nomen, ac dignitas amplificetur.

Abacta itaquè peste, ac Panormitanis tantæ Ciuis sospitatricis thesauro perfruentibus; rectè visum & Eminentissimo, Reuerendissimoquè D. D. IOANNETTINO DORIA Panormitano Archiepiscopo S. Rosaliæ tutelari acerrimo, ac præcipuo propugnatori, & SENATVI Panormitano ad Vrbanum Oct. Pont. Max. aliquid literarum dare, vt S. Rosaliæ Panormitanam Vrbem, ac Siciliam pænè vniuersam peste laborantem sospitantis nomen in Romani Martyrologij album aliquando referret; quo facilius vnaquæque orbis terræ plaga tum inauditam optimi Præsulis pietatem, tum Senatus Panormitani gratum animum non tacita quadam voce, sed gentium omnium linguis, omniumquè prædicatione commendaret. Sed ne sim, quam par est, longior. Hoc Panormitanæ Reip. satis, se scilicet post tot, tantasquè Romæ habitas ante Purpuratorum Patrum Senatum disputationes, post tot calumnias, post tot exantlatos labores tam a P. IORDANO CASCINA, AC HIERONYMO PETRVCCI e Societate Iesu, quam ab DOCTORE D. VINCENTIO MOLINELLI Panormitano Ciue patriæ vrbis amantissimo, deditissimoquè Ciui Rosaliæ ex Vrbani Oct. Pont. Max. oraculo accepisse Romæ tandem Martyrologij Romani fastis S. ROSALIAE panormitanæ nomen adscriptum. Exscripsimus verba. legito, perpendito, ac triumphatricem vrbem inspicito.

Idibus Iulij

Panormi Inuentio corporis S.ROSALIAE *Virginis Panormitanæ, quod repertum diuinitus Vrbano Oct. Pont. Opt. Max. Sacrum Iubilæi annum agente Siciliam a peste liberauit.*

Pridie nonas Septembris PANORMI *natalis* S. ROSALIAE *Vir-*

Virginis Panormitanæ ex Regio Caroli Magni sanguine orta, quæ pro Christi amore paternum principatum, aulamq; regiam profugiens in montibus, & speluncis solitaria cælestem vitam duxit.

Trinæ extant ab Vrbano Oct. Pont. Max. Panormitanæ vrbis tutelari, ac Patre conscriptæ epistolæ. Altera ad S. P. Q. P. Binæ ad Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Don Ioannettinum Doria S. R. E. Card. Amplissimum. Omnes quidem & in Præsulem Opt. & in Vrbem merentissimam pontificiæ voluntatis indices. Priorem, cum Panormitani Senatus, quo de hic agitur, dignitatem proponat; reliquas vero, cum summam dignissimi Præsulis gloriam, ac pontificium grati animi monumentum præferant, omittendas non putaui. ordine præpostero exscribamus.

Altera.

VRBANVS PP. VIII.

Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Accepimus gemmas Paradisi desiderabiliores super aurum, & lapidem pretiosum Reliquias Beatissimæ Virginis ROSALIAE *selectas è cælesti Panormitanæ Ecclesiæ thesauro. Sacræ consolationis rore floruit statim cor pontificiæ charitatis. Porrò autem oramus eam Virginem cum omnipotente regnantem, vt quæ è patrio cælo pestilentiam nuper depulisse piè creditur, nunc brachio virtutis suæ facta terribilis vt castrorum acies ordinata, discordiam ex Italia profliget. Te vero, qui munus Angelis gratissimum, hominibus salutare ad nos misisti, paternæ beneuolentiæ brachijs complectimur, atque apostolicam benedictionem tibi peramanter impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die XXIII. Martij M. DC. XXX. Anno Pontificatus nostri septimo.*

En habes grati Pontificij animi singulare monumentum, qui cum ab Ioannettino Doria S. ROSALIAE Reliquijs donatus, facere non potuit, quin hoc munus, datis literis, æternitati commendaret, & nunquam posthac tanti muneris memoria moreretur.

Altera.

VRBANVS PP. VIII.

Dilecte filij noster, & Apostolicam benedictionem. Quæ cæleste patrocinium panormitanæ Patriæ magnitudine beneficiorum declarauit Beatissima Virgo ROSALIA, *digna plane erat, cuius nomen in Sacris Romani Martyrologij fastis inter Catholicæ Ecclesiæ plausus triumpharet. Gaudemus eo honore non modo præclaræ Ciuitatis decora, sed aucta esse solatia pietatis tuæ. Intermori enim nunquam debent in grata Siculæ posteritatis memoria salutaria piæ illius fortitudinis officia, quibus tu pestilentis morbi contemptor morientium saluti præsens consuluisti sollicitus Pastor animam tuam ponens pro ouibus tuis. Piè enim credi potest cælestibus tantæ virtutis artibus motam Panormi naufragantis custodem* ROSALIAM *Virginem voluisse pios labores tuos optata felicitate carere. Benedicimus tibi peramanter dilecte fili noster, cuius religionem vberioribus veræ prosperitatis fructibus cupimus isthic semper efflorescere. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris XVI. Martij M. DC. XXX. Anno Pontific. nostri VIII.*

De Ioannettino Doria præclara laudatio, digna tanto Pontifice animaduersio; quæquidem eo grauior, quo certe est ab omni prorsus assentatione remotior. Ex Pontificis, ex Veritatis fonte promanat. Digna, inquam, animaduersio, quæ ab vnoquoque animaduertatur est necesse. *Intermori enim*, sic Sanctissimus Pontifex, *nunquam debent in grata Siculæ posteritatis memoria salutaria piæ illius fortitudinis officia, quibus tu pestilentis morbi contemptor morientium saluti præsens consuluisti sollicitus Pastor animam tuam ponens pro ouibus tuis, &c.* Vere bonus Pastor, qui animam suam dedit pro ouibus suis, cum scilicet citra omnem periculi aleam ab panormitana vrbe, quæ pestilentiæ flammis arderet, longe, multumque distaret, periculi contemptor, ac mortis volens, lubensquè pro seruandis ouibus suis exitiales sese coniecit in flammas, maluitquè inter aperta capitis discrimina cum suo grege, quam solus, grege periculis obnoxio, sollicitus Pastor incolumis, saluusquè versari.

Io. x.

Verũ hisce omnibus omissis ad id, quod probãdũ, aliquãdo deueniamus. libratis igitur hinc, inde ab Eminẽtissimo Cardinaliũ Senatu rationum, ac Historicorum momẽtis, in quibus omnibus illustrãdis P. Iordani a Cascina è Societate Iesu diu, multumquè victrix

desu-

desudauit industria; vt ex literis ad me XXIX. Iunij huiusce interfluentis anni Roma perscriptis ex Doctore D. Vincentio Molinelli constat satis; cuius literæ sic loquuntur. *E benche il P. Geronimo Petrucci ottenesse gratia dal Papa, che fusse posta S. Rosalia nel Martirologio, ad ogni modo fu gratia giustificata.* Et post paulo. *le motiue contrarie furono grauissime, basta, che si dubitò assai, che la Chiesa di Palermo non hauesse errato, e stasse ancora in errore nell'adorare S. Rosalia; perche leggendosi appresso alcuni, che S. Rosalia morì nel 1160. in circa, e nel 1160. essendosi fatto il Canone, per il quale si prohibiua alli Vescoui, e Popolo di Canonizare, &c. Dunque, diceano, S. Rosalia morì poi di detto decreto, e non trouandosi canonizata da Papa, poteasi ben dubitare. che perciò dissero al Papa, che nel Martirologio la mettesse con titolo di Beata; e così la beatificasse. In somma poi sopragiunsero gli aggiuti del P. Giordano Cascina, e si vinse.* Hæc ille. Libratis, inquam, rationibus, Vrbanus Oct. Pont. Max. pro auctoritate in decernendo quam habet, iure decreuit in Romani Martyrologij album, sedatis iam disputationum fluctibus, & Corporis inuentionem, & natalis diem S. Panormitanæ Rosaliæ sibi tandem aliquando referendum. tanti itaquè muneris gloriam Sanctiss. Pontifex, qua est in S.P.Q.P. beneuolentia, & humanitate, cum panormitana vrbe sibi communicandam per literas putauit, qui profecto hoc tam singulari beneficio quasi signum aliquod ex Romanę vrbis arce sustulit vni Panormitanæ Reip. ad bene inposterum de pontificia liberalitate sperandum. Eæ vero, cum ad D. ROSALIAE gloriam, ad vrbis decus, ad S. P. Q. P. ornamentum, atque ad Senatoriæ dignitatis semper efflorentem auctoritatem ostentandam non parum conferant, maximè vero ad rem nostram maximi faciant, nobis fideliter exscriptæ hunc locum suo sibi iure vendicarunt.

DILECTIS FILIIS SENATVI, POPVLOQVE PANORMITANO.
VRBANVS PP. VIII.

Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem. Scriptam in cælesti viuentium libro ROSALIAM PANORMITANAM *virginitatis lilijs coronatam carere diutius noluimus triumphali Romani Martyrologij testimonio, in quo veluti in Sacræ veritatis speculo ea sidera apparent, quæ splendoribus Sanctorum in Cælo fulgent generi humano salutaria, in salute istius vrbis agnitum esse beneficium,* CIVIS VESTRAE *patrocinium non mediocriter gaudemus, qui vota pontificia*

charitatis ad optatos exitus duci fateamur felicitate virtutum vestrarum: e sacro corpore, quod anteactis ætatibus ignotum lux cæli planè visa est patefecisse in tempore opportuno, cupimus ad populum istum aepluere imbrem, quamuis serotinum, & pluuiam voluntariam cælestium beneficiorum, quam illa segregasse credenda est PATRIAE, *& hæreditati suæ, tam grato religiosi obsequij cultu laudes, & reliquias eius veneranti. Tantum vobis solatium a Deo, qui diues est in misericordia, flagitamus, cupientes è portu isto nobilitatis, ac religionis felices semper merces ab Angelis asportari in arcem Beatitudinis triumphantis. Vobisquè, ac toti Ciuitati Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die xxvi. Ianuar. M. DC. XXX. Pontif. nostri Anno VII.*


Quam graue, quam varium, quam multiplex hoc scribendi genus? Multa, quæ suo pondere perpendantur, hic habes. Ad fontem satis est digitum intendere. Ingenio, lector, tuo hæc committimus. Primo. *In salute istius vrbis agnitum esse beneficium Ciuis vestræ.* Vt scilicet pestis abactæ beneficium ab vna sit Virgine ROSALIA cognoscendum. Secundo. *Pluuiam voluntariam cælestium beneficiorum, quam illa segregasse credenda est Patriæ, & hæreditati suæ.* Vt videlicet in Panormitana primum vrbe primas miraculorum faces explicasse quiuis fateatur. Tertio. *Tam grato religiosi obsequij cultu laudes, & reliquias eius veneranti.* Vt nimirum Reip. Panormitanæ pietas, quæ grata Cælitibus est, ab vnoquoquè percolatur. Quarto. *Cupientes e portu isto nobilitatis.* vt scilicet vera Siciliæ nobilitas, de qua suo loco, in Panormi luce versari Pontificia comprobatione perhibeatur. Quinto. *E portu isto nobilitatis, ac Religionis.* Vt videlicet christiana religio peculiari quodam modo in panormitana vrbe quasi in portu conquiescat. Sexto demum, quod mea maximè interest, literarum inscriptio attendenda. *Dilectis filijs Senatui, Populoquè Panormitano.* Legerat nimirum Sanctissimus, idemq; Eruditissimus Pontifex Vrbem Panormitanam hoc Senatus titulo fuisse quouis tempore, quauisquè ætate semper insignitam, voluit etiam in suis literis hoc vetustæ dignitatis nomen inscribere, quò facilius hoc pontificium, sicut & imperatorium anteactis sæculis, testimonium in posterorum animis extaret non pressum leuiter ad exigui prædicationem temporis, sed fixum ad memoriam omnium sempiternam; & Panormitana Resp. iure se se & ab Romanis, & ab Sarracenis, & a Normãdis, & a Gallis, & a Sueuis, & ab Aragonensibus, & ab Hispanis Imperatoribus, & a Christianis Põtificibus Senatus dignitate collustratã fuisse gloriaretur.

Quod

Quod si ex Florentino Pontifice Opt. optimè Christianam Remp. administrante Vrbano Octauo ad Florentinum alterum itidem Max. Clementem Octauum aliquando sermonem conuertamus; inueniemus profecto a Clemente Oct. fuisse Panormitanam Remp. Senatus etiam dignitate sublatam. Is .n. cum Panormum Vrbē vt omittam reliqua, vero S. Nymphæ capite donasset, accepissetquè S.P.Q. P. regia quadam pompa, singularique pietate Ciuis reducis in Patriam caput exceptum; *Enimuero*, inquit, *si scissem S.P.Q.P. Sanctæ Nymphæ particulæ aduentum tanta exteriori & lætitiæ, & pietatis significatione celebraturum, lubenter quidem ij totius S. Nymphæ corporis munus contulissem. Semper sibi similis* S.P. Q. P. Hæc Pontifex. Ea melle dulcior oratio nostris non est interturbanda vocibus. Silet Pontifex. indictum calamo silentium. Audiat orbis terrarum, audiat & Sicilia, ac Pontifici vel scribenti, vel loquenti lubens plaudat, ac volens de vera, solidaque Panormitanæ Reip. dignitate gratuletur. Est huius sæculi labes quædam, & macula sicut alienæ virtuti, ita & gloriæ inuidere.

CAPVT XIII.

De Prætoris dignitate.





OMittenda hoc demum loco non est Prætoris dignitas, quæ in Senatoria dignitate prima est; cum Prætor Senatus vniuersi, vt toties dictum, caput sit, ac Princeps. De ea ergo dicendum breuiter, demonstrandumque sic Prætoris Panormitani dignitatem Romani respōdere dignitati, vt nullum ferè inter vtramquè videatur esse discrimen. Verum antequam hac de re nonnihil afferam de meo, audiendus est Petrus Ranzanus, qui de summa Prætoris panormitani dignitate sic præclare conscripsit. *Vt*, inquit ille, *panormitana Ciuitas cum Romanis colonijs versari cæpit a Senatu Populoque Romano fuit certe deinceps inter Siculas omnes Ciuitates in honore maximo habita. Atque ea causa fuit, vt a Cicerone in quadam ex orationibus in Verrem Panormus honestissima Ciuitas vocaretur. Nec minus in perpetuum eiusdem Vrbis celebritate decretum ex eo tempore a S.P.Q.R. est vti donaretur hoc nobilissimo titulo* VRBS FELIX PANORMVS, *quo titulo vsi deinceps etiam in hanc diem. Sunt non tantum*

In lib. anal. temp.

Panormitani, verum etiam Imperatores, Regesquè omnes, ac Principes, quibus Siculi paruerunt, quoties literarum monumentis aliquid mandatum ipsis iubentibus, quod ad Panormitanorum vel vtilitatem, vel gloriam pertineret. Nec solum appellatione Vrbis per Antonomasiam donari Panormum post Vrbem Romam Senatus consulto decretum est, sed statutum etiam vti summus Magistratus, a quo ea Ciuitas regeretur inposterum appellationem Prætoris haberet. Cuius magistratus potestas, dignitas, & auctoritas consulatui proxima apud Romanos erat. Et quamquam a Romanis aucto imperio præficiebantur olim Prætores, qui vel in prouincijs, vel in claris Ciuitatibus, vt testis Fenestella, ius dicerent, constat tamen panormitanos solos inter omnes orbis terrarum populos tam antiqui, nobilisquè Magistratus nomine in perpetuum veluti hæreditarium a Romana matre datum sibi retinuisse. Et vt idem Fenestella auctor est, idem est Prætor, qui & Præfectus dicebatur. Verum Præfecti nomine appellabatur, qui remanebat in vrbe; qui vero dicendi iuris gratiam ad Ciuitates alias mittebatur, Prætor, quod præesset, nominabatur. Igitur e duobus his Romani magistratus veteribus, nobilibusquè nominibus Præfecti videlicet, & Prætoris, alterum sibi ROMA *mater, alterum* PANORMVS *filia adhæc vsq; tempora retinuit. Ceterum de eo magistratu prout a vetustis quibusdam scriptoribus a Fenestella præsertim traditum est, pauca expedienda hoc loco pro rei clariore notitia sunt. cum crebris, diuturnisquè certaminibus victi a plebe Romana Patres essent, decreuerunt vti post consulatum vnius crearetur Magistratus ex Patribus, qui ius inter vrbanos dicens Vrbanus Prætor appellaretur. penes quem Magistratum fuit adeo eminens omnis publici, priuatiquè iuris potestas; vt facultas ei esset noui iuris condendi, ita vt & vetus posset abrogare. adeo.n. est eius aucta auctoritas, vt quicquid Prætor edixisset, ob ipsius honorem ius honoratum vocaretur. Erant prætoris regia insignia apparatus fere consulatus; sella curuli, trabea candida, equis albis Prætor vtebatur, & vt Iuuenalis quoque testis est. Niuei ad frœna Quirites submittebant. Ceterum cum peregrinorum multitudo excresceret in dies, quæ in Vrbē confluebat, nequè vnus Prætor Romanis, ac peregrinis facere satis posset, alter creatus est, qui ius peregrinis diceret, peregrinus Prætor appellaretur. Aucto postea Romano imperio adeo creuit Prætorum numerus, vt decem, & octo aliquando Prætores in vrbe essent, a quibus ius diceretur. Interiectis deinde aliquot annis, ac redacta in potestatem Sardinia, Sicilia, Hispania, Narbonensi prouincia tot sunt creati Prætores, quot claræ Vrbes in Romanorum deditionem venere. Postea igitur quam Panormi cum clara vrbs per ea tempora esset, Prætorem Romani creauere semper a populo panormitano pertinaci studio seruatum est, vti ad præturam Conciues solum*

ex

ex equestri ordine deligerentur, qui magna pollerent prudentia, magnaquè essent inter Ciues omnes auctoritate præstantes. Insigne præterea regium illud hoc est Aquilam a Troiano Aenea in Italiam ante Romam conditam aduectum, quod & idem erat insigne Regum, & Imperatorum, & Prætorum Panormitanæ quoquè Ciuitatis insigne esse Romani Patres voluere. Hæc de Prætore Ranzanus. Vt videlicet ex tanta prætoriæ maiestatis dignitate apertè deducatur tantam existere Panormitani Prætoris excellentiam, grauitatem, ac auctoritatem, quanta Romanus Prætor in Vrbe polleret. Neque profecto ex Ranzano hæc dicente (*Igitur ex duobus his Romani magistratus veteribus, nobilibusquè nominibus Præfecti videlicet, ac Prætoris alterum sibi Roma Mater, alterum Panormus filia ad hæc vsquè tempora retinuit*) Neque, inquam, ex Ranzano hæc dicente inferas velim ita cum S. P. Q. P. Prætoris dignitatem a S. P. Q. R. fuisse communicatam, vt huiusce pars altera partim in Romano, partim vero in Panormitano Prætore elucere videatur; itaq; potius vtrobique imminuta dignitas, quam aucta; cum tota in Romano, tota in Panormitano Prætore non sit. Apagesis ne hoc dicas, haud scio, an hæc tua argumentandi ratio cauillatio sit, an vero appellanda dicacitas. Roma enim optima Panormi Mater fuit, cum quidquid dignitatis & gloriæ sinu foueret suo, totum id in Prætoris collato beneficio Panormitanæ Vrbi contulerit, atq; in vnum Reip. Panormitanæ gremium summa cum liberalitate congesserit. Quare quidquid grauitatis, quidquid honoris, quidquid auctoritatis in Romano Prætore suspexit antiquitas, totum id certè est in huiusce vrbis Prætore venerata posteritas. Enimuero si insignia sunt rectè dicenda ornamenta dignitatis, monumenta gloriæ, vexilla maiestatis, Romani Prætoris insignia, quæso vos contemplemur; hæc profecto ita magna apud Romanos habita, vt, cum ij summum Eumeno Regi Asiæ honorem conferre voluissent, Prætoris insignia contulerint. Quasi vero par sit Prætoris dignitas, ac Regis Maiestas. *Eumeni vero*, inquit Liuius, *conspiratio aduersus eum, fauorem apud Romanos fecit. Ita omnes in honore habiti, donaquè quam amplissima data cum sella curuli, atque eburneo Scipione*. De his ornamentis lege Cassiodorum, apud quem disertè multa, multa sapienter. *Liu. lib. 2. dec. 3.* *Cassid. l. 6. Epist.*

Vt ergo apertius, ex Romani Prætoris dignitate nostri dignitas elucescat nonnulla ex multis ornamentorum genera non grauabor hic suo breuiter ordine percensere numerando. Plura inuenio, sed ex pluribus hæc pauca decerpo.

Et primo quidem Fascium decus; quod plane nec exiguum est, nec

nec vulgare; cum tam Prætori, quam Imperatori, Consuli, Proconsuliue præferretur. Quo quid præclarius? ea tamen lege, quod Imperatorem duodeni fasces lauro cincti, totidem & Consulem at sine lauro. Proconsulem vero, ac Prætorem præibant seni; sed aurati, quales in vrbe Consules vsurparent. Hinc illud Claudiani in sextum Consulatum Honorij.

Aur. Victor in Diocletiano. Tac. lib. 13

...agnoscunt rostra Curules
Auditas quondam Proauis, desuetaq; cingit
Regius auratis fora fascibus Vlpia victor,
Et sextas Gethica præuelans fraude secures.

Erat huiusmodi Fascium figura. Detractis ex Betula arbore virgis ita securis occludebatur, vt eius acies in virgæ cacumine promicaret, aliqua vero pars circumductis vndequaquè loris operiretur. Quod eo consilio a maioribus factum testatur Plutarchus, vt innuerent magistratus iram in supplicio irrogando præcipitem non esse oportere. Quod si magistratus aliquando capitis sententiam proferret in quempiam, dum virgæ, securisquè soluebantur, eius indignatio aliqua saltem ex parte comprimeretur. Quod planè Fascium genus ab antiquis Prætoribus a S.P.Q.R. Panormum ablegatis dubitandum non est, quin vsurpatum, quin præmissum, quin explicatum; cum sit Prætoris dignitas cum Fascium dignitate cōiuncta. decursis vero sæculis Fascium decori successit Clauarum, ac Sceptrorum decus, vt vnusquisque & Prætorem, & Regium Senatum veneraretur, & coleret, studeretquè, ne quid indignum Prætore Panormitanam Remp. administrante perpetraret, quod suo sibi iure capitis supplicium vendicaret.

Plut. in probl.

Scipio. Non vulgare ornamenti prætorij genus. Et quidem eburneus Consuli ac vrbis Prætori communis. *Manet adhuc*, ait Volfangus, *vmbra eius ornamenti apud nos in his baculis, quo Prouinciarum præfecti, Ciuitatumque Prætores in publicis iudicijs vtuntur, potissimum vbi de sontibus sententia est dicenda.* Hoc Scipionis genus meminit Liuius. *M. Papirius vnus ex his, qui dicitur Gallo barbam suam, vt tum omnibus promissa erat, permulcenti, Scipione eburneo in caput incusso, iram mouisse.* Id notat & Claudianus.

Volfangus Lazius com. Rom. Reip. lib. 2. c. 3.

Lib. 5. ab vrbe.

Lib. 2. Gildonici belli.

Proh dolor, in Bocchi regnum sudauit vterquè
Scipio, Romano vicistis sanguine mauri.
Ille diu miles populus, qui profuit orbi,

Qui

Qui trabeas, & sceptra dabat, quem semper in armis
Horribilem gentes, placidum sensere subactæ.

Quo etiam ornamenti genere Panormi non caret Prætor. is enim cum primum ad Remp. Panormitanam administrandam solemni Sacramento, de more in aula prætoria publice obstrictus accedit, ac circumstantibus tam veteribus, quam nouis Senatoribus medius sedet, oblato Scipione potestatem, qua potitur, præfert suam. Quam plane etiam Prætoris potestatem augustissimo Dominici corporis Sacramento sacer aperit dies, quo die per Antistitem sacrosancta Synaxis de Hæresi ac mendacio triumphans orbem, ac vrbem obit, vrbemque religiosam donis exornat suis, Prætor per vrbem pedes Scipionem gestans incedit, quo summum ius, summamquè in Vrbe potestatem habere se se omnes docet.

Togæ prætextæ summum decus; cum inter summos Magistratuum honores & habeatur, & recenseatur. rectè quidem Ausonius, qui cum gratias & maximas, & immortales Gratiano Augusto de credita sibi Illyrici præfectura lætus haberet, hoc verum, dignumquè grato viro dicendi genus vsurpauit. *Supremus*, inquit, *ille imperij, & consiliorum tuorum Deus conscius, & arbiter, & auctor indulsit, vt sellam Curulem, cuius sedem frequenter ornabis, vt prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, vt trabeam non magis auro suo, quam munere tuo splendidam, quæ ab Illyrico sermonis dignitas honestauit, apud Gallias illustriora præstes.* Et ad id vestimenti prætorij genus videtur illud spectare Claudiani, *In paneg. 4 ad Honor. cõsulatum.*

Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor
Arcadius, captæ spolijs Babylonis onustus
Communem maiore toga signabitis annum.

Prætextam videlicet innuit, quæ maior erat toga, dignior scilicet, & magistratibus peculiaris, vt vnico comparatiuo omnes minores cum Togæ, tum Prætextæ hoc est Fusa, Arcta, Puerilis, & Militaris explodantur. Nec dubitandum, quin hoc ornamenti genere Prætores vterentur, cum ex M. T. Cicerone sic ea veritas deducatur, vt nullus relinquatur dubitationi locus. *Consul*, sic habet, *vngentis oblitus cum toga prætexta, quam omnes Prætores, ædilesquè tum abiecerant, irrisit squallorem vestrum*, hæc ille. *Postquam rediret in Senatum.* Quod vestimenti genus ita in pretio quidem habebatur, vt eo non magistratus modo, sed Reges etiam ornarentur. *Hoc Tullus Hostilius*, ait Plinius, *est*

Ii *vsus*

vsus qui profligatis Hetruscis sellam curulem, lictores, & togam pictam, atq; prætextam(quæ insignia magistratuum Hetruscorum erant) Romam transtulit. Iam in Reip. Panormitanæ Prætore tantum non desideratur decus, vt panormitana dignitas Romanæ dignitati ex æquo respondeat. Sic Togatum suspicimus vel cum ad Remp. capessendam electus accedit, vel cum ad publicos dies festos peragendos equo vrbem lustrat euectus.

Ius demum gladij non inter postremas Romani Prætoris enumeratur dignitates, quod gladiatorium a Liuio, Honorarium a iure consultis appellatur. De quo quidem non pauca Vulpianus, cum docet Præsidem post Principes maius imperium omnibus in prouincia obtinere. tanta enim in hac gladij potestate potestas elucet, vt vel hac ipsa tempestate, ait Volfangus, *in Feudis ab Imperatore tamquam ducale insigne tradatur*. Plura de Prætore subscriberem, sed qui plura Præfecti dignitatem in rerum romanarum Commentatoribus legat, cum Præfecti dignitas a Prætoris dignitate non distet. Et hæc in Panormitano Prætore auctoritas est, cum is subinde tanta potestate vti iure possit. Nec est, cur in ea demonstranda laboremus, cum hęc neminem lateat, omnesque, qui Prętoris dignitatem non ignorant, suapte sponte fateantur. Atque ex hisce, alijsq; ornamentorum generibus ita magnam extitisse prætoriam dignitatem perhibemus, vt iure cum ceteris semper in dignitate certarit; omnesque intelligant Romanam Remp. Panormitanæ Reip. Matrem totum id honoris, grauitatis, auctoritatis, quod in suo Prætore seruabatur, in nostro tandem Prætore collocasse. Et quidem Vrbs Panormitana sic inter omnes orbis terræ populos tam insignis, nobilisquè magistratus gloriam velut insigne quoddam hæreditarium a Matre Roma sibi datum & retinet, & seruat, vt prorsus nolit neminem posse ad id muneris obeundum accedere, qui ex patritio ordine non sit, qui magna prudentia non polleat, qui summa ceteros auctoritate non præstet. Tanta dignitas in tantum virum merito conferatur est necesse.

Li. 4. de. 5.

Lib. 2. com. Reip. Rom. Fenestel.

LIBRI SECVNDI FINIS.

PANORMITANA MAIESTAS.

LIBER TERTIVS.



De Panormitana Ciuium nobilitate generatim.

CAP. I.

Vera Ciuium nobilitas proponitur. conuincitur.



NOBILITATIS *triplex genus est*, ait Gregorius Nazianzenus, *alterum, quod supernè originem traxit; quod quidem si consideremus, omnes peræquè nobiles sumus, quippe ad Dei imaginem creati. Alterum, quod a sanguine proficiscitur, cuius ratione haud quidem scio, an quisquam nobilis dici possit, cum corruptione constet. Tertium a virtute, aut vitio agnoscitur, cuius vel vberius, vel exilius participes efficimur, prout, opinor, diuinam imaginem vel integrã seruauerimus, vel corruperimus. Atquè hanc demum nobilitatem amplectetur verè sapiens, ac Philosophus fuerit*. Hæc ille. Et reuera, vt loquar cum Hieronymo, *summa apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus, cum is reapse a Deo Op. Max. maximi habeatur non quem nobilitas generis, nec dignitas sæculi, sed quem deuotio fidei, & Sancta vita commendat*. Hæc itaque genuina nobilitas, hæc æstimanda permagno. *Stannum*, inquit Chrysostomus, *de argento egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum coloratum seruatur, Stannum autem foras expellitur. melius est de contemptibili genere clarum fieri, quam de claro genere contemptibilem nasci. Qui.n. de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius non est solius, sed communis videtur; qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius solius est; qui vero de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis solius eius non est, sed etiam generis. Qui autem de claro genere contemptibilis*

Orat. 18. — D. Hier. ad Celan. — D. Chrys. in Matth.

nascitur, omnis turpitudo est eius solius. Ideo melius est, vt in te glorientur parentes, quam tu in parentibus glorieris. Hactenus Chrysost. *Quid .n. prodest ei*, vt cum eodem loquar, *quem sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse .n. se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quod fuerit Noe filius? Quid nocuit Abrahæ, quod Patrem habuit Taram litterorum Deorum cultorem? nonne separatus a genere suo positus est in caput fidelium? vt iam non diceretur filius peccatorum, sed Pater Sanctorum. nec potuerunt eius gloriam sordidare paterni errores.* Sed quid memorem Sanctos Patres. vel ij ipsi fidei luce destituti hanc veritatem docent, confitentur, probant. *Pulchrius est*, ait Plautus, *nobilem virtute fieri, quam nasci*. & Menander. *Vir optimus non vtiquè est ignobilis*. & Iuuenalis sic cecinit ad rem.

D. Chrys. loco cit.

Plau. in Merc.
Menan.
Iuuen. Sat. 8.

Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri? pictos ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Aemilianos?
Tota licet veteres exornent vndiquè curæ
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.

Et demum, ne Senecam silentio prætermittam, qui hac de re præclarè vt cetera, sic habet. *Cum volueris veram hominis æstimationem videre, & scire, qualis sit, nudum inspice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia. Corpus ipsum exuat, & animum intuere qualis, quantusquè sit alieno, an suo magnus?* hæc Seneca. ac si dicat non ex fortunæ bonis, non ex splendore maiorum, non ex corporis habitudine, sed ex animi virtute germana petenda nobilitas. animus .n. est nobilitatis origo; quasi vero ad id Anthistenis alluserit, qui virtute præditos nobiles vocabat. *Habent*.n. inquit *id, vnde vera nascitur nobilitas*. vt luculentissime eorum pedibus iret in sententiam, qui maiorum imaginibus, aut diuitijs nobilitatem metirentur.

Sen. Epist. ad Lucil. 31

Laert. lib. sexto.

Iam licet Panormitanus ciuis suorum maiorum possit nobilitate gloriari, qua de infra, rectius tamen poterit virtute, quam colit, ac religione, quam seruat diligentissimè, gloriari. Ille .n. vtramquè sortitur. Et quidem nemo est, quem lateat ciuis Panormitani virtus. est vel ipso sole clarior. eam certe non annus, non ætas, non vlla inobscurabit obliuio. Splendorem ita profert suum, vt tenebras disijciat, vt ætatem moneat, vt annos doceat, suadeatquè ad integram, intactamquè semper hanc ciuium gloriam summa cum digni-

dignitate seruandam. Ita vero hoc de panormitana Vrbe dictum lectores sciant, vt certe nemini velimus vel quid hac dicendi oratione detractum. Sic vrbis panormitanæ virtutem dilaudamus, vt ceteras nullo pacto vel arguamus, vel vituperamus.

Populi itaque Panormitani pietas, ac fides, quæ est Christianæ Religionis fundamentum, ita in Deum Opt. Max. magna, ac ingens est, vt Idæa pietatis, ac fidei norma videatur. Christiana fides sic in vniuscuiusquè animo radices agit, vt pro ea seruanda & bona fortunæ profundat, & gladio ceruices libenter obijciat. Augustissimum dominici corporis Sacramentum ita deuotè percolitur, vt qua forte fortuna incedit, videas populorum agmina in compitis genibus innixa, vel

quantum oculi possunt seruare sequentum Aen. 6.

in domicilijs prostratas fæminas, in ludis literarijs cernuas puerorum manus. Verè dixeris omnia redolere fidem, redolere sanctitatem. Equo innixus Eques equo desilit, vt numen colat, rhedis prouecti Principes rhedas posthabent, vt summum cæli Principem ea, qua par est religione venerentur, consequantur. vt non immeritò præpotens rerum omnium Deus miris populum Panormitanum beneficijs exornet, carusquè vel cælo iudice, habeatur. nam, vt inquit Augustinus *Ille apud Deum plus habet loci, qui plus attulit, non argenti, sed fidei.* Lib. de ouib.

Hoc me loco tempus hortatur, vt singularem Panormitani Senatus pietatem in Eucharisticum numen non omittam. Ille vt ab omnibus panormitanam Vrbem vel supplicijs liberaret, vel scelerum vltricem Dei Opt. iracundiam, manumquè compesceret ex ordine proponendum id in vnaquaquè sacra æde decreuit, vt si forte in dies peccatum non secus ac si multiplex hydræ caput exurgeret, in dies etiam Sacrosanctum Christi Domini Corpus sub specierum clypeo latitantis, Deo iudici, vindicique obijceretur. Videris cateruatim confluere ciues ad tempum, vbi exponitur adorandum, altare ardere luminibus, organis, plectrisquè circumsonare omnia, peristromatis conuestiri parietes, pronos populos collacrumari. quatriduo itaquè illo sic mirus est Ciuium concursus, vt alter alterum vocet, & alter alterum tacita religione consequatur. Singulis quibusquè diebus adhortatio habetur ad populum. quoties inter dicendum Sacratissimi Sacramenti nomen ab Christiano oratore pronunciatur, toties astantes populi terram exosculantur quasi

peccatorum veniam ab summi Numinis Maiestate efflagitantes. Institutum sodalitium augustissimo Dominici corporis Sacramento sacrum, cui hæc est demandata prouincia, vt accensis cereis & cum exponitur, & cum absoluto quatriduo ab altari deponitur, præeant bini. In summa Vrbs tota Eucharistiæ Sacra. Et certè si Ciues intueare, ita Sacramentum venerantur, & colunt, vt accepto dumtaxat Sacramenti nomine lacrimas pietatis effundant. Si verò templa vel compta sericis, vel porphyreticis, politisue excitata lapidibus inspicias, quid profectò in ijs non pulchrum, non dignum, non admirabile? Ita hac felicissima tempestate, qua tempestate Eminentiss. ac Reuerendiss. D. D. Ioannettinus Doria Senatus purpurati decus, & Ecclesiæ Panormitanæ Archiepiscopus, templa in honore habentur, vt nihil sit, quod vltra videatur exoptandum. Templa sic olent pietatem, vt ad diuini cultum numinis inuitent. Dum Sacrosanctæ Eucharistiæ pietas in panormitano ciue florebit, meritò Lyrici illud vsurpare quis potest.

Horat. l. 3. Od.

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

Quid de pietate in Sanctos? lego Diuæ Christinæ aduentum fuisse mira Ciuium gratulatione florentem, atque ab Archiepiscopo Hugone fœstos dies in susceptæ Martyris honorem institutos. Quidquid.n. id temporis peractum est, vel temporum iniuria perijt, vel ita celebris extitit triumphus, vt quispiam vix potuerit exæquare scribendo. Nequè .n. abs re est inscriptum illud sepulchro Archiepiscopi Hugonis elogium.

Hugo Præsul primus Sanctam Christinam exaltauit.

vt posteritatis memoriæ commendaretur ita peculiares D. Christinæ honores fuisse ab Archiepiscopo Hugone collatos, vt eum omnino de D. Christina, deque Rep. Panormitana P.S.Q.P. benemerentissimum iudicarit; cum ad id explanandum hanc dicendi rationem vsurparit.

Hugo Præsul primus Sanctam Christinam exaltauit.

Lego itidem peractam ab vrbe panormitana celebritatem, vbi verum, germanumquè Sanctæ Nymphæ Panormitanæ caput (quicquid

quid blateret Ioseph Bonfilius contra fas, ac ius) ab Romana Vrbe suscepit. Non erit hic abs re inauditum Virginis triumphum vel rudi minerua describere, vt triumphantem de S. P. Q. P. pietatem contemplemur; itaquè omnium pietas elucescat; vt nemini hac de re dubitãdi relinquatur locus. Patrio sermone cõscriptus ad me ab D. Ierardo de Bononia nobilissimo Equite, ac omnibus omniũ virtutum generibus conspicuo delatus. Exscribere non grauabor, legere tu ne graueris. Sic exorditur. *lib. x. hist. Sic. p. 2. f. 665. mihi.*

Quando venne a Palermo l'auuiso come la Santità del Sommo Pontefice a prieghi dell'Eccellentissima Signora Contessa di Oliuares Vicereina di Sicilia gli concedette il Capo di S. Ninfa Vergine e Martire Palermitana, desiderato, e richiesto già si fa gran tempo dalla sua Patria ne fece tutto il popolo insieme, ed ogni Cittadino in particolare grand' allegrezza. E'l Senato poi d'hauerne rendute con le sue lettere le debite gratie, ed a Sua Santità che si degnò fargli total beneficio, ed a Sua Eccellenza per opera, e fauor della quale s'ottenne; pregò il Vescouo di Patti, ch'è nobilissimo Cittadino di questa Città, ed allora si trouaua in Roma a prender il carico di portarla, il quale per amor della Santa Compatriota, e della sua patria s'offerse prontissimo; e riceuutala per mano dell' Arciuescouo di Morreale, a cui perciò hauea fatto il Senato procura, e mandato scudi cinque mila, della qual somma vna parte si diede in limosina alla Chiesa di Santa Maria Monticelli, onde si trasse la reliquia; e l'altra hebbe a seruire per ispese de Sacerdoti, che per tutta la strada con lumi accesi l'accompagnarono; proueduto di tutto ciò che per condurla decentemẽte facea bisogno, con la sua famiglia si pose in camino, e venne per terra insino a Napoli, doue ritrouate le galee di Sicilia, fornì con quelle il rimanente del suo viaggio. In questo mentre si fe nella Città grande apparecchio per riceuere con solenne festa la tanta da esso bramata reliquia, e perche quando il Vescouo arriuò in Sicilia, non eran le cose tutte in ordine, quella si depositò nella Chiesa Maggiore di Termine, Città vicina di Palermo a ventiquattro miglia, doue fu con grandissima veneratione custodita, e per maggior decoro vi mandò il Senato nobili huomini, e Religiosi, perche le assistessono del continouo. le cose che per la festa si apparecchiarono, furon le sottoscritte.

Nella Strada Colonna, in quel largo, ch'è fra'l bastione del Trono, il Molo vecchio, il mare, e le mura della Città, sopra vn gran palco rileuato di terra, al quale si saliua per vn'ampia scala, si

fabricò

fabricò di legame vn magnifico teatro circondato d'alto a basso di molti ordini di scalini, da poterui su gran numero di huomini agiatamente sedere. Era il suo diametro di canne ventidue. Nel mezzo hauea vn Nicchione Isolato, di figura esagona ornato di colonne corinthie, con suo freggio, architraue, e frontispicio doue si vedeua vn'altare, al quale dal piano del palco, si ascendeua per dodici gradi. Sopra l'altare in vno sfondato, era finto in prospettiua vn Paradiso, col Padre eterno circondato di Serafini. Lontano dal sudetto nicchione per ispatio di canne otto sorgea così dall'vna, come dall'altra parte vn simil ordine di colonne Corinthie con tutti suoi finimenti, ed in quel di man destra era collocato il solio regale, nell'altro di rimpetto la sedia dell'Arciuescouo. Era tutto il teatro adorno di vaghe pitture, e sparso di bei motti, d'emblemi, ed imprese ingegniosissime. Hauea su la cornice intorno intorno certi vasi d'altezza di dieci palmi l'vno, donde parea ch'vscisser viue fiamme di fuogo. V'erano in più luoghi di molte belle statue, fra le quali due ve n'hebbe di palmi dodici l'vna, che rappresentauano S. Oliua; e S. Agata natiue ambendue di Palermo. Sotto ciascuna di loro si vedeua il suo Martirio maestreuolmente dipinto. E nel freggio del Nicchione erano scritte con lettere di oro questi versi.

Patria vitales hæc me produxit in auras,
Ergo erat ossa pio condere digna sinu.
Vsque diem clangore tubæ cum excita sepulchris
Excipient animæ corpora amata diu.

Sotto la statua di Sant'Agata si leggea.

Pro exiguo quam magna soror certamine palma
Ponitur, & sacro quantus honor cineri.
Lætor communis quia gloria, natæ in eadem
Nam patria, in cælo viuimus vnanimes.

Sotto l'imagine di Sant'Oliua.

Terrestrem thalamum quoniam despeximus omnem
Cælesti fixæ corde, animoquè thoro.
Et cælo, & terris pleno cumulamur honore,
Innuptæquè viris, nubimus ecce Deo.

In

In quella parte doue s'è designato far la porta, onde dalla strada colonna, la qual si distende fra le mura della Città, e'l mare s'entri nella via Toleda anticamente detta il Cassare, che fende come diametro à dirittura, e diuide essa Città in due parti eguali, si gittò vn pezzo di muro a terra come leggiamo essersi fatto alcuna volta in Roma, ed altroue in entrata di grand'Imperadori. E per ornamento di quell'apertura si pose di qua, e di là vn gran basamento finto di pietra serena e di marmi, ricinto di suoi cornicioni, con finimento di balaustri, e con tramezzi di piedistalli; sopra i quali vi erano alcuni gran vasi all'antica pari, e simili a quelli del teatro. Al fronte di esso basamentone, così dalla parte, che guarda strada Colonna, e'l mare, come da quella che si volge a via Toleda, erano due colossi finti di marmo, che figurauano i fiumi più celebri di Sicilia, li quali veniuano a congratularsi per la venuta di questa Santa con l'Oreto fiume, che riga il paese di Palermo. Ed vn di loro anticamente chiamato Himera, ed oggi fiume salso, oltre l'insegne che'l faceuano conoscere per quelch'egli era, tenea sopra di se vna tabella con questi versi.

Ó merito felix cælo es gratissimus amnis,
Cui Nympham sacra mittit ab vrbe Deus.
En ego qui salsus fueram dulcescere cæpi,
Cum tua nostrates Nympha reuisit aquas.

Vn'altro che gia si nominaua Lico, ed ora e detto Platina portaua questo scritto.

Viscera montis ego liquidus sub dura penetrans
Audiui. ad patriam Nympha suam redijt.
Præstare obsequium veni ergo citissimus amni,
Cui tales flores aura superna parit.

Il terzo era la Giarretta, che gl'antichi appellaron Teria, il qual così parea che dicesse.

Inter trinacrios extollor maximus amnes,
Tuquè perexiguis in mare curris aquis.
Cedo tamen, redijt postquam tua Nympha Panormũ,
Nam micat in modicis gloria maior aquis.

Il quarto era il Palermitano Orero da Greci, e latini scrittori Eleutero nominato, che pieno di allegrezza mostraua cantar questi versi.

Clarus aqua Eridanus, rutila lætetur arena
 Hebrus, se auratus tollat ad astra Tagus.
Inuideo nulli dum tu cælestibus ornas
 Fronde, ac flore meum cælica Nympha caput.

Sosteneuano i doi basamenti, due grandi obelisci di cento palme d'altezza l'vno, finti di graniti d'Egitto, con molte borchie d'oro, ed vna gran palla dorata in cima, e pieni per ogni verso di gieroglifici, che faceuano in lode della Santa vna continouata, e bella oratione, la qual porgeua gran diletto a gli huomini scientiati, e nell'vno si leggeuano questi versi.

Ardua debuerat solido de marmore moles
 Surgere in aduentu cælica Nympha tuo.
Temporis hoc prohibet breuitas, operosa voluntas
 Saxea cum nequeat ponere, picta locat.

Nell'altro era scritto.

Spreuisti magnos vani Genitoris honores,
 Et miser humanas quas colit orbis opes.
Non tamen exiguum contemnes pignus amoris,
 Quod tibi sincero Patria corde dicat.

Di contro a quelli sul lito del mare in guisa che si vedesse da tutta la via Toleda, e da tutta la strada Colonna sopra vn piedistallo alto quaranta palmi con la proportionata larghezza d'opera Corintia s'ergeua vn'obelisco alto palmi cento venti del color medesimo, ed ornato medesimamente di borchie, e palla d'oro, se non che in vece di gieroglifici, hauea come soprapposti, o intersiati varij ripartimenti trasforati per metterui dentro la notte molti lumi. su gli sporti del piedistallo erano quattro Aquile reali indorate, arme di Palermo, d'altezza ogn'vna di palmi dieci. In quella fronte di esso piedistallo, che guardaua la Città, era in campo di fin'azurro con lettere d'oro questa iscrittione.

Nymphæ Virgini Sanctissimæ, atquè integerrimæ,
Martyriquè Inuictissimæ, Ciui Panormitanæ nobilissimæ, dequè hac sua Patria benemerentissimæ S.P.Q. P.
Amoris,& honoris ergo D.

Vn'altra ve n'era alla parte contraria riguardante il mare, del tenor seguente.

Panormitano splendori Nymphæ Virgini,
ac Martyri Sacer.

A gli altri due lati, erano due bellissime quadri di pittura, alti ogn'vno palmi venti, nell'vn de quali si vedea ritratta la strada Colonna co' sudetti edifici, e la galea che portaua la Santa reliquia intorniata da molti Angioli, alcuni de quali reggeuano il timone, altri parea che la spingessero auanti, altri racogliendo in certi vasi, che teneuano in mano il sangue, che vsciua dalle piaghe del Signore, il qual di sopra vna bianca nube riguardaua con benigno volto la religiosa Città, quello versauano sopra di lei. Nell'altro quadro si vedea portata processionalmente al Duomo, come hauea d'andare la reliquia, ed in aria l'anima della Santa con molte vergini sue Compatriote, e paesane in compagnia, d'intorno al quale volauan pure Angioletti, che sopra la reliquia, e'l popolo, che l'accompagnaua con diuerse attitudini, spargeuan fiori ad ambe mani.
Sotto il primo quadro eran questi versi.

Expectata diù Patriam Sacra Nympha reuisum
En venit, appellunt litora amata rates.
Fundite corde preces, humiles occurrite Ciues
Conciui, vestrum est Trinacriæquè decus.

Sotto il secondo eran questi altri.

Ossibus in terris habito lætaris honore
Sancta anima exultas, & venerata polo.
E cælo superi conspergunt floribus omne
Ecce solum, cineres, te Sociante, sacros.

Nella Chiesa maggiore in vn quadrato di palmi cinquanta, dou'e'l coro destinato per li diuini vffici, si edificò vn nobil suggesto,

che nella fronte dauanti hebbe vn ſuntuoſo altare, al quale ſi aſcẽdeua con ſette ſcalini ornatiſſimo d'infinite reliquie. Al lato di quello eran due ſcale ampie, che ſaliuano all'altro grado, ed eran terminate da due ſtatue di palmi dieci d'altezza, l'vna delle quali ſignificaua la vita attiua, e l'altra la contemplatiua poſte ſopra due piediſtalli, e col medeſimo diritto lontane da eſſe circa dieci palmi, erano ne i canti a pilaſtri, che terminauano il coro della naue poſte due ſtatue di palme ſedeci, le quali teneuano con vna mano vn panno cremeſino ſtellato d'oro, che cadea dalla ſuperficie dell'arco moſtrando ſcuoprire il ſuggeſto, e con l'altra due gran torcioni acceſi, e nell'orlo intorno alla caduta di detto panno ſi vedeuano alcuni puttini alati, che gli faceuano vagha ghirlanda.

Aſceſo queſto primo ordine all'altezza della ſuperficie dell'altare, era vno ſpaſſeggiatoio di ſei palmi, che giraua intorno, doue in mezzo al dritto dell'altare hauea vna ſcala terminata da quattro piediſtalli, e quiui erano quattro ſtatue d'otto palmi ogn'vna con varie ſorti di attitudini, ed a canto a quelle ſi dalla deſtra come dalla ſiniſtra parte tre ſtatue della medeſima altezza, le quali di grado in grado ſtauano ſi ben poſte, che belliſſima viſta faceuano le virtù compagne della vita attiua, e della contemplatiua; ogn'vna delle quali teneua il ſuo motto eſprimente la proprietà di eſſa virtù cauato dalla ſacra Scrittura, o d'alcuni de ſanti Dottori, e nel zoccolo hauea dipinta qualche bella ſentenza figurata alludente alle virtuoſe azzioni della Beata Ninfa. Sopra quella ſalita ſi trouaua vn'altro ſpaſſeggiatoio di cinque palmi dou'era il luogo, nel quale hauea a collocarſi la reliquia. Queſt'era di forma quadrata, e di compoſition corintia, la ſua fronte di larghezza di trenta palmi, nel mezzo hauea l'entrata di larghezza di palmi dieci. le ſue pilaſtrate poſte ſopra vn'ornato baſamento di varie pitture reggeuano due gran nicchi contenenti due ſtatue di dieci palmi, che ſignificauano la Fortezza, e la Temperanza. Seguiua poi ſopra il ſuo Architraue freggio, e cornicione, e rileuato, e diligentemente colorito ſopra ogni diritto di pilaſtro ſi appoggiaua vno ſcudo con arme in eſſo dipinte; ed eran l'armi, quella della Città, e quelle dell'opera della Chieſa, e nel mezzo di loro quelle di S. E. e quelle di Monſignor l'Arciueſcouo. Sopra il cornicione di detto primo ordine ſeguiua il ſecondo con le corriſpondenti pilaſtrate, le quali ancora teneuano due nicchi con altre due ſtatue della Giuſtitia, e della Prudenza, nel cui finimento ſi vedeua queſta iſcrittione con gran lettere d'oro.

Nym-

Nymphæ Panormitanæ Ciui Clarissimæ,
Sanctissimæquè animi excelsi, atque inuicti
Martyri celeberrimæ eximijsquè virtutibus
Virgini ornatissimæ. D.

Sopra il finimento della cornice si vedeuano in tre grandi scudi l'armi di S. Santità, della parte destra a piombo d'vna nicchia, quelle di S. Maestà, alla sinistra sopra il diritto dell'altra, e nel mezzo l'insegna del Martirio di Santa Ninfa.

Nella sommità di tutto quest'ordine si rouesciauano indietro, certi mensoloni, che dauan forma ottogona ad vna cupoletta con ordini sopra i costati di falcole, e doppieri senza nouero, nella cui cima era vn lanternone di ordine composto, che faceua finimento alla superficie del suggesto, il quale dal principio della base veniua ad istendersi in alto palmi ottanta. Il luogo doue s'hauea da riporre la Santa reliquia, che per seguire l'ordine della fronte fu lasciato, era di questa maniera.

Entrando nell'arco, che si disse di larghezza di palmi dieci si trouaua vno spatio di venti setti palmi di quadro con tre altre aperture, doue intorno alle pareti interiori eran quattro nicchi con quattro statue di dieci palmi l'vna, che rappresentauano Mamiliano, Golbodeo, Eustochio, e Procolo, Santi Palermitani compagni, ed amici della gloriosa Ninfa. Sopra il finimento de nicchi, seguiua ordine d'architraue, e cornice, ed vna volta compartita in quattro lunette, in cui si videuan di pittura tre figure rappresentanti la Fede, la Speranza, e la Carità, ed vna iscrittione che faceua il compimento de quattro spatij, le cui parole eran queste.

Nympham cælestem, Panormitanamquè Ciuem
Læta excipit sacrarum ædium maxima, dequè
Optatissimo aduentu quam maximè gratulatur.

In oltre si preparò vn magnificentissimo carro, sopra il quale hauea da farsi condurre a guisa di trionfante la gloriosa Martire nel ritorno che far douea nella sua patria.

Di più si diè principio a far dentro mare presso al teatro vn gran ponte; ma riconosciuto il fondo, si trouò quello esser si basso, che bisognaua per poterui accostar la galea, tirar la fabrica tanto in fuori, c'haurebbe corso pericolo. laonde si per questo, come anco per nó rinouellar la dolorosa memoria della rouina che succedette

gia sono trent'anni, si fe deliberatione d'ornare il ponte di pietra fatto nella venuta dell'Eccellentissimo Signor Conte di Oliuares.

In tanto che alle sudette fabriche con sollecitudine si attendeua; si prouuidde all'altre cose, che poteuano abbellire, e magnificare la festa.

E primieramente, accioche à si fatta sollennità si desse principio col fauore, ed aiuto del Re Nostro Signore andò il Senato a supplicare il Principe, che Sua Maestà ne rappresenta, volesse per maggior gloria, e seruitio di Dio, e della Santa, e giubilo vniuersale del popolo, nel giorno della festiua entrata liberar cento pouerelli di priggione, parte de quali si trouasse ritenuta per casi di rispetti, doue ha luogo con l'equità della giustitia, la clemenza del Principe, e parte per estrema pouertà non potendo hauer modo alcuno da soddisfar piccioli debiti. la qual dimanda ottēne dalla benignità di S. E. la desiderata risposta.

Scelse dalla più fiorita nobiltà dieci Caporioni, due per ogni Quintiero, così chiameremo le regioni della nostra Città, per esser' ella diuisa in cinque parti, che sono loggia, Chalza, ferarcadio, Albergaria, e Cassare, ogn'vna delle quali ha vn Giurato, vn Maestro di Piazza, ed vn Giudice Idiota, eccetto il Cassare, il quale però che fù il primo habitato, e quello che in se comprese tutta la Città, ne tien due per segno di preeminenza. In questa regione e quella famosa via che ora per memoria del Signor D. Garzia Toledo, che marauigliosamente la nobiltò, e come dicemmo appellata Toledo, e prima di tutta la Contrada il nome si appropriaua. Ciascun de Caporioni hebbe cura di far nella sua regione vna gran Compagnia di gentil'huomini, e di Cittadini honoreuoli, che'l giorno della processione venisser tutti ben'in ordine con accese torcie in mano ad accompagniar deuotamente la reliquia. E dando esso cominciamento all'opera, ed essempio a gli altri con la sua liberalità a corre tanta limosina, che se ne fabricasse vn certo palco portatile, che Pegma era chiamato da gli antichi, sul quale con figure grandi scolpite del naturale, s'hauea da rappresentare vn de miracoli, ed altri memorandi fatti di Santa Ninfa, e se ne facesse vna ricca, e bella coltre, la qual se le douea offerire.

Ad altri venti Caualieri pur de principali, si die carico d'apparamentar tutta la strada per la quale hauea la processione a passare. L'apparato della Chiesa maggiore si commise al Vicario Generale. Quattro furon i Deputati, caualieri, altri sì e Baroni di molto riguardo a prouueder che durante la sacra pompa non fosse nella

strada

ſtrada impaccio, o nella proceſſione diſordine, o ſcompiglio veruno,e che vi ſteſſero la notte del continouo acceſi lumi, e ſempre vi ſi faceſſe diligente guardia.

Cinquanta principaliſſime dame s'offeriron a veſtire in honor della Santa chi due,chi tre,e chi quattro pouere fanciulle,e preſerſi penſiero d'eſſortar l'altre gentil donne a far il ſomigliante.

S'eleſſer due Signori perche quando foſſe l'apparecchio in ordine a guiſa d'Ambaſciadori,andaſſero a Termine in nome del Senato,e del popolo a far alla Santa humil riuerenza; ed in compagnia di Monſignor di Patti,che iui a quel tempo hauea da ritrouarſi, leuarla quindi, e condurla honoreuolmente alla patria.

Si ſcriſſe a quei Signori del Regno,che ſi trouarono aſſenti dalla Città,pregandoli ad honorar con loro preſenza la feſta,i quali (eccettuatene alcuni pochi che furono o da magiſtrato, che in altra Città eſſercitauano,o da infermità,o d'altro graue impedimento ritenuti) venner tutti corteſemente,e chi non venne o mandò perſona in ſua vece, o nobil preſente,o di qualche altro modo fauorì la ſollennità.

Si fe lo ſteſſo con le Città del Regno;da ogn'vna delle quali venner gentil'huomini ad honorar la Santa Vergine honor e gloria di tutta l'Iſola,e di alcuna di eſſe ancora mandò a preſentarle magnifichi doni.

Fu fatto intender a ſuperiori de Conuenti della Città, li quali ſenza i Padri Gieſuiti,Monaci Caſſineſi, ed Oliuetani, che non ſogliono venire a proceſſione, aſcendono al numero di diciotto, ed alle Badeſſe de Moniſteri,li quali ſon'altritanti, che voleſſer ogn'vno,ed ogn'vna di loro far acconciare ſopra vn ricco palco portatile vn reliquiario con l'imagine del ſuo Santo Patriarca di rilieuo in compagnia d'altre ſtatue con qualche diuota, e piaceuol inuentione.

Furon pregati a far il medeſimo i ſudetti Monaci Caſſineſi, ed Oliuetani, e tutti dimoſtrarono voluntà, e prontezza di venire,ma poi non vennero i Caſſineſi, perche vdirono, che da gli Oliuetani ſi pretendeua la precedenza.

A Gouernatori di quelle più regolate Confraternità di ſecolari, le quali a diſtintion dell'altre,ſi chiamano Compagnie,che paſſano il numero di cinquanta ſi die cura di far che la ſua Compagnia mandaſſe alla proceſſione vn ricco ſtendardo, con l'arme di eſſa portato da huomo a cauallo, veſtito del color e, drappo medeſimo dello ſtendardo.

A Rettori dell'altre Confraternità non così ristrette a certe regole, il numero de quali e pari a quel delle Compagnie, si commise che ciascuna di loro facesse vn'ornata, e ben acconcia barella con la statua del Santo suo protettore.

Si preparò tutto ciò che fa di mestieri per vn bel corso di palio.

Si fabricò vna bell'arca d'argento di figura ouale lunga palmi sei con l'imagine della Santa in cima, e con l'arme della città intorno tutta d'argento per dentro porui la Sacra testa.

Chiamò il Senato i Consoli, e capi delle nationi, e pregolli che con più notabile splendidezza, che mai per l'addietro s'habbiano dimostrata, si accingessero a fauorirla in si grande occasione, tra le quali prontissima innanzi ad ogn'altra, e generosissima si dimostrò la nation Fiorentina, benche quanto al numero delle persone sia la minore di quelle, che in questa Città trafficano; la qual in via Toleda presso a piazza Bologna edificò vn arco trionfale di marauigliosa bellezza, e non men suntuoso, che bello, di che fu da tutti sommamente lodata, e s'acquistò l'amore e gratia vniuersale.

L'arco di costoro fu d'ordine Corintio. la sua proportione e larghezza si diste, e quarantaquattro palmi, e dal piano di terra insino alla più alta superficie s'alzò cento. l'apertura fù di venti palmi larga, ed alta quarantaquattro. Il basamento era per ogni fianco dodici, i quai fianchi erano alti da terra altretãto. e sopra ogn'vno posauano alla fronte due colonne Isolate con contra pilastri, nel mezzo de quali ciascuna haueua vna nicchia, e fra le colonne si alzaua vn piedistallo, doue posauano statue di dodici palmi.

La grossezza del viuo dell'arco era palmi dodici, ed il risalto delle fronti del basamento, era per ogni parte palmi sei, hauea freggio, architraue, e cornice superbissima.

L'opera mostraua esser di marmo bianco. L'istorie, basi, capitelli, ed altri ornamenti, parean di metallo indorato, le colonne, i freggi, e gl'interualli erano finti di lapis lazaro venato d'oro.

Ne due basamenti della parte dinanzi, che guardaua verso la marina, si vedeuano due storie. In quello della parte destra era dipinto l'antico tempio di Firenze gia dedicato a Marte, ed oggi a San Giouambattista; il qual Santo parea che di sù la cupola scacciasse il falso Dio Marte, ch'era vn Diauolo armato nella maniera che solea dipingersi quel buggiardo nume, e vi si leggeuano i sottoscritti versi.

Iam tristes abeant tenebræ, procul este prophani.

Abe-

Atherium nostra fulget in vrbe iubar.

Sopra il detto basamento si rileuaua il piedistallo: infra le due colonne si vedea finta di marmo vna statua di dodici palmi rappresentante la Città di Firenze in atto, che si allegrasse della gratia conceduta alla Città di Palermo, com'esprimeua con questi versi.

Est mihi Roma parens, Genitrix ego Præsulis Vrbis
Supremi cui sunt credita iura poli.
Gratulor optata donatam ciue Panormum
Roma, & Romanus quam dat habere Pater.

Sopra la detta statua nell'intercolunnio era dentro vn bello scudo bianco il giglio rosso, arme di Firenze con questi versi alludenti pure alla Santa.

Albenti roseum, quod germen in orbe rubescat
Candida quod se se lilia rubra ferant.
Alba tuæ, scelerisquè, & labis nescia mentis
Munera sanguineo sparsa colore notant.

Dalla parte sinistra era dipinto vn Angiolo, che dal ponte vecchio di Firenze, gittaua l'Idolo di Marte nel fiume Arno, e vi si leggean questi versi.

Dextra adsis, tandem Patriam tutare, paretur
Vrbibus a vero numine verus honos.

Sopra il detto basamento corrispondente alla statua di Firenze si vedeua vna statua di somigliante materia, e grandezza, che significaua la Città di Fiesole anch'ella in atto di congratulatione con questi versi.

Vera refert generis me auctorem fama sicani
Præclarum siculis nomen, & vnde genus.
Dum plenis vrbs læta meam decernit honorum
Muneribus sobolem tollere, & ipsa feror.

Sopra la nicchia della statua di Fiesole dentro vn'altro scudo, era dipinto vn Leone antica insegna pur di Firenze, che chiamano

mano il Marzocco con questi versi.

Vsque adeò fera magnanimo stat pectore, vt omnes
Quamuis impauidas terreat ore feras.
Vicit, & illecebras, sæuasquè audentior hostis
Insidias animi vis generosa tui.

Più alto nel mezzo dell'architraue era vn grande scudo con le palle rosse in campo d'oro, arme del casato de' Medici con questi versi alludenti all'armi, ed alla Santa

Tincta ex hostili victricia signa cruore
Virtutis monumentum aurea mala rubent.
Candida quæ firmo viguit tibi pectore virtus,
Candidior pulchræ est facta cruore necis.

Sopra l'architraue nel second'ordine, dentro vn gran tabellone erano a lettere d'oro scritte queste parole.

Nymphæ Virgini Panormitanæ Sanctissimæ
Florentini Religionis, & Sacrorum cultu nobilissimi
Pleno animo in Vrbem officij in Diuam pietatis
A. T. I. PP.

Sopra il viuo del risalto del cornicione erano due statue alte dieci palmi l'vna, quella della destra significaua la Sapienza, quella della sinistra l'Humiltà, come dimostrauano all'insegne, che teneuano in mano, ed i motti che vi si leggeuano esprimenti la proprietà loro, tutta da sacri auttori.

Sopra il dritto del vano, e grossezza delle coscie dell'arco di la doue finisce la cornice nella quale era il tabellone si vedeua alzare vna cupola a somiglianza di quella del Duomo di Firenze.

Dall'altra fronte dell'arco, incominciando da basso, nel piedistallo era dipinta vn'historia, nella qual si vedeua la traslatione del corpo di San Zanobi Cittadino, ed Arciuescouo di Firenze, e'l miracolo che fece allora passando il suo corpo accanto vn'olmo secco, che subito rinuerdì, e vi si leggeuano questi versi alludendo pure alla translatione di questa Santa.

Sentit virtutem exiccata cadaueris arbos,
Datque comas; tantum numina sacra valent.

So-

Sopra questo vi era l'effigie del medesimo Santo rappresentata in vna statua finta di marmo come quelle di Firenze, e di Fiesole, e della medesima grandezza in abito di Vescouo con questi versi.

Memphiticis cuperet gens nostra operosa columnis
Ponere,& æternis marmora cæsa notis.
Deniquè magnificis quibus exornare triumphis
Te velit immensum non valuisse dolet.

Sopra la nicchia come per riuerso del giglio rosso era dipinto la via lattea col motto.

Ex lumine candor.

Nell'altro piedistallo era dipinto vn Sant' Antonino cittadino anch'egli ed Arciuescouo di Firenze, che daua vna veste ad vn pouerello con questi versi.

Hic aurum, vestemquè inopum largitus in vsus,
Hæc nos ætheria Diua iuuabit ope.

Sopra vi staua il medesimo Santo Antonino rappresentato in vna statua finta di marmo, pari a quella di San Zanobi, vestito ancor esso da Vescouo, ed hauea questi versi.

Iure sacro Assirijs flagrent & odoribus aræ,
Quos felix terra diuite mittit Arabs.
Iam patrium numen tibi Fortunata Panorme
Quod foueas,& quo nunc fouearis habes.

Sopra la nicchia di questo Santo come per riuerso del Marzocco era dipinto il Sole nel segno del Leone con questo motto.

Cum forti fortior.

In fronte del cornicione per riuerso dell'arme de' Medici eran dipinte sei stelle col detto.

Iudicium fallit distantia
In magnitudine.

E sopra questa impresa era vna iscrittione simile a quell'altra, ma con queste parole.

Florentia omnium Hetruriæ Vrbium caput, & Princeps
Panormo iure necessitudinis coniuncta Diuæ Nymphæ
Panormitanæ ab Vrbe in Patriam reditu læta.

Questa iscrittione veniua con l'altra a far base alla Cupola, accanto alla quale sopra i dritti di San Zanobi, e di Sant' Antonino eran' alte due statue di dieci palmi d'altezza, vna delle quali rappresentaua la Prudenza, l'altra la Purità con l'insegne, e motti cauati da sacri libri.

Nella grossezza dell'arco dalla parte di dentro, vi era da man destra vn quadro grande, nel quale si vedeua il presente sommo Pontefice con molti Cardinali, ed altri Prelati intorno, che presentaua il capo di Sãta Ninfa alla Città di Palermo ad istanza dell' Eccellentissima Signora Contessa di Oliuares. Il che si esprimeua ancora per le sottoscritte parole.

Benignitate Clementis Octaui Florentini Pontificis
Maximi Mariæ Pimentel. Proregis Siciliæ
Vxoris opera S.P.Q.P. Nymphæ capite donatur.

Sotto quel quadro nel Zoccolo della cimasa a basso si vedeuano molti Sacerdoti antichi, de quali alcuni parea che osseruassero il volo degl'vccelli, altri guardauano interiora di vccisi animali, ed altri offeriuan vittime con questo motto.

Tusci sacrificijs semper dediti.

Dall'altra parte era dipinta la Canonizatione di S. Ninfa, che si fe in Roma, e vi si leggeuan queste parole.

Ioannes I. Hetruscus totius veræ Religionis Pastor
Nympham vitæ sanctimonia probatam, superis sociam
adscripsit.

Sotto nel Zoccolo si vedeua il monte Vaticano col tempio, e palazzo di S. Pietro illuminato da molti raggi, che intorniauano vna colomba, e vi si leggeua.

Nunc

Nunc diuum Hetruria verax interpres.

Nell'isteſſa volta dell'arco era ſignificata con molto ſplendore la gloria celeſte, onde vſciua gran lume, che illuſtraua i volti de due ſommi Pontefici dipinti giù ne i ſudetti quadri, e quei de Prelati e Signori circoſtanti: coſa vaga, ben imaginata, ed ottimamente poſta in eſſecutione.

Per queſta magnanima corteſia, che vsò la nation fiorentina, eſſendo Conſolo di quella Bernardo Saluetti gentil'huomo per la ſua bontà e gentilezza meriteuole d'ogni honore, fece il Senato vn publico atto, nel quale eſprimẽdo l'obligo, che perciò egli l'e ſempre per hauere ſtabilì che fra tutte le nationi, ella da quindi innanzi haueſſe in Palermo a precedere, ſalue pero ſolamente le raggioni della nation Catalana, con la quale ha queſta Città per antichi riſpetti grandiſſima corriſpondenza.

Poiche il ſudetto apparecchio fù in punto. fe il Senato da publico banditore a ſuon di trombe, e di tabali per tutta la Città notificare il giorno deſtinato all'entrata, il quale con altri quattro fu feriato e ſolenne; e vietoſſi per quel tempo il comparir in publico cõ veſti lugubri. ed eſſortaronſi tutte le genti ad onorar, ed incontrar la Santa con verace diuotione; e publicoſſi l'Indulgenza plenaria mandata dal Pontefice per chiunque con lume acceſo andaſſe ad accompagniar la reliquia, e ſi publicò inſieme il guidatico cõceduto dal Vicerè a tutti debitori, da potere per quindici giorni ſecuramente pratticare, affinche a ciaſcuno fuſſe lecito godere di tanto ſpiritual beneficio.

Il giorno aſſegnato fù il quarto di Settembre, nel qual tempo cõcorſe incredibil quantità di gente di tutto il Regno; ma ſi differì la giornata per le pioggie, che furon grandiſſime.

A ſette dell'iſteſſo Meſe ſi partì per Termine il Conte di Gagliano che fu l'vno de Signori eletti ad andare a prender la reliquia. Il Marcheſe di Giarratana, ch'era l'altro, non puotè andarui ritenuto a letto da graue infermità. Fu il ſudetto Conte accompagniato fin'alla marina, doue s'imbarcò, dal Senato, e da tutta la nobiltà a ſuon di trombe, e di tabali con gran giubilo, ed allegrezza.

Concioſoſſeche le galee di Sicilia per ſeruitio molto importante alla Criſtianità ſi trouaron lontane, fu poſta in ordine vna galea, che ſola era qui rimaſta, e ſi dipinſe di color bianco, e ver-

miglio,ed ornossi di fiamme,e stendardi de i medesimi colori con l'imagine,e con l'insegne della Santa, e comandò il Senato, che si dipingessero, ed ornassero di stendardi a quel modo ancora cento filuche per accompagnar la galea.

Ad imitation di quelle quante fuste,bregantini,fregate,gôdole, filuche,ed altre sorte di Vasselletti si ritrouauano in porto, che ve se ne trouò vn numero quasi infinito, furon tutti da lor padroni dipinti, e parati all'istessa guisa, e su quella galea così accompagnata se ne andò a Termine il Conte di Gagliano,doue trouò che Monsignor di Patti era della sua Diocesi venuto due giorni auanti. Il di seguente concorse tutta la nobiltà, e'l popolo così d'huomini, come di donne alla strada colonna, se bene il vento, ch'era impetuoso, e contrario toglieua la speranza che la galea potesse venire.Ma il Vescouo, e'l Conte che ben sapeuano con quant'auidità erano aspettati presa con diuota compagnia di religiose persone la santa reliquia dal luogo,dou'ella era depositata la condussero in su la galea doue quando s'imbarcò si sentirono dalla fortezza di quella Città sparare molte artegliarie. E non ostante il mar grosso, e'l vento auuerso fecer prodeggiando tanta forza, ch'essendosi partiti a hore sedici a vent'vna furon sopra Mongerbino a vista della Città.

Non può imaginarsi l'allegrezza,che si fece in Palermo,quando fù la galea discoperta;tutto il popolo con liete voci la salutò;e percosse in vn tratto le campane di tutte le Chiese riempiron l'aria d'vn festeuole marauiglioso rimbombo.

In questo succedette cosa, che fu communemente attribuita à miracolo; cioè che doue il vento soffiaua gagliardo da prua, in vn punto,e soauemente cominciò a spirar da poppa; quasi che la Santa Vergine indiscoprendo la sua patria volesse affrettare il venire, il che fe raddoppiar la diuotione, e la festa. Era si bello spettacolo il veder la galea circondata da mille schiere di bei legnetti dipinti, ed ornati tutti a vna diuisa nella maniera sudetta; ch'essendo la Città solita vedere squadre, ed armate di galee fu stimato questo per la nouità di gran lunga più vago,e piu diletteuole.

Si vedea tutto il mare sparso d'ornati nauicelli; tutta la strada Colona piena di genti; la quale perche non fusse più capace, e potesse staruisi con aggio, e senza pericolo, si prohibì sotto graue pena l'accostarui per quel giorno cocchi,o caualli. Nel teatro hauean luogo insieme col Clero tutte le persone religiose, le mura della Città, le quali da sommo ad imo haueano scalonate,sosteneuano

uano gran numero di persone. Et sopra l'istessa muraglia in vn lungo salone fatto di legname sontuosamente apparamentato in compagnia della Signora Vicereina stauano assise le Signore, e Dame principali del Regno. Si che per tutto doue l'occhio si riuolgeua, prendeua nuoua, ed inestimabile contentezza. Era molto piaceuole ancora la gazara, che di mano in mano appressandosi con isparar archibugi, e smerigli, e sonar timpani, naccari, e trombe, ed altri allegri strumẽti veniuan facendo le barche intorno alla galea; la qual quando si accostò al ponte in capo al qual'era vn bell'arco trionfale con l'imagine della Santa, e con l'arme del Papa, del Re, del Vicerè, e della Città, si fe da baluardi vicini, e dalle naui, ch'erano in porto vna bella salua. Mancouui quella che far doueua Castellammare per la rouina pochi giorni auanti caggionata dall'incendio della munitione.

Si trouò quiui accompagniata dal Senato, da Signori, e da tutti Magistrati S. E. la qual diuotamente accolta la santa Reliquia, e postola in quel ricco vaso di argento, che dianzi si disse, la condusse al teatro, doue fu dal Vescouo di Patti con molte cerimonie, publici istrumenti consegnata in mano dell'Arciuescouo di Palermo. E quando si fe quell'atto di consegnatione, e che l'Arciuescouo standosi diuotamente inginocchiato ciascuno, s'inchinò ad adorarle, si sparò di nuouo gran quantità di artigliarie. E poi cantatoli da vn coro di più di cento eletti Musici alcuni sacri versi, e nel solio per lui preparato assiso il Vicerè, e di contro nel suo l'Arciuescouo, insieme col Vescouo, il Senato, e i Magistrati a lor luoghi; fu recitata in lode della Santa vna oratione, che per l'ampiezza del luogo, e per lo romor che faceua ondeggiando il popolo, mentre che molti si sforzauano d'appressarsi per poter' vdire, puote poco, e da pochissimi esser vdita.

Finite le sudette solennità insieme col giorno, fu la santa Reliquia portata nella Chiesa di Santo Erasmo iui presso della Città, doue stette la notte custodita, e visitata continouamente da molte diuote persone. ed in quella notte si come nell'altre seguenti si fecero per tutta la Città, e particolarmente in istrada Colonna, ed in via Toleda, nelle fenestre, e su i merli delle case, e giù a basso in terra grandi, e continoui fuochi.

Il giorno appresso molto di buon'hora si portò nella sua cassa di argento il corpo di Santa Cristina gloriosa protettrice di Palermo alla Chiesa di Santo Nicolò la Calza per esser vicina di strada Colonna, dou'ella douea vscire ad incontrare la Vergine, e Martire

sua

ſua Compagna,che veniua di fuori. E ſi die principio ad apparar via Toleda, il quale apparamento eſſendoſi cominciato parecchi giorni auanti s'era diſmeſſo per le pioggie, che ſopraueñnero. Ma fu coſa mirabile il veder fatto in iſpacio di due hore, quello di che pareua malageuole poterſi venire a capo in vn meſe. Percioche quella belliſſima via,la quale ſi diſtende in lunghezza oltre ad vn miglio, ed vn terzo, e che ha dall'vna, e dall'altra parte così alti li palazzi,e le caſe, che niuna ve n'è, che almeno tre ordini di feneſtre non habbia;ſi vidde quinci, e quindi in vn ſubito hauer le mura tutte coperte di fini arazzi,e di ſete di variati colori, e ſparſo il terreno di vaghi fiori, e di frondi, ed in molte parti di eſſa eran begli altari ornate di nobiliſſime pitture,che mandauano da turiboli d'argento odorati fumi, Altroue ſorgeuano gran palchi pieni di vaſi di argento,e d'oro,ed altroue mete ſudanti, ed artificiate fontane, che continouamente ſpargeuano gran copia di pretioſi vini, e doue vn carro di foco,e doue alcun'altro bel trouato ſi vedeua in honore della feſta.

Doppo deſinare così verſo le venti hore S.E. inſieme col Senato,e con tutta la nobiltà per la ſudetta via, dal ſuo regal palazzo, ch'è poſto al capo di eſſa ſceſe allo ſpedale di S. Bartolomeo, ch'è nell'altro eſtremo,e quì ſi poſe a veder paſſar la proceſſione; alla quale toſto che s'vdì eſſer il Principe venuto ſi diede principio.Ella partendoſi dalla porta de Greci,doue s'vnì tutta la maſſa delle perſone,e delle coſe, che ci doueuano interuenire, preſe per la ſtrada Colonna, e quiui fatta humil riuerenza alle reliquie per mezzo di quelli obeliſchi entrò in via Toleda, onde finalmente venne a terminarſi nel maggior tempio. E procedette ordinata nelle ſeguente maniera.

Doppo i ſonatori de i tabali, auuolti eſſi, e i lor caualli di panno roſſo, in cui ſon l'arme della Città riccamente, ſi vede inanzi ad ogn'altra coſa, la vincitrice inſegna dell'humana redentione portata ſopra vn bianco deſtriero da vn bel giouane in forma di Donna,ma che hauea ſoprapoſta all'abito donneſco bianca armadura, elmo in capo,ſcudo in braccio,e ſua ſpada a lato.le cuopriua la corazza vna ſopraueſta di vermiglio drappo,ſi come vermigli ancora erano i fornimenti del candido palafreno. Dentro lo ſcudo hauea dipinto il calice col celeſte pane,nella ſopra veſta così al petto, come alle ſpalle ſi vedean l'arme del Papa col regno,e le chiaui.Pendeua dall'aſta ſoſtenente la Croce vn gran palio di ſeta dall'vna delle faccie bianco,dall'altra roſſo. Nel campo bianco era effigiata

la Ver-

la Vergin Madre di Dio col bambino in braccio; ed eraui scritto Virginum corona. nel vermiglio l'istessa Reina del Cielo, che teneua pure il suo figliuolo tra le braccia in quella guisa che l'hebbe, quando ei fu posto giù dalla Croce, e vi si leggeua Martyrum Corona.

Poneuano in mezzo l'armata Donna, la qual figuraua la militante Chiesa, dodici Angioli medesimamente coperti di bianche armadure a cauallo a dodici gran leoni se ben contrafatti, che dauano insieme ammiratione, e diletto. E ciascun Angiolo teneua vn stocco ignudo alla destra, con la sinistra vn scudo, in cui stauan dipinte l'arme del nostro gran Re Cattolico; per significar, che delle virtù e forze di Sua Maestà si serue la diuina prouidenza nella protettion, e cura che sempre tiene della madre clementissima de' fedeli.

Appresso veniua vn barbato vecchione in abito d'Araldo con l'armi de Braciforti nel vestito; e con vno indorato bastone in mano, il qual facea scorta a cinquanta cinque donzelle, che seguiuano in questa guisa. le due de' lati vestite di raso torchino in fondo d'oro haueuano bianche torcie in mano, quella di mezzo con veste di villuto medesimamente torchino guernito d'oro portaua in cima d'vn asta indorata vn bello stendardo di broccato, in cui si vedeuan l'arme sudette de Branciforti. l'altre veniuano a coppia a coppia pur con lor torcie, e con veste del medesimo colore, ma di panno benche assai fino. Oltre che haueuan tutte bellissimi giubboni di seta, e bianchi veli in testa, e finalmente furon vestite da capo a piedi dalla generosa liberalità del Principe di Butera, che tra i Signori del regno ha il primo luogo, dal quale ancora s'intende, che molte di quelle ad honor della Santa Compatriota furono cōueneuolmente dotate, e che perciò non andaron vestite di bianco, si come quelle che lor veniuano appresso.

Eran queste le Zitelle vestite dalle Signore, e gentildonne della Città, che dietro vno stendardo di raso bianco portato da vna di loro nel quale si vedeua fatto di argento vn agnello incoronato di raggi con queste parole attorno; Quocumquè ierit. seguiuano a due a due con rami di palma in mano, e corona d'alloro sopra le chiome, le quali disciolte, e vaghe faceuano insieme e velo, ed ornamento alle spalle. Il numero di queste fu assai grande, percioche gentil donna quasi non vi fù che vna almeno non ne vestisse. Doppo le Zitelle vestite dalle Signore e gentildonne vennero vestiti di pauonazzo trenta pouer' huomini con loro torcie in mano, e questa

fu

fu limosina di Monsignor l'Arciuescouo.

Comparuero poi le sacre imagini di rilieuo, e gl'indorati gonfaloni. Era portato il gonfalone auanti da huomo vestito dell'abito di quella Confraternità senza visiera con ghirlanda di fiori in testa; dietro il quale veniuano a coppia a coppia dodici altri fratelli ciascuno con la sua torcia, ed vltimamente compariua l'imagine del Santo, ò della Santa opra di valente scultore sopra vn ben ornato palchetto, sul quale stauano alcuni fanciulli vestiti da Angioli, che con istromenti musici, e con voci suaui dauano gratissima melodia. Ed era il palchetto portato pur da huomini vestiti col medesimo abito della Confraternità, e con quelle ghirlande in capo.

Con l'ordinanza, ch'andar sogliono le compagnie de soldati alle mostre, doppo le Confraternità veniuano le Compagnie de Quinteri, portando ogni Cittadino la sua torcia in mano; se non che doue in quelle i Capitani sogliono andare innanzi del primo; andauano in queste doppo l'vltimo filo; e le coltri, che qui erano in vece delle militari bandiere, si portauano al principio, accompagnate inanzi d'alcuni scudieri riccamente vestiti di drappo di seta con l'arme in petto del Caporione, e dietro alle spalle con l'insegna del Quintiero; lasciando il luogo di mezzo a quei palchi portatili, li quali oltre al giouamento che recauano all'anime con rammentar le soura humane prodezze della ben'auueturata donzella, presentauano a gli occhi lieto, e nuouo spettacolo, ed all'vdito dolcissimo accordo di musici strumenti, e di voci.

Eran le coltri qual di tela d'oro, qual d'argento con l'imagine della Santa, e con l'arme del Quintiero, e del Caporione artificiosamente lauorate. I palchi portatili, o pegmati, che chiamar li vogliamo erano grandissimi; si che bisognaua di molta gente a portarli; e sopra quelli con istatue bellissime, e grandi del naturale si vedeuano i miracoli della Santa così al viuo espressi, che parea veramente che si adoperassero allora.

Douea poi seguire la Congregatione de Caualieri, ma percioche molti di quelli furon impiegati in varij carichi appartenenti alla festa, ed a gl'altri si die cura di portar a vicenda l'aste de baldacchini di Santa Ninfa, e di Santa Cristina, non vennero a suo luogo processionalmente. Ma doppo l'vltimo Quintiero andando inanzi vna bara, nella quale era la statua di San Mamiliano antico Vescouo di Palermo, e Maestro, e Compagno nel martirio di S. Ninfa cō l'imagini attorno di quei trentaquattro Santi Palermitani, che con l'occasion della persecutione di San Mamiliano, e di Santa Ninfa fu-

furon Martirizati; vennero gli stendardi delle regolate confraternità che come dicemmo a differenza dell'altre son Compagnie nominate.

Era ogni stendardo alto almeno palmi venti, ed alcun di essi fu di tela d'oro, alcun d'argento, altri ve n'hebbe di seta, e d'oro e tutti finalmente suntuosissimi, e del color della Compagnia mostrauan nel mezzo di se l'insegna di quella con ricco lauoro, e maestreuolmente riccamata, o intessuta.

Eran portati gli stendardi da huomini à cauallo vestiti del medesimo drappo in variate foggie; e del medesimo drappo ancora erano i girelli de Caualli inanzi, ed attorno de quali andauano molti staffieri, e paggi vestiti di seta del color medesimamente della Compagnia. Or la ricchezza de drappi, la varietà de colori, delle insegne, e de lauori, e delle foggie de gl'abiti, e la leggiadria e bellezza de' caualli, che andauano ordinatamente l'vn doppo l'altro con proportionato spatio in mezzo, faceua da lungi marauiglioso spettacolo, e d'appresso abbagliaua in certo modo la vista de' riguardanti.

Comparue doppo questi nuoua marauiglia, che fè quasi cessare lo stupore caggionato da gli stendardi, cioè quel gran carro trionfale, del cui preparamento s'aspettaua gia per ciascuno mirabile riuscita; ma posto in opera fu poi tale, che superò, e vinse di grandissima lunga ogni aspettatione.

Era l'altezza sua di palmi cinquanta, la lunghezza quaranta senza il timone. Hauea sei ruote, delle quali eran le maggiori di palmi dodici di diametro; l'altre cioè le due mezane, e le due picciole, seguiuan proportionatamente.

Vedeansi le ruote sudette innargentate, il rimanente del carro tutto messo ad oro, se non quanto pigliauan di luogo alcune storie, nelle quali eran l'attioni della Santa da dotta mano, e di finissimi colori dipinte. l'adornauano oltre a ciò benissimo intagliati e scudi e mascheroni, e fogliami; el cingeuano intorno molti bei vasoni all'antica. Gli sorgea nella poppa vn gran tronco di quercia, dal quale pendeuano tre gran trofei. Staua con le spalle al tronco appoggiata la bellissima statua di S. Ninfa d'altezza di palmi dieci, vestita di vn bel drappo di seta rossa freggiato, e riccamato a stelle di oro, e con vn manto attrauerso alla Ninfale di tela d'argento, e teneua con bell'atto gli occhi al cielo, e le mani verso il popolo mostrando di porgere a Dio prieghi per la sua terrestre patria, e le parole, che non poteua la scoltura esprimere, scolpiua la scrittura

dentro vna cartella, che le ſuolazzaua d'auanti, le quali erano queſte.

Deus nutu,& imperio cuius nata,& aucta
Eſt Res Panormitana eamdem ſerua, vt
Facis foue, protege propitiatus.

D'attorno, e ſopra i rami della quercia, ſtauano in diuerſe attitudini e con bella gratia molti Angioletti; due de quali maggiori de gl'altri che pareuano ſtar ſu l'ale, teneuano in mezzo la Santa; e l'vn di loro hauea in mano vn ramo di lauro, l'altro vn bello ſcettro d'auorio, ed ambendue con l'altra mano le porgeuano in capo vn' aurea corona, rilucente per molte pietre di grande ſtima.

Dentro il carro ſedeuano in tre ordini diuiſi l'vn piu alto dell'altro, quarant'otto eccellenti muſici, che con le voci, con gl'abiti, e con l'ale raſſembrauano altretanto Angioli. Ciaſcun di loro ſonaua, chi viola d'arco, chi leuto, e chi trombone, e chi vno, e chi l'altro ſtrumento, e ne luoghi doue il carro fermauaſi, cantauan due ſoprani dolcemente queſti verſi accompagniando queſte voci con iſtrumenti di corda.

O ſembianza del Ciel terra beata,
O di celeſte heroi madre famoſa,
Ecco il tuo germe altier, la bella ſpoſa
Di Dio, che vien d'eterne frondi ornata.

A quali riſpondeua tutto il coro in compagnia di ſtrumenti di fiato con sì grand'armonia, che parea veramente diſceſo dal cielo.

Gia di valore armata
Vinſe il mondo, e l'Inferno,
E'l gran nimico interno
Or con perpetua lode
Preggio immortal di ſua vittoria gode.

Moſtraua che tiraſſero quella gran mole quattro Elefanti, ſi bene imitati, che i meno intendenti hebbero per cõſtante che foſſer viui, e naturali. Gli adornauano ricche prepunte di ſeta, freggiate d'oro, ed argento accanto a quali andauano a piedi quattro huomini

mini con lunghe giubbe di seta indosso, che con bastoni indorati in mano hauean commissione di far allargare il popolo, benche ciò nõ fu di bisogno, così ogn'vno da questa, e da quella parte ritirandosi da se stesso lasciaua largo spazio nel mezzo.

Innanzi al carro andauano miseramente incatenate molte strane figure di mostri; tra quali ne veniuan tre più vicini di statura gigantea, che con le testaccie bizarramente, e con loro notabili, e variate diuise incontinente si facean conoscere per li tre nimici del human genere Mondo, Diauolo, e Carne, si come quell'altri per la turba de' vitij, e de' peccati.

Auanti di questi, cioè doppo gli stendardi immediatamente veniuano a squadrone con rami di oliuo in mano, gli scarcerati, che accresceuano con loro allegrezza il giubilo vniuersale. Ed haueuano questi qualche somiglianza con quei liberati di seruitù, che come si legge, accompagnarono alcuno de gl'antichi trionfi; si come tutte l'altre cose, che si son dette (quanto la diuersità delle vsanze, e delle occasioni comporta) corrispondeuano a quelle che nè ritorni di suoi vittoriosi Capitani costumaua gia di fare il popolo, che soggiogò l'vniuerso.

Per tutto doue questa marauigliosa machina veniua a passare, faceua il popolo grand'applauso, e le donne spargeuan dalle finestre vaghi fiori, ed acque odorifere, e quando fu sotto la casa della tauola; si versò nella strada per ordine de Gouernatori di essa vn sacco di varij pezzi di moneta d'argento, che fù cosa di non piccola magnificenza.

Il trionfo terminaua col carro, e doppo esso cominciaua la processione delle persone sacre, e date alla chiesa; tra le quali si vidde primieramente in compagnia delli Reliquiarij mandati da Monasteri di Monache, e di fuori alcuni chierici, e Sacerdoti con quest' ordine.

Veniua inanzi ad ogn'altro vn chierico con sua cotta indosso, il quale portaua in cima d'vn'asta vna bella croce di argento con vn ricco palio, nella quale si vedeua in vna faccia l'imagine di Santa Ninfa, e nell'altra l'insegna del Monistero. Seguiuano appresso dodici altri chierici con loro cotte indosso, e bianche torcie in mano; e doppo essi veniuano almeno altretanti Sacerdoti con bellissimi peuiali; ed vltimamente in mezzo l'vltima coppia ne veniua vno con vna sontuosa cappa, il qual portaua in mano vn pastoral d'argento dimostrante la dignità della Badessa. Dopoi compariua il reliquiario pieno di molte statue con varij significati, ed accompa-

gnato da buon coro di musici.

Questi Reliquiarij furon tutti assai belli, ma particolarmente bellissimi sopramodo li mandarono l'infrascritte badie.

Il Saluadore, Il Cancelliero, la Martorana, Santa Caterina, Santa Lucia di Beluerde, la Pietà, Santo Antonio, e la Concettione. E perche dir di tutti al presente saria lunga cosa; diremo solamente d'vno, cioè di quel della Martorana, della cui descrizione chi legge potrà con aggeuolezza imaginar la forma degl'altri, il qual fu, e venne in questa maniera.

Era portato sopra vn palco vn monte di palmi dodici di quadro tutto sparso d'oro, ed ornato di bellissimi rasoni; in mezzo del quale sorgeua vn albore alto palmi trentasei, il cui tronco parea fatto di verde smalto, e da rami coperti di frondi rilucenti come smeraldi pendeuano bei frutti d'oro. Intorno alla montagna erano quattro Vergini, delle quali ogn'vna statua in mezzo due Angioli. Eran le Vergini Santa Ninfa, Santa Cristina, Santa Oliua, e Santa Eufemia vestite di raso bianco, e cremesino raccamato d'oro con belle corone in testa d'argento indorate con le sue palme in mano. Sopra il monte con vago scompartimento stauan collocate otto gran reliquie de Santi poste in argento. Sopra i quattro rami dell'arbore sedeuano quattro Angioli, e nella cima di esso vedeuasi vna grande spera d'oro, dentro la quale staua col suo figliuolo in braccio Nostra Signora vestita di vn bellissimo drappo d'argento, con vna manta di color cilestro stellato d'oro, e con vna imperial corona in capo.

Eran tutti i sudetti personaggi donzelle musiche, ed andauano del continouo cantando sante canzoni in lode di Giesù, e della sua gloriosa madre.

Hebbe l'vltimo luogo, come più degno fra i Monasteri per esser il più antico; il Saluadore: che e quel monistero, dou'era professa Monaca Costanza figliuola di Ruggero Re di Sicilia, quando ella si sposò con dispensa di Celestino III. Sommo Pontefice ad Henrico VI. Imperadore.

Veniuan poi vestite di biãco i poueri orfanelli alimentati dal publico, ed ordinariamente l'vn doppo l'altro seguiuano i Conuenti, ogn'vn de quali portaua pure il suo Reliquiario fatto con quegli de Monisteri delle Donne; esprimendo ciascuno qualche miracolo del Santo suo Patriarca, non meno che la pompa riguardeuole per l'inuentione, e per l'artificio.

E nella Città di Palermo per la moltitudine, ed ampiezza de

Mo-

Monisteri, e per la buona limosina, che vi si fa, gran numero de Religiosi; ma quel giorno fu molto maggior del solito, per quei che ci venner da tutto il Regno, peroche tal conuento ci fù, che oltre alla sua famiglia ordinaria hebbe a nudrire più di cencinquanta frati forastieri, senza che ci venner da lontane contrade a fauorir la festa intieri conuenti; come fu quello di S. Maria del Bosco dell' Ordine Oliuetano, l'Abbate del quale si accompagnò con quello di santo Spirito di Palermo della medesima religione, ed appresso i lor monaci caminando insieme nel vltimo filo, faceuano auanti di se portar da quattro Diaconi ornati di bellissime tonicelle due mitrie piene di gemme, e due pastorali d'argento insegne di lor maggioranza. Seguiuan doppo loro i Canonici Regolari di San Iacopo la Mazzara, ed vltimamente veniua il Clero.

Quando cominciò il Clero ad auuiarsi S.E. col Senato, e co Magistrati, andò al teatro, doue l'Arciuescouo di Palermo ed il Vescouo di Patti in abito Pontificale ambidue con lor mitrie gemmate in testa, poi d'hauer detto alcune orationi pigliarono dall'altare aiutati da Diaconi, e suddiaconi parati con dalmatica, e tonicella rossa l'arca di argento, dentro la quale staua la Santa Reliquia, e collocatola dentro vn bel feretro, che hauea l'aste indorate, e i lati coperti d'vn drappo di seta cremesina con l'imagine della Santa posta in quattro parti, la presero sopra loro spalle venerandi Canonici della Cattredal Chiesa vestiti di peuiali.

Il baldacchino di riccho drappo di seta rossa lauorato, e trapunto d'oro, ne i cui pendenti eran dipinte l'imagine della Santa, l'arme del Papa, del Re, del Vicerè, e della Città, era portato da nobilissimi Caualieri della Congregatione la qual perciò s'era diuisa in più squadre, che poste in diuersi luoghi, ogn'vna quiui attendeua la sua vicenda.

Scendendo in questa guisa la reliquia del teatro, vscì dalla Città per incontrarla, e comparue in strada Colonna la cassa di S. Cristina coperta anch'ella d'vn altro ricco baldacchino, che portauano pure altre tanti Caualieri dell'istessa Congregatione accompagnata da molti Sacerdoti, ed altri nobili huomini con accese torcie in mano, e da sonatori di pifare, e di trombe.

Quando le due casse fra loro si scoprirono, si fermaron coloro, che le portauano, ed alla parte di S. Christina si suonaron le trombe, ed inchinaronsi l'aste del suo baldacchino, facendo segno che da lei si onorasse la Compagna Vergine, e Martire, che veniua di fuori; a cui dall'altra parte si die con medesimi cenni lieta risposta.

Quinci

Quinci mouendosi entrambe vennero quasi correndo ad incôtrarsi. E di si felice incontro mostrò la Città il giubilo, che sentiua con iscaricar da baloardi, che la circondano, gran quantità di artellarie. Ne stettero chete a quel giocondo rumore le naui, e gl'altri Vasselli, ch'erano in porto, e'l popolo, che quiui si trouò presente, con liete grida, e con lacrime su gli occhi discoperse in vn tratto intrinseca allegrezza, e diuotione. Vnitamente le due belle casse con le sante reliquie sotto i purpurei baldacchini dandosi a quella di S. Ninfa la destra per l'apertura della muraglia, che dianzi si disse, ornata di quei magnifichi basamenti, e di quelle superbe agguglie, entraron in via Toleda in molti luoghi della quale si fecero mentre la santa reliquia passaua magnifiche, e diletteuoli rappresentationi.

Dauanti la Chiesa di San Gioambattista de Napolitani si trouò vn bel carro fatto da quella natione, il qual tirato da due grandi Hippogriffi parea che fosse portato per aria.

A quattro cantoni di questo carro erano quattro Vergini riccamente addubbate cioè S. Cristina, Santa Oliua, Sant'Agata, e Santa Lucia. Più alti sopra due ricchi troni sedeuano San Giouan Battista, e San Gennaro intorniato l'vno, e l'altro da quattro Angioli ciascheduno. Sorgeua in mezzo del carro vn'arbore artificiosamente fatto, nella cui cima stauan tre altri Angioli, li quali quando si fù il carro auuicinato alla reliquia di S. Ninfa scesero con grandissima leggiadria volando; e quel di mezzo pose in capo alla statua di essa Santa Ninfa, ch'era sopra la sua cassa vna corona di argento con l'arme della Città di Napoli: e doppo hauer cantato alcuni bei versi contenenti l'allegrezza, che a gran raggione hauea la Città di Palermo tornaron di nuouo tutti, e tre volando ad alzarsi con la velocità medesima, ch'eran discesi; e voltando il carro gl'Hippogriffi con incredibile aggeuolezza il portarono auanti per la medesima strada, che fe la reliquia infino al Duomo.

Quando la reliquia giunse al Collegio de Padri Gesuiti, ch'è in sù la strada, ferono i detti Padri recitar da loro scolari il seguente Dialogo, ed erano gl'interlocutori, Santa Ninfa, l'Angiolo Gabriello, e l'Angiolo Vriele, vn de quali teneua in mano vna corona d'oro, l'altro vn ricco scettro reale. E prima parlò Santa Ninfa in questa guisa.

Illa ego quæ quondam patrijs inuisa Panormi
Littoribus, celsi pacata per æquora in vrbem,

Quæ

Quæ ſeptem gemino conſurgit ad æthera colle;
Dum Pater horrendum ſtridet furibundus in aula,
Verberat & feſſas incaſſum vocibus auras;
Dum mihi tela parant,enſeſque,igneſque Tyranni,
Illa ego,quam,placida moriens vbi pace quieui,
Detinuere diu gratiſſima thura Quiritum,
Illa ego quam longo iam tempore, cara Panorme,
Optatam voluenda dies nunc attulit vltro;
Cui modo Pyramides,altoque minantia cælo
Vaſta theatra ſitu conſurrexere per vrbem,
Cuiquè triumphales arcus, cui pegmata paſſim;
Et currus inter choreas,plauſuſquè feruntur.
Cuiquè ſonant cytharæ, cui timpana,voxquè tubarum
En adſum, cari ciues, mihi vota, preceſquè
Fundite,me poſthac percuncta pericla, Panorme
Patronam experire tibi, terraquè mariquè
Rebus in aduerſis me ſemper conſule, tutus
Ad quem confugias adero tibi portus ab vndis
Omnia turbantis pelagi,mundiquè procellis.
Ipſa ego tegmen ero, quo tela cruenta retundas
Tartarea coniecta manu; noctiſquè per vmbras
Me pete,mequè tuis facilem de hinc affore votis
Ne dubita, duce me ſuperabis cuncta,Panorme,
Tutaque ridebis furiata mente Draconem
Tartareum belli crudelia fata minantem.

Diſſe poi l'Angiol Gabriello.

Adſumus,huc celeres miſit quos Rector Olympi
Nympha,ſalutatum te venimus æthere ſummo
Quam læti aſpiciunt Ciues, ſtipantquè frequentes.
Gratantur tibi Cælicolæ, gratatur & ipſe
Cælicolum Pater: inſolitis concentibus Vrbem
Curru inuecta nouo dum patria compita luſtras
More triumphantum, ſigna hæc tibi nuncia mittit
Lætitiæ,mandatquè caput vincere corona,
Aurea ſceptra dari, vt præſis Regina Panormo.

Dopoi ſeguì Vriele.

Sci-

Scilicet huius erant prænuncia lilia quondám
Mixta rosis,quibus intextis tibi nostra coronam
Dextera depinxit, sacroquè in fonte lauacri
Virgineum caput ornauit: voluentibus annis
Haud ignarus erat,(nouit namquè omnia Princeps
Aetherius fatis quæ mox ventura trahantur)
Patronam fore te patriæ, dominamquè potentem.
Ergo age purpureo cingi diademate frontem
Neu refuge,hæc te sceptra decent, Regina vocari
Iure potes,patriæquè noua ditione potiri.
Hæc iubet æterno qui numine cuncta gubernat,
Aequa tuis meritis fertur tibi laurea Virgo.

A quali rispose con bella gratia il giouinetto che rappresentaua la Beata Ninfa.

Haud equidem tanto superi me dignor honore,
Me patriæ seruire iuuat, semperquè iuuabit;
Colla patrocinio submittam læta Panormi
Intentata iuuat patriæ perfringere tela,
Hostilesque minas eludere, nostra tueri
Mænia,tranquillosquè sinus,nec fessa grauabor.

Soggiunse di nuouo Gabriello.

Fertur onus dum fertur honos, dum colla premantur
Semper honos,nomenquè tuum,laudesquè manebunt.
Ergo libens submitte caput,sine tempora cingant
Aurea serta.

In dicendo le sudette parole cinse il capo della Santa con quel aureo diadema: ed Vriele dicendo quest'altre, le pose lo scettro reale.

tibi quod mittitur æthere sceptrum
Accipe Nympha,sibi Reginam tota Panormus
Te cupit,imperijsque tuis parere parata est,
Sequè patrocinio committit læta futuro.

Indi ambendue gli Angioli riuolti al popolo con soaue armonia cantarono questi versi.

Ea

En tibi Reginam sacro diademate Nympham
Cinximus, en gestat sibi dedita sceptra Tonantis
Missa manu; hanc Dominam terris, cæloquè potentem,
Hanc & perpetuo patronam agnosce Panorme.
Reginæ gratare nouæ, da vota, precesquè
Fundito, nil vnquam frustra petijsse pigebit.
Aurea nascentur tibi sæcula, plurimus vrbi
Surget honos, venient tibi maxima gaudia, luctus
Cum lacrimis procul hinc aberunt, suspiria cedent
Hac duce, dum viues felicia cuncta videbis.
Hac duce, perpetua moriens in pace quiesces.

In molti luoghi oltre a questa si fecero altre ingegniose rappresentationi, e si spararon bei carri di fuogo, che volendo riferirli vno per vno troppo gran volume verrebbe a farsene.

La sera arriuò finalmente la santa reliquia al Duomo, l'apparato del quale fu in guisa ricco, che chi hauendo veduto quello di via Toleda, hauea creduto non poter vedere cosa piu bella; entrando quiui s'accorse che falsa era stata la sua credenza. Imperciochè oltre l'essere le mura di quel gran tempio tutte coperte di ricchi panni d'oro, ed argento vagamente scompartiti, e le colonne auuolte medesimamente in varij drappi di seta con le basi, ed i capitelli nobilmente adornati era tutta la compositione distinta da gran rosoni d'oro, e da certi bei midaglioni di stucco indorato alti ogn'vno due braccia, che non potrebbe dirsi quanto bella cosa erano a vedere. Sopra ogni colonna staua vn'Angiolo rileuato, che teneua in mano vn'ardente torcia. Accanto alla porta maggiore adorna di bei festoni ve ne stauan due, che teneuano due tabelle con gl'infrascritti versi.

Ingredere o patriæ columen, tutela, decusque
Trinacriæ, caram protege Nympha domum.
Ingredere, est quantum tempus, virésquè tulere
Exornata, pijs plenaquè tota viris.
Par desiderijs non esset gemmea quamuis:
Nosti animos, non sunt pectora clausa tibi.
Aequari excelsis meritis non aurea possunt
Munera, sunt votis inferiora pijs.
Illaquè pro nihilo duxisti, dum plaga terræ
Sub pede Nympha tuo digna virere fuit.

Non nihili pendes tamen hæc quæ carior auro
Ornat amor, ſolus quæ pretioſa facit.

Ma ſourano fra gli altri ornamenti fu il ſuggeſto pieno, e circondato di pitture, e di ſtatue, e ſparſo d'infiniti lumi, il quale a guiſa d'vn ſole parea che illuſtraſſe tutta la Chieſa.

Quiui ſopra l'altare perciò preparato ſi collocò la ſanta reliquia, e poi d'hauer intonato l'Arciueſcouo alcuni ſacri verſi, e riſpoſtogl'il Clero con ſuaue concento ſi ſpararon di molti maſchi, e ſi die fine a quella giornata.

La mattina ſeguente, che fù il Venerdì tornò S. E. col Senato, e co' Magiſtrati alla maggior Chieſa, e concorſeui con gran diuotione tutto il popolo per aſcoltare vna ſolenne meſſa dell'Arciueſcouo, ed vn'altra degna laudation della Santa, che fu con molta ſodisfattione di ciaſcheduno aſcoltata.

Nel veſpro del medeſimo giorno ſi principiò la diuota oratione delle Quarant'ore, e vennerui per ordine ſucceſſiuamente a far vn' hora di oratione per ciaſcuna tutte le Compagnie de laici, ed appreſſo i Conuenti de' Religioſi, che fù coſa, la qual non ſolo a chi la fece, ma a chiunque la vidde pure caggionò grandiſſima diuotione.

La mattina della domenica ſeguente ſi parò via Toleda di nuouo, e di vn nuouo modo, che per la varietà addettò ancora non poco, e doppo deſinare ſi corſe il palio, il quale ſi per la moltitudine, e per la ricchezza de premij, che ſi diedero, come per lo gran numero de Corridori, che vennero da molte parti fu bello, e piaceuole ſopra ogni ſtima.

Il giorno appreſſo venne al Duomo la terza volta S.E. col Senato, co' Magiſtrati, e con tutta la nobiltà; doue fatte molte belle cerimonie, e cãtatoſi dal Clero, e da tutti gl'ordini de Religioſi alcuni Salmi, fu preſa dall'Arciueſcouo di ſopra il ſuggeſto la reliquia, e portata nella Cappella di Santa Criſtina, doue ſtarà inſin che vn'altra cappella per lei ſi fabrichi, la qual gia ſi è deſignata magnificentiſſima; e con lieto rumor di maſchi, ed' artellarie ſi terminò la feſta degna, che ſempre ne rimanga memoria, che fù nel vero in ogni ſua parte commendeuoliſſima, e ſpecialmente da i più giuditioſi molto eſſaltata per l'ordine, e per la quiete, conche in lei procedette ogni coſa, effetto ſenza dubio di ſauio prouuedimento. Ma ſopra tutto fù con ammiratione conſiderato da ogn'huomo il non eſſerui fra tante machine, ed in ſi gran concorſo di gente ſucce-

duta disgratia veruna. Il che altronde non si può riconoscere, che dall'infinita bontà di Dio, il cui santo nome sia da tutti lodato per infiniti secoli de' secoli.

Triumphantem de panormitana vrbe Nympham reducem considerasti, Panormitani Ciuis triumphum iam vidisti. Mira gratulatione florentem populum panormitana pietas ob oculos posuit. Magni quidem triumphi species, cum magna sit vrbis religio. alteri altera respondet. Semper hæc eadem, vel maior. decrementa nunquam vidit, incrementa singulari Dei op. virtute semper agnoscit. Quocumquè .n. tempore se præbet piam, cum nihil huic plane sit vel iucundius, vel antiquius, quam pietatem alere, religionem promouere, atque ad singulare in Cælites, vel in Cælitum numerum adscriptos studium ostentandum liberos suos adhortari.

Me planè deficerent dies, si certè omnia panormitanæ pietatis argumenta proponerem; cum hæc nec exigua, nec quidem pauca. Vrbs panormitana licet a Deo Opt. Max. singularibus sit affecta beneficijs, insignita priuilegijs, ac ditata muneribus, cum in Sicilia tota nulla sit vrbs, quæ cum vrbe panormitana vel in loci delitijs, vel in agri vbertate, vel in situs pulchritudine, vel in fontium abundantia, vel in Ciuium, Equitumq; multitudine, vel denique in ipsa ipsius vrbis maiestate possit comparari; ex quibus planè rebus omnibus non vulgaris illi innascitur laus, si tamen hæc omnia desiderarentur, atq; vnus dumtaxat pietatis amor in ea, qualis nunc est, effloreret, haberet profecto aliquid, quo supra ceteras omnes posset hæc iure gloriari. Cum satis id pateat, sicut laudatione, sic probatione non eget.

SS. IGNATII, AC XAVERII POMPA *proponitur. Panormitanæ Reip. pietas exponitur.*



Possem hic ego plures fæstos ab Panormitana Rep. in Sanctos Cæli ciues vel institutos, vel peractos dies rudi minerua describere, cum nullus plane Panormi sit, in quo alicuius sancti non celebretur natalis dies. Et quemadmodum dictum illud de Apelle percrebuit,

Nulla dies sine linea.

ita & hoc de Panormo vsurpare quis potest NVLLA DIES

SINE FAESTO SANCTORVM DIE. Verum in hisce omnibus describendis immorari ne aliquantisper quidem animus non est. me plane deficerent dies. Eos dumtaxat describendos, vel exscribendos operæ pretium duxi, qui sibi hominum plausus ob panormitanorum Ciuium pietatem, religionemque captarunt.

Hoc ego loco prætereunda silentio non est ea ab Iesuitis instituta, a Ciuibus ea tempestate numeris omnibus absoluta celebritas (cum in ea peragenda si minus Ciuium pietas Patrum Pietatem superauit, at exæquauit quidem) qua tempestate Gregorius XIII. Pont. Max. in Sanctorum numerum SS. PP. Ignatium, ac Xauerium vna cum S. Philippo Nereo, S. Theresia, ac Sancto Isidoro cooptauit. Satis scio triumphum hunc fuisse calamo feliciore, atq; argutiore descriptum, ac fuisse itidem typis excussum, hic tamen cum meæ partes esse videantur (pro .n. vna dumtaxat Vrbe non scribo) in hunc locum transcribendum, exscribendumquè putaui, vt qui forte superioribus hunc annis non legerint, modo legant, modo perfruantur, ac orbis terrarum tantam ac tam singularem pompam, ac triumphum suspiciat admirabundus. Celebritatem, ac triumphalem pompam descripsit egregiè Thomas afflictus, quam iure Illustrissimo ac Excellentissimo D. D. Ioanni de Aragona Duci Terrænouæ, ac Castri Veterani Principi consecrandam existimauit. rectè omnia. nihil addendum. opus exscribendum potius. italico igitur sermone sic habet.

Le Feste, che per la felicissima Canonizatione de' Santi Ignatio, e Francesco Xauier si son fatte in Palermo, sono state tali, che indegna cosa ci pare non commetterle alle carte, e per quelle anche a' forestieri communicarle; sperando pure da loro d'hauerne contracambio d'auanzo, si come da alcuni fin' hora compitamente s'è fatto. Ma essendo che non vna, nè in vn medesimo luogo, e giorno è stata la Festa, per dar qualche ordine al dire, par douere che dalla Casa Professa si dia principio, come prima dell'altre due Case, che ha in questa Città la Compagnia, che sono il Collegio, & il Nouitiato. Hor quì l'Apparato della Chiesa con tutto il resto fù secondo il dire, e parer commune graue, e vago. Pure acciòche meglio, e più al viuo s'apprenda, sarà bene così alla grossa disegnarsi nell'animo il Modello di detta Chiesa.

Ella fabricata in forma di Basilica, è trenta cinque canne lunga, larga, comprese l'Ali, e le Cappelle dell'vno, e l'altro lato, diciotto canne, e sei palmi. Vien compartita la lunghezza nel Cappellone maggiore, Titolo, e Naue. Questa sei canne larga và diuisa in cin-

que Archi per lato; quattro de'quali hanno le lor Cappelle corrispondenti. perche gli vltimi corrispondono alle due Porte, che sono ne i lati della Chiesa. Stà ben'ella ornata di Pilastri con le lor Basi, Capitelli, e Cimase; di Corone d'Archi, Architraui, Fregi, e Cornici; tutti d'ordine Dorico, con le Finestre vna per Arco nel mezo delle Lunette. Et è coperta, come anche i bracci del Titolo, da vna Volta a mezo tondo con i suoi Lunettoni, che vanno a terminarsi sopra le Lunette de' muri diritti: e le due Ali vengono da Volte a Crocera ricoperte. Sono nell'Ali le Cappelle sfondate: & il Titolo è da tre Cappelloni Crociato: doue fan vaga vista i Nicchioni adorni di varie, e bellissime pietre Mischie, Marmi, Grotteschi, Scompartimenti, Fondi, e Campi d'oro: de' quali il Cappellone di San Francesco Xauier mai non veduto ancora, fornito s'aprì in questa Festa con allegrezza commune, per essere appunto bellissimo, come quello di Sant'Ignatio, che gli è di rimpetto; nella cui fabbrica si sono spese fin'hora sei in sette mila scudi. Sostentano poi quattro Pilastroni la Cupola, ciascuno con due Pilastrate, e con suoi Pagni quadriati, Basi, Capitelli, Archi, Vele, Architraue, Fregio, e Cornice; con otto Finestre Pagniate; & al fine del Collo la Cornice, e Cupola non finita. Dinanzi alla Porta maggiore, & alle due Porte corrispondenti all'Ali vi è vn'Atrio scouerto, dodici palmi largo, e lungo quanta è la larghezza della Chiesa: il quale soprastà al Piano con sette scalini, che detto Atrio circondano dalle tre parti.

Hor l'Apparato in questa Chiesa fatto co'l Disegno di Vincenzo la Barbiera Terminese Architetto, e Pittore segnalato, fu il seguente, se pur la carta scritta tale rappresentar lo potrà a gli assenti, quale nella pittura da' presenti si vidde. Imperoche in questo il cōtrario accade di quel, che in molte altre cose accader suole, le quali maggiore ornamento, e tal volta vita dalla scrittura riceuono. Perche non si può di questo Apparato andar così facilmente mostrando a' lontani quelle bellezze, che furono a gli occhi de' presenti concedute. Onde la viuacità delle Figure, la varietà, e gratia de' Cartocci, la vaghezza de' Grotteschi, & Arabeschi, la gentilezza de' Rileui, la giusta proportione di tutte le cose tanto in se stesse, quanto accoppiate con l'altre, bisognerà commetterle anzi alla fede, che alla carta. Questo si sò dire, che voce commune fù, essere stata questa vna delle belle cose, che sian mai comparute in Palermo. Nella Cupola dunque non finita vi si pose vna Soffitta di tela con pittura a sguazzo: doue talmente si vedeano le Prospettiue

ben

ben prodotte al punto, che al ricacciar di quelle ingannato l'occhio realmente credea che s'alzasse via più la Suffitta di quel che ella era. Eraui vn Sfondato con vn Balaustrato attorno, che parea sporgesse in fuori con mezoloni gagliardi, e dal Passeggiatore de' Balaustri affacciati si vedeano come Giesuiti, quasi posti si fossero a vedere, che cosa ad honore de' Sãti si facesse in terra. Dietro a' Giesuiti correua vn'altro ordine d'Archi, Pilastrate, Architraui, Fregi, e Cornici: e sopra gli Archi Arme, e Finimenti, il tutto d'ordine Dorico. Nel mezo poi in vn Campo aperto calar si vedeua il Padre Eterno di venticinque palmi, scorcio, attorniato d'Angioletti pure scorci, che afferrati per le mani faceuano in giro vna gratiosissima danza: & Iddio nel mezo parea che bandisse Festa alla terra. Seguiua sotto la Suffitta la Cornice finta di marmo ben'adornata di Fogliette, Ouoli, Dentelli, e Gole rouescie. Le otto Finestre, che nel loro squarciato colorite, parean di Broccatello, attorno haueano il loro ornamento di Carroccioni finti di stucco, con Arpioni a modo di Termini, con le lor Pilastrate ancora attaccate con Cartoccioni, entrando gratiosamente in questo lauoro e Vasi con fiamme, e Palle, e Mascheroni: opera tutta in tela a chiaro oscuro bellissima. L'altra Cornice niente da quella di sopra differiua. Del medesimo colore era l'Architraue. Restaua nel mezo il Fregio orniato d'azzurrino, e de' suoi scompartimenti. Sotto l'Architraue, e sopra le Vele giraua attorno vna Cinta di tela, cinque palmi larga, composta tutta di Cartoccioni a chiaro scuro, intrecciati, e bizzarri; de' quali erano anche le Vele ricinte con tal maestria, che all'occhio realmente pareano d'alto rileuo. Compariuano nelle quattro Vele in mezo di Cartoccioni sotto simboli eccellentemente dipinte di color bronzino le quattro parti del mondo; le quali, come anche le sue ventidue Prouincie, che nelle Lunette della Naue andauano scompartite, eran quì al comandamento del Cielo comparute per festeggiare i Santi: alla descrittione, & espositione delle quali quì non si bada, per essersi ciò basteuolmente fatto nell'Idea, che si stampò, di questo Apparato: oue si leggono e le Pitture espresse ne' lor propri luoghi sì nella Chiesa, come nel Portico; e le loro breui, e chiare espositioni, con tutte l'Imprese, Inscrittioni, & Elogij. Erano i quattro Archi maggiori di pittura di Broccatello, adorni ognuno del suo Mascherone di carta pesta, di rileuo, largo sette palmi: il quale posto nella chiaue dell'Arco mandaua fuori dalla bocca tre Festoni; due trauersi di dieci palmi l'vno, & vn diritto di cinque, di tutto rileuo, pur di carta pesta, ornati d'oro, e

d'ar-

d'argento. Pendeua il diritto: i trauersi stauano a i Cartoccioni delle Vele attaccati. Vsciuan pure dalla bocca del Mascherone due bende di teliglia d'argento, le quali dopo hauere a sofficienza campeggiato, veniuano ad vnirsi co i Cartoccioni delle Vele vicine, lasciando il capo pendente, che leggiadramente passaua sopra la Cornice, Fregio, & Architraue de' Pilastroni. Sopra ciascuno di questi Mascheroni staua vn Scudo di Rileuo, fatto di carta pesta, alto dieci palmi, tocco d'argento, e d'oro, tenuto da due Angeli pur di Rileuo, finti d'argento macinato: nel cui campo azzurro si vedeua d'oro l'augustissimo nome di GIESV. Erano questi Scudi attaccati all'Architraue, Fregio, e Cornice della Cupola. Ma i quattro Pilastroni vaghissima vista faceuano per i soprapposti ornamenti. Imperoche oltre i Capitelli finti di marmo, e lauorati alla Dorica, erano i lor Pagni quadriati per i bellissimi Grotteschi riguardeuoli, doue con stupore massimamente de gl'intendenti si vedeano e Vasoni diuersi, e Grifoni, e Fioroni, & altri chiribizi maestreuolmente accoppiati di color bronzino in campo azzurro: come anche nelle grossezze de' Pilastroni in campo pure azzurro gratiosissimi Arabeschi. Hà ogni Pilastrone due Pilastrate, nelle cui faccie l'ornamento in tela era il seguente. Staua nel cuor della Pilastrata in vn scudo dipinta al viuo vn'attione del Santo, dichiarata con vna Inscrittione, che in vn'altro scudo minore di sotto seguiua in campo azzurro. Nella cima poi di bronzino si vedeua l'Impresa in vn Scudo, a cui succedeua vn'altro piu picciolo, nel cui campo azzurro si leggeua il Motto, che con l'Impresa cadeua appunto al proposito dell'attione postaui di sotto. Ma gli ornamenti de' scudi furono assai stimati, e da ognuno con particolar diletto mirati. Eran tutti vagamente Cartocciati: & il color de' Cartocci era marmoreo, tolto quello del Motto, ch'era bronzino. S'andauano tra le legature de' Cartocci tramezando bellissimi Mascheroni bronzini, l'vn dall'altro tutti differenti, e bizzarri: Festoni pur bronzoni, & vn grande bello assai, che forniua la Pilastrata. Il Campo, che fuor della pittura si vedea, era di color Pauonazzo sfuenato. Nè altri, che questi de' Pilastroni, furono gli ornamenti de' Pilastri della Naue, quanto tocca all'Historia, Inscrittione, & Impresa; se non che i Cartoccioni sì dello scudo, doue dipinta scopriuasi l'attione del Sãto, come dell'altro, doue si leggeua l'Inscrittione, erano ne' Pilastri della Naue sì artificiosamente ritagliati, che pareano d'altro Rileuo. Il ripartimento poi dell'attioni fu questo. Nel destro lato si posero quelle di S. Ignatio, e nel manco

quelle

quelle di S.Francesco. I dieci Archi della Naue compariuano veramente da dieci Archi trionfali. Imperoche oltre i Pilastri al modo già detto ornati con le loro Cimase, e Capitelli lauorati come quei de' Pilastroni, erano le Corone de gli Archi dipinte alla marmorea co' loro lauori. Sedeuano gratiosamente ne' due angoli d'ogni Arco dipinte in tela due Fame bronzine in campo azzurro; le quali tenendo con vna mano vna corona di fiori, con l'altra afferraua ogn'vna il suo Festone trauerso, sei palme lungo, che vsciua dalla bocca del Mascherone; il quale nella chiaue della Corona dall'Arco si vedeua largo sette palmi: dalla cui bocca n'vsciua ancora il Festone di mezo, diritto, tre palmi lungo: tutti all'istessa maniera fabbricati, che quei de gli Archi maggiori. Sù le Cimase, donde nascon gli Archi, stauano Puttini d'alto Rileuo, di carta pesta, lunghi cinque palmi l'vno, in atto di ballare tutti gioiosi: de' quali quei della banda di S. Ignatio in vna mano portauano vn cuore ardente: gli altri della banda di S. Franc. vn Giglio; ripigliando con l'altra mano la teliglia d'argento incarnatina, che dalla bocca pure del Mascherone veniua in due capi diuisa. Vsciuano dall'istesse Cimase due Cornucopij per Pilastro: de' quali manteneua ciascuno vna torcia di due libre per ardere a tempo suo. Il Succelo poi d'ogn'Arco andaua fasciato finto di marmo co' suoi compartimenti di Fioroni, e Campi azzurri. Le cadute dell'Arco ouero le Pilastrate sotto l'Arco, come anche i Membretti de' Pilastri, con i Membretti, che girano i Pilastri, e le Riuolte de' detti Membretti tanto nella Naue, quanto, nell'Ali, eran tutti di bianco finti di Marmo, con i campi azzurri, suenati di giallo, finti vn Lapis-lazoli. E la Naue, & i Cappelloni eran cinti dal Cornicione, Fregio, & Architraue: i quali per accoppiarli con quei già fatti di stucco ne' tre Nicchioni de' Cappelloni, furono in questa Festa fabbricati co i loro telaroni, e vestiti di tela dipinti al viuo di color marmoreo, co'l lauoro di Foglie, Ouoli, e Dentelli, con le lor parti, e membri, come l'ordine Dorico ricerca; restando il Fregio di Campo celestino, sopra il quale andauano ripartiti, e Serafini, e Rosoni di Rileuo, di carta pesta, couerti d'oro, e d'argento. E di quando in quando compariua vn Scudo trattenuto da due Angeli co'l Giesù nel mezo, a punto come quei della Cupola, il quale legãdo l'Architraue, Fregio, e Cornice, soprastaua al Mascherone posto nella chiaue dell'Arco. Sopra ogni Pilastro nel suo Risalto su'l Cornicione staua vn bel vaso alla Romana, couerto d'oro, e d'argento, quattro palmi alto, di tutto Rileuo, fatto di carta pesta, cõ verdure

di den-

di dentro impanellate d'argento. E per tutto il Cornicione eran compartiti molti Cerei d'vna libra, e meza l'vno, che a tempo suo accesi con le torcie delle Cimase faceano bellissima vista. Le Finestre sopra il Cornicione finte marmoree co' loro Ouoli, haueano da entrambi i lati nelle Lunette della Naue (come di sopra s'è detto) in tela ventidue Prouincie; nelle quali particolarmente risede la Compagnia, simbolicamente al viuo figurate, d'altezza di quindeci palmi l'vna, ma di ventidue quelle due, che sopra il Portone al lato del Finestrone erano poste. Nelle Lunette però de' tre Cappelloni eran pure alcune Virtù de' Santi. Nel Cappellone maggiore del lato di S. Ignatio vedeui l'Humiltà con la Magnanimità: da quello di S. Francesco la Mansuetudine co'l generoso Ardire. Nel Cappellone di S. Ignatio da vna banda la Pietà, dall'altra l'Operatione perfetta. In quello di San Francesco quì era la Benignità, iui la Verginità, tutte di bronzino al viuo sotto bellissimi simboli espresse. Pendeuano ne gl'istessi Cappelloni sotto il Cornicione quadri grandi con l'attoni de' Santi espresseui in bronzino con l'Inscrittione al piè del Quadrone, in questa maniera disposti. Vno alla banda destra dell'Altar maggiore, e due vno per lato nel Cappellone di Sant' Ignatio, conteneuano l'attioni dipinte di detto Sãto. Alla banda manca all'istessa maniera altretanti Quadroni con le attioni di San Francesco. Il Campo, che restaua de' Cappelloni, era coperto d'oro, riccio sopra riccio, e di ricchissimi; e vaghissimi ricami, tra' quali quei del Duca di Montalto portarono il vanto, & in arte, & in prezzo, che diceuano esser di venti mila scudi. Comparuero pur tutte le Cappelle bene addobbate. Ma vinsero ogn'altro ornamento i panni di razza dell'istesso Signore, fatti a fondo d'oro, di valuta (come affermauano) di cinquanta mila scudi: doue con mirabile arte tessute si vedono le guerre dell'antico Re della Numidia Massinissa. Gli Altari come che tutti fossero di ricchi, & artificiosi Palij vestiti; nondimeno quei de' tre Cappelloni tirauan gli occhi a mirarli, & ad ammirarli più di vicino. Il Palio dell'Altar maggiore cominciato dalla Marchesa di Gieraci la vedoua, non finito ancora secondo l'idea di lei per la breuità del tempo, hà vn Frontale lauorato di pretiosissimi ricami di perle, granatini, e canottigli, di valuta di trecento scudi. A cui s'aggiunse per hora il campo di drappo d'oro lauorato, con i due Santi di ricamo, con la Festina di grossi diamanti, e rubini lauorata: i quali andauan pure per tutto il Campo ripartiti. & in tutto furon stimati sei mila scudi. Era pur l'Altare di Sant'Ignatio vestito dell'istesso

Palio, che nella sua Beatificatione gli fù fatto, tutto ricamato in Campo d'oro con altri ornamenti adesso aggiunti: il quale quasi se tutto nuouo fosse, era con gran diletto mirato. Quello poi di San Francesco fattogli per questa Festa, ricchissimo insieme, e vaghissimo comparue, co'l suo Campo d'oro tutto di punto, co' ricami di fiori, d'vccelli, & altre bellezze, si ben compartite, che vna volta, e più visto, chiamaua, & inuitaua di nuouo gli occhi de' riguardanti. Il suo prezzo fù di trecento cinquanta scudi. E dell'istesso drappo, del quale era il Cāpo del Palio dell'Altar maggiore, per due Cappelle dell'Ali ne furon fatti altri due, come anche dieci Pianete di tela d'argento con la colonna ben ricamata, e lauorata, tutte di valuta di mille scudi: & altre tanti veli di Calice d'Armisino lauorato di canottigli, oro, fiori, di prezzo tutti trecento scudi, & vn bel Calice presentato dalla Congregatione de' Preti di cinquanta scudi. Fu l'ornamento del resto de gli Altari bello: ma bellissimo quello de' tre Cappelloni. Stauano sù l'Altar maggiore oltre i candelieri d'argento grandi, ricchi, & artificiosamente lauorati, molti Vasi pur d'argento bellissimi con fiori, & vndeci Busti di Santi d'argento a' lor luoghi disposti, con altri Reliquiarij gentilissimi, oltre i moltissimi Lumi, che per tutto il Tabernacolo, & attorno vagamente risplendeuano. Ne' due Altari poi de' Cappelloni de' Santi all'istessa maniera e candelieri d'argento (due de' quali ne furon donati per questa Festa) e Vasi pur d'argento, e Reliquiarij, e Fiori si vedeuano; e nel mezo d'ognuno su'l suo Zoccolo il Busto del Santo tutto d'argento, di valuta ciascuno di cinquecento scudi. Pendeuan rimpetto ad ogn'Altare Lampieri: dinanzi gli Altari de' Santi vn Lampiere grande d'argento per banda co' suoi quattro Lamperini attorno d'argento: de' quali vno ne fù in questa Festa donato a San Francesco. Auanti l'Altar maggiore cinque Lampieri d'argento pendeuano di riguardeuole magnificenza. Nè mancarono all'istesso Cappellone d'aggiungere bellezza gli Organi, che dall'vno, e l'altro lato d'ordinario si vedono, per questa solennità tutti ben guarniti, co' Balaustri, e Cancelli dorati. Ma per tornare a gli ornamenti della Pittura, e finirla. Nella volta tanto della Naue, quanto in quelle dell'Ali, e de' Cappelloni, si vedeano Quadretti ricinti d'Ouoli, & altri lauori, nel cui mezo in campo azzurro quasi si spiccaua vn Rosone grande tre palmi. Nel muro poi termine della Chiesa, sopra il Portone fù posto dipinto in bronzino vn Quadrone, doue in vn trono di gloria maestosa se ne staua la Santissima Trinità, e Giesù Cristo parea, che riceuesse i Santi condot-

tigli

tigli dauanti dalla Reina del Cielo. Piegauano di ſotto le ginocchia quegl'Imperatori, Regi, Duchi, & altri Signori, e Signore, che han fatto inſtanza per la Canonizatione de' Santi. Sopra il Quadrone ſtaua al Cornicione attaccato vn Cartoccio grande finto di marmo con l'Inſcrittione in Campo azzurro, che dichiaraua l'Hiſtoria di ſotto. A i lati di queſto Quadrone ve n'erano altri due vniti ad eſſo con Arpioni a modo di Termini finti marmorei; i quali con gli altri, che finiuano il Quadron di mezo, mirandoſi l'vn l'altro faceano vn bel vedere. Sedeua nel deſtro Gregorio XV. che canonizò i Santi, veſtito alla Pontificale. E nel ſiniſtro Paulo V. che li dichiarò Beati: amendue con maeſtà veramente Papale. Pendeuano ſotto i Quadroni de' Papi due belliſſimi Tabelloni vaghiſſimamente cartocciati di color marmoreo, con Maſcheroni bizzarri, e belli: e con gli Elogij ſcritti nel Campo azzurro: che ornauano il reſto del muro de' fianchi della Porta Maggiore.

Vſcendoſi poi fuori nell'Atrio dinãzi al Portone ſi vedeua maeſtoſo vn Portico in forma d'Arco Trionfale, appoggiato alla Porta, con tre paſſaggi, vno dauanti, e gli altri da i lati. Ma in quel di mezo all'entrata ſurgeuano due belliſſime Colonne d'ordine Dorico, il cui fuſo era trentaſei palmi, e quindeci il circuito sù le quali appoggiauanſi l'Architraue, Fregio, e Cornice co'l ſuo Riſalto, tutto con l'iſteſſo andare di quei di dentro la Chieſa. Arco fu queſto erto a' Santi non da vna Città, o Prouincia; ma dall'vniuerſo guidato fin'hora, ſatiato, difeſo, purgato, infocato, & aggiutato dall'opere efficaci di queſti due Santi. Onde ne' Terzi delle Colonne attorno ballar ſi vedeano molti, afferrati per le mani, tutti gioioſi; in ſegno de' popoli, che nella Feſta di queſte due gran Colonne di ſanta Chieſa trionfano. Ma in più luoghi, e guiſe ſpegauanſi gli aiuti, e beneficij che il mondo da loro hà riceuuto. Imperoche all'entrare, nella Suffitta da vna banda vedeui la famoſa Arca dell'antico Teſtamento co' due Serafini, che la copriuano, e molti attorno, che con iſtrumenti muſici la feſteggiauano; come in ſimbolo della preſente, e perpetua Feſta, che i popoli fanno, vedendo la Compagnia di queſti due nuoui Serafini protetta; onde ſe aiuto ſempre mai, n'han ſentito, aſſai maggiore adeſſo perciò n'attendono. Dall'altra banda il popolo Hebreo, che con la miracoloſa guida di due Colonne, l'vna di fuoco per la notte, e l'altra di nuuola per lo giorno, marciaua alla volta di Geruſalem; ci ſeruiua per figura, moſtrandoci i due Santi; l'vno de' quali a' Criſtiani; l'altro particolarmẽte a' ciechi Gentili han fatta ſicura ſcorta nel deſerto

di questo mondo. Nella Facciata poi del fianco destro si vedeua in bellissima pittura vn Mosè,che con la prodigiosa verga della dura pietra ne cauaua acque abbondanti: significandoci Ignatio condottiere anche lui di popoli,che da Christo tante acque ne cauò di Sacramenti,e di vere dottrine. Et era questa Figura accompagnata di sopra dalla sua Impresa,di sotto dall'Inscrittione, o dichiaratione della Figura: come anche quella, che era nella Facciata del fianco sinistro, doue vn'Asa Re d'Israele pieno d'vn Santo zelo fa distrugger gl'Idoli per tutto il paese: simbolo del gran Francesco rouina dell'Idolatria nell'Indie, e nel Giappone. Et eccoti sotto simboli il mondo guidato, difeso, satiato,purgato,e per mostrarlo anche infocato, & aggiustato vedeuansi ne' tetti de i passaggi de' fianchi due Globi vno per banda,l'vno infocato,e l'altro co'l Compasso,come aggiustar lo volesse. E l'infocaron veramente, e l'aggiustarono questi gloriosi Heroi con la virtù, e celeste loro sapienza; per mezo delle quali s'han conquistato tanto premio, e tanta fama. Il che per dimostrarlo si fecero nel passaggio del lato manco sotto simboli a chiaro scuro viuamente espresse la Virtù, e la Sapienza, l'vna da vna banda, e l'altra dall'altra. E nel destro la Fama,& il Premio; alludendosi a i due Tempi, che in Roma alla Virtù,& all'Honore fece fabricar Marcello in maniera, che per entrare a quello dell'Honore bisognaua passar per l'altro della Virtù. Ma piacque a' Padri quella parte che restaua sù la Porta sotto l'Arco,adornarla con vn bel quadrone, doue in bronzino dipinti si vedeuano i cinque Santi,che la Santità di Gregorio XV.vni nella Canonizatione. Et era l'Architettura attorno il quadro marauigliosa d'vn Architraue con i suoi Orecchioni, attaccata con diuersi Cartoccioni insieme co'l Tabellone de' Santi, e co' suoi Termini à canto. Leggeuasi poi nel Frontispicio del Finestrone a lettere assai grandi vn'Inscrittione generale di tutta la Festa dentro vn bellissimo Cartoccione. Per tutta la Facciata ne' Campi de' Pilastri, e ne' membretti era l'ornamento d'Arabeschi bronzini in campo azzurro. Nelle due Nicchie sopre le porte de' lati furon poste di stucco le Statue de' Santi al vedere maestose, e viue. e sotto di ciascuna in vn Tabellone vagamente cartocciato il suo Elogio.

Mentre quest'Apparato si staua così fabbricando, per comparir poi nuouo stette per venti giorni serrata la Chiesa, restando solo aperta vn'Ala per le Messe, e Confessioni. Hor venuto già il Sabbato,Vigilia di Sant'Ignatio, essendosi a mezo dì dato il segno della Festa co'l suono delle Campane sì delle Case della Compagnia,

come

come di tutta la Città, leuossi all'improuiso vn vento Lebeccio con tanta furia, che parea volesse rouinare il mondo: e fece a gli Apparati della Città, particolarmente alla Facciata del Collegio qualche danno; benche fra termini d'vn'hora perdè ogni forza. Stimossi la cosa nata da rabbia diabolica, poiche a gli Esorcismi di due venerandi Sacerdoti subito s'acquetò. & il giorno seguente s'vdì vna spiritata gridare: non importa, nò. non mancherà tempo. Farò ben'io prima che finirà la Festa, quel che hieri non feci co'l vento. E veramente non lasciò di farlo con molti intoppi, che auuennero, i quali con l'aiuto de' Santi furono superati. Ma quel che non si può senza ingiuria di San Francesco Xauier tralasciare, fu, che essendo vn certo salito sù l'Arco Trionfale, che staua dinanzi al Collegio, per racconciar certe cose guaste dal vento, cadde di maniera, che per l'altezza del luogo era per farsi minutissimi pezzi. ma buona ventura sua fu, che al cadere fermossi chino su'l braccio di San Francesco, che era di paglia, & iui buona pezza stette pendente fin che venisse il soccorso. Braccio veramente a' pericolanti sempre mai fauoreuole, e potente a sostentar vn mondo. Passata dunque la tempesta a venti hore s'aprì la Chiesa, e comparue l'Apparato fornito, & accesi tutti i lumi, stando la gente, che di tutte le conditioni senza numero vi concorse, giubilando, & attonita, mentre che non sà che prima vedere, o ammirare.

Si cantò solennemente il primo Vespro dal Cardinal Doria Arciuescouo, con l'assistenza del Senato Palermitano, e del Capitolo solennemente vestiti. La musica fu bellissima a quattro Chori, de' quali ogn'vno hauea il suo Organo con altri stromenti musici. Finito il Vespro non si potea la gente staccar dalla Chiesa, trattenuta sì dall'esterno Apparato, come anche dall'interno, che seco portato hauea d'vna real diuotione a' Santi.

Della Luminaria fatta particolarmente nelle tre prime sere altro non dico, se non che nõ paruero gia sere quelle, ma chiari giorni. Imperoche non vi fu, si può dire, casa, nè finestra in Palermo, doue accesi non comparissero molti lumi. Ma & in moltitudine, & in vista superaron gli altri il Palagio del Cardinale, il Duomo, la Corte del Pretore, la Casa Professa, & il Nouitiato de' Padri Giesuiti, il quale sì per l'altezza del sito, come anche per le magnifiche Piramidi, e l'altre belle inuentioni di lumi, si faceua per tutto vedere, e godere. Quì vedeansi arder botte, lì arder tede, e torcie, e per l'aria volare razi in testimonio dell'interna gioia, & ardore.

La

La Domenica mattina in Casa Professa si cantò dal Cardinale Arciuescouo solenne Messa con pienissima Musica a quattro Chori: e fù dall'istesso benedetto lo Stendardo, che doueano in quel giorno portare i Padri Giesuiti.

Seguì a lode de' Santi la Predica d'vn Padre Domenicano con sodisfattione dell'vditorio, restando il Lodatore communemente lodato.

Dopo il pranzo cantaronsi in Chiesa per trattenimento alcuni gratiosissimi Motetti, mentre che s'andaua in Casa mettendo in ordine la Processione, e s'aspettauano i Caualieri, i quali in quattro ordini diuisi, parte sotto la condotta di D. Vincenzo del Bosco Duca di Misilmeri, e Principe della Cattolica, Signore, che in questa Festa fece chiarissima mostra della gran pietà sua, e della singolare affettione, che porta alla Compagnia, parte con D. Francesco suo figliuolo, Conte di Vicari; che essendo non più che di quindici anni, seco conduceua giouinetti suoi pari. Et altri co'l Capitano della Città, tutti ricca, e vagamente vestiti, andauano per la Città in gran numero pomposamente caualcando. E separatamente ancora il Senato, & i suoi vfficiali, con le lor toghe al modo, che nelle più solenni feste sogliono comparire.

Finita la caualcata, e posta bene in ordine la Processione, se le diede principio a venti due hore. Era quella solo composta di Gesuiti, e loro allieui, come sono le Congregationi della Casa, e del Collegio, & il Seminario Palermitano. benche si permise, che potesse ogni Congregatione adottarne de gli altri, conforme al grado, e qualità di ciascheduna: tanto che arriuarono al numero di mille, ottocento, e venti quattro, tutti con torcie almeno di tre libre, e meza. Ma l'ordine dell'andare fù questo. Precedeuano le quattro Congregationi del Collegio, de' Rettorici, de' Grammatici, de gli Humanisti, e quella della Missione per la Communion generale co'l Seminario ancora, che veniua dietro a' Rettorici. Seguiuano quattro altre della Casa Professa, due de gli Artisti, quella de' Caualieri, e quella de' Preti senza cotte, ciascuna co'l suo Padre nel fine vestito di Cotta: tutte non solo per la segnalata modestia, ma ancora per lo numero, & addobbamento riguardeuolissime, quelle in particolare de' Giouinetti, e de' Caualieri. Conchiudeua la Processione vn numeroso, graue, & honorato stuolo di Giesuiti, tutti con Cotte; cosa tanto più gradita, quanto non mai veduta. Et alla fine compariua maestosa la Bara con i Busti de' Santi d'argento sù le spalle de' Padri Giesuiti, sotto vn Baldacchino portato da

sei

sei Caualieri, à cui à viuenda succedeuano altri sei tutti Congregati, accompagnando le sacre Reliquie con torcie il Senato con vn popolo innumerabile d'appresso. Veniua però ogni classe di quei della Processione raddolcita dal suo Coro di Musica, fuor che la prima, che per lo strepito de' tamburi, che la precedeuano, non sopportaua suono nè voce più delicata. Andaua nel principio la Musica attorno lo Stendardo, che ogni Congregatione portò per donarlo a' Santi (di cui le figure si vedeano iui dipinte) di valuta chi di ottanta, chi di cento; e quel de' Caualieri fù di cento cinquanta scudi, fatti tutti alla forma quasi dell'antico Labaro, fuor che quello de' Caualieri, di cui la metà correndo dieci palmi lungo, & otto largo, s'andaua il resto proportionatamente stringendo, e diuidendo in due capi; e fù sì per i ricami, e gli altri ornamenti, come per la forma riputato gentilissimo. Portollo il Signor D. Antonio de Moncada, e d'Aragona Duca di Montalto, e Principe di Paternò, il quale sì per ritrouarsi Prefetto della Congregatione, come anche per essere a Padri Giesuiti affettionatissimo, hauendoli sempremai in tutte le cose fauorito, benche di poca salute, & al caminare a piè difficile si ritrouasse, non volle però in cosa sì publica loro mancare, trattando massimamente d'honorar quei Santi, a' quali egli è diuotissimo. Gli andauano auanti portando le due punte dello Stendardo D. Francesco de Requesens Baron di S. Giacomo, e D. Giacomo de Moncada Assistenti, da' quali mentre al portare veniua il Duca aiutato, portaua egli la sua punta. Fecero pur bella vista per i Portatori i tre Stendardi de' Giouinetti. Il primo de' Rettorici lo portò il Conte di Vicari con l'assistenza di D. Girolamo Gioeni, e D. Cesare del Bosco, nobilissimi giouinetti. Quel de' Grammatici D. Francesco de Moncada, e la Cerda Conte di Caltanissetta, primogenito del Duca di Montalto con assistergli D. Ignatio Bardi secondogenito del Marchese della Sambuca, e D. Berlinghiero di Requesens primogenito del Baron di S. Giacomo. L'vltimo de gli Humanisti fù portato da D. Luigi Naselli Conte del Comiso con l'assistenza di D. Girolamo, e D. Michele Branciforti, figliuoli del Duca morto di S. Giouanni, tutti accompagnati da altri Signoretti nobili. Nè tiraua men gli occhi l'vltimo Stendardo de' Padri, benedetto dal Cardinale. Era questo di tabì d'oro doppio tutto maestoso. Portaualo nel mezo d'alcuni torcioni il P. Proposito della casa professa co'l suo piuiale, assistendogli i Rettori del Collegio, e del Nouitiato con gli stessi paramenti. Ma mentre stò descriuendo il viaggio, tirato dalle molte cose riguardeuoli

delle

delle perſone,non sò come m'erano vſcite di mente le ſtrade co' loro ornamenti. Laſcio ſtare il concorſo tanto de' Religioſi, quanto de' ſecolari ſpettatori tale, che non pare in caſa reſtaſſe perſona, che potendo ritrouarſi preſente, non lo faceſſe. Ma le ſtrade furono in più bande da tetti fino a terra con apparato tanto magnifico adornate, che anzi Chieſe leggiadramente acconcie ſembrauano, che caſe. Tra le quali alcune s'auanzarono di vaghiſsimi ricami, e di nobiliſsimi panni di razza, o di ben lauorate ſete veſtite, con artificioſi ſcompartimenti. Nel che più pij, e magnifici ſi moſtrarono il Duca di Miſilmere, D. Giuſeppe del Boſco col Baron della Delia, le Signore d'Amari, Franceſco Graffeo, Frãceſco Micciulla, e Giouan d'Honofrio. Sete, Damaſchi, panni di Razza, Verdure, e Quadri di valẽti pittori, e molti ad ago lauorati, pieni d'oro, e di perle, andauano le caſe vagamente variando. E varij giuochi d'acqua in più parti co'l bello artificio, tratteneuano con guſto la gente. E ve ne fù frà gli altri vn, che hauendo fino all'hora mandato acqua, al paſſar della Bara cõ gratioſiſsimo artificio per l'isteſſe vie ſcaturì per tutto fuoco.

Ma molti furono per la ſtrada gli Altari e da' Religioſi, e da' Signori ſecolari erti ad honor de' Santi, tutti ricchi, e pompoſi. I Padri però del terz'Ordine di San Franceſco, i Conuentuali dell'iſteſſo Santo, & i Padri Teatini poſtiſi al lato de gli Altari loro, vollero parati con vna nuoua cerimonia riuerire al paſſaggio con incenſieri, e lumi le Reliquie de' Santi: coſa che cauò da gli occhi lagrime per tanta pietà. In molti luoghi ſurger ſi vedeano Archi pieni di verdure, quadri, ſete, con l'imagini de' Santi. fra' quali l'Arco boſchereccio di Don Giuſeppe del Boſco comparue belliſsimo: dentro del quale s'vdiuan molti alla boſchereccia gratioſamente cantare, e ſonare: e verſi per tutto ſi leggeuano al propoſito in tabelle con lettere d'oro, & in altre guiſe.

Vicino però al Collegio de' Padri Gieſuiti nella ſtrada maggiore del Caſſaro vn'Arco Trionfale fu fabbricato dalla Pietà de' Giouinetti delle Congregationi, che iui ſono, della Concettione l'vna, e l'altra dell'Aſſontione della Vergine. Vollero anch'egli a' Santi loro, come a' Riformatori della Giouentù, non contenti de gli altri ſegni di gratitudine, ancor queſto moſtrare dell'Arco; il quale di maeſtoſa grandezza quaſi pareggiaua i piu alti edificij. Vedeanſi ſotto la volta di quello due pitture in vna S. Ignatio co'l Gieſù nel petto, e con lo ſtendardo in mano, il Tempio della Pudicitia additando animaua al ſalirui vna moltitudine di giouinetti, che a cio ſi

sfor-

sforzauano. fra' quali andauano gli Angeli Custodi,& altri coronãdo di gigli alcuni di quelli, & altri con vn somigliante ramo precedendo. Nell'altra pittura dirimpetto,dentro vn pratello di rose in vn felice drappello ballauano pur giouinetti, che colà nel Giappone, terra irrigata da'sudori del Xauier, haueano co'l sangue loro meritato quella gloria. Stauano nell'vna faccia dell'Arco due statue,e due nell'altra tutte della Giouentù, che sotto varij simboli mostrauano,qual'esser debba quella età; ciascuno con la sua Inscrittione nella Base, e nel Dado con l'Impresa al proposito. Sù la cima nel mezo surgeuano di Rileuo le due statue de' Santi, quella di S.Ignatio riuolta all'Occidẽte,che in particolare gli toccò per aiutarlo, staua co'l suo Stendardo, come condottiere di sì felice compagnia; e co'l santo nome di MARIA coronato di raggi, come sollеuatore delle Congregationi dell'istessa Signora. Era S. Francesco volto al suo Oriente co'l Giglio, per esempio a' giouani della virginal Purità.

Hor sotto quest'Arco essendo già passata la Processione, se n'entrò in Collegio, il cui apparato per esser gia alla distesa da buono scrittore non solo descritto, ma spiegato ancora; basterà solo quelle cose quì dire che seruono per lo compimento del nostro ragguaglio.

La Facciata dunque,che prima si scuopre, riguardeuole senz'altro ornamento fra gli altri piu magnifichi edificij di questa Città, era d'alto a basso vestita di panni di Razza. Coronauala vn Cornicione di pittura,nel cui Fregio si leggeua a lettere ben grandi vn' Inscrittione,doue il mondo tutto si congratulaua del nuouo honore co' Santi. Et era la Facciata per maggior vaghezza in due ordini distinta: de' quali il primo andaua ripartito in sei pilastroni, oue in lingua Latina si leggeua vn verso secolare, che ad honor de'Sãti liete cantauano le Prouincie del mondo: delle quali alcune per mostra in Quadroni nobilmente dipinte,e per tutto distribuite,accompagnauano nel mezo i due Santi dipinti pure in due altri Quadroni dell'istessa misura. Sopra vi si posero altri Quadri più piccioli della vita di San Francesco. Erano pure nel secondo ordine altri sei Pilastroni, doue in lingua Greca, Hebrea, & Arabica alcune Ode si vedeuano dell'istessa materia. & a corrispondenza de' sopradetti Quadroni eran quì altri ornamenti pieni di lumi: e nel di sopra Quadri yguali a' già detti, della vita di Sant' Ignatio. Opera fu questa della Congregatione della Nuntiata, come lo dichiaraua l'Inscrittione posta in vn bellissimo Tabellone sopra la Porta.

La quale di Mischio dipinta daua l'entrata ad vn vaghissimo Arco Trionfale, che con la sua Cornice, Fregio azurro lauorato di fogliami, Pilastri di ricchi trofei inuestiti, e Capitelli di Rileuo, tutti d'ordine Corintio, daua gratissimo trattenimento a chi vi entraua. Sù nella volta in vn Scudo ben grande era vn Giesù da ingegnosi Geroglifici attorno accompagnato. Cominciauano giù dal destro lato l'Historie di Sant'Ignatio; dal sinistro quelle di S. Francesco, con alcuni segni simbolici, che al fatto alludeuano, posti nelle nicchie di sopra; con le Inscrittioni, & Epigrammi di sotto ne' Piedistalli. Terminauano quest'Arco, & entrata due Pilastri, oue due statue della Vittoria vna al Lauro, l'altra alla Quercia sospendeano per Trofei due Scudi, ne' quali due Greci Elogij, come da loro scritti rimirauano, quello sotto l'arme Castigliane ad Ignatio, questo sotto l'Indiane a Xauier in quei tronchi consecrate.

Quindi poi entrãdosi nel Cortile (ilquale è quadro cinto di Colonne) questo sì per la moltitudine, varietà, vaghezza, & inuentione delle Pitture, come per la simmetria di tutto l'Apparato, tanto lieto comparue, che sempre visto, sempre nuouo pareua.

I pareti dunque sotto gli Archi andauano seguitamente adornati d'alto a basso con bellissima proportione. Cingeua tutto la Cornice co'l suo Fregio di gentilissimi Arabeschi lauorato, sostentata da' Pilastri di finto marmo co' suoi Capitelli Corinthij, posti dirimpetto alle Colonne: le quali erano altresi insieme con gli Archi, Capitelli, e Basi colorite a Mischio. Andauano tra l'vn Pilastro, e l'altro compartiti trentacinque Quadroni, alti ognuno ventidue palmi, larghi quattordici. Ne' dicinoue rappresentauansi nella parte destra all'entrare i fatti illustri di S. Ignatio, nella sinistra quei di S. Francesco: ne' quali, quanto fù possibile, fecesi che il fatto dell'vno corrispondesse a quello dell'altro. Terminauansi però tutti in vn Quadro di mezo incontro al Portone, doue entrambi già Santi in cielo sono da tutti i Principi, e popoli del mondo adorati. Sotto questi Quadri tutti si leggeua l'Inscrittione, e l'Epigramma Latini.

Ne gli altri sedeci, che tra quadro, e quadro si tramezauano, erano le statue delle quattro Scienze, e Facoltà, che in questo Collegio si professano, ciascheduna in quattro parti diuisa. Si che venne ogn'vna ad occupare vn lato del cortile. Erano primieramente le Lettere humane in quattro Figure, e Quadri descritte. in vno la Grammatica, nell'altro l'Historia, la Poesia nel terzo, e nell'vltimo veder si facea l'Oratoria. Seguiua nell'altro lato la Matema-

tica

tica diuisa nell'Aritmetica,Geometria,Geografia, & Astrologia. Compariua nel terzo luogo la Filosofia in altri quattro Quadri,doue andauan raffigurate la Logica,la Fisica,la Metafisica, e la Morale. L'vltimo,e principal luogo diedesi alla Teologia, distinta pur essa nella Morale,nella Peritia della sacra fauella, nella Teologia Scolastica,e nell'Interpretatione delle sacre Scritture. Figure tutte non solo per i varij simboli,ma ancora per l'artificio della Pittura vaghissime, la quale con prospettiue rappresentaua vicina la statua a vista di più lontane campagne, e verdure. Sotto ciascuna di queste Figure vi andaua vn'Epigramma Greco. E tra l'vn Quadro, e l'altro,come altresì sù la cima,si vedeano spiccare certi Tabelloni ben Cartocciati; ne' quali vi era vn'Impresa, che al vicino Quadro alludeua.

Vscendosi poi fuori da' Portici, ne gli Angoli de gli Archi vi si posero venti quattro Padri della Compagnia in scienza,& in santità più illustri. Sopra la Fascia altretanti Quadri alla misura de gli Archi,oue tra vaghe prospettiue vedeansi gli Edificij de'Collegi,e Case, che la Compagnia tiene in questa Prouincia; ciascuno de' quali con l'Inscrittione di sotto si congratulaua del nuouo honore co' Santi. Erano questi Quadri frà loro diuisi con Termini; sopra i quali per compimento dell'opera stauano alcuni Vasi a proportione dipinti,donde vscir si vedeuano fiamme. E tra l'vna Colonna, e l'altra s'alzaua vn Vaso inargentato di buona grandezza; che sosteneua vn Giesù, il quale in vn ben grande Scudo si vedeua cinto di Fogliami,e di Cartocci. Sta sopra il Cortile nella parte di Tramontana vna Loggetta quest'anno fornita. Questa di Sete,e di Ricami adornata facea bellissima prospettiua.

Per compimento dell'Apparato fabricossi nel mezo del Cortile vna Fontana marmorea, da cui sopra vna bianca nuuoletta s'alzauano i Santi Ignatio, e Xauier: quegli con vna mano tenendo lo Stendardo della sua Compagnia; questi il Giglio insegna della sua Verginità; sostentauano entrambi vn Giesù con vna Corona in cima appoggiata solo alle punte de' raggi del Santissimo nome. Staua nel mezo,come soglio del Giesù, il Sole,a cui per l'artificio della spinta, che all'vscita faceua l'acqua raggirandosi in cerchio l'Intelligenze, faceuano intorno festeuol Corona, guidando ciascheduna il suo Pianeta; da' cui raggi, come anche da quelli intorno al Giesù,e dal Giglio,e Stendardo,che stauano nelle mani de' Santi,e fino da gl'istessi mergoli della Corona, che era non poco rileuata, vsciuano pispini di acqua con furia, che intralciandosi al cadere

gli vni con gli altri, recauano a gli occhi, & all'intelletto non picciolo gusto. Dall'vno, e l'altro lato al piè del Fonte con horrore vedeansi due mostri, l'Heresia l'vno, l'altro rappresentaua l'Idolatria, amendue con vna capellatura di serpi; la quale per l'impeto dell'acqua, che dalla bocca, quasi veleno, loro vsciua, con Matematico artificio per le lor teste continuamente si raggiraua. In fronte all'istessa altezza eraui vna Nauicella, dalle cui sarte, antenne, temone, e da altre parti veniuan fuori con impeto ruscelletti d'acqua. All'incontro v'era vn Giglio, dal quale vscendo l'acqua quanto, più s'inalzaua, tanto più aprendosi formaua gratiosamente la figura del fiore.

Tal'era l'Apparato del Cortile, donde prese camino la Processione per la Chiesa riccamente pure, e pulitamente acconcia. doue sù gli Altari altro non vedeui, che oro, & argento maestreuolmente disposto. Il Cappellone, oltre i Mischi, di cui pur'era prima assai ricco, fù lauorato in molte parti d'oro, e con due belle, e grãdi Pitture de' Santi Pietro, e Paolo da' due lati adornato. Le Cappelle di finissimi drappi vestite. L'Atrio di Sete, Quadri, e verdure con ordine, e vaghezza grandissima. La Naue altro ornamento non hebbe fuor di quello, che co'l tempo hauerà. Imperoche vollero i Padri cõn artificiosa Pittura di Mischio far l'esperienza ne' nostri tempi di ciò, che altra età hauerà a godere nel vero. Fù la Pittura ripartita per tutto ne' due ordini di Pilastri, e Cornicione, con che ella và architettata, simigliantissima nella varietà de' colori, e figure a quelle poche pietre, che in fatti vi erano, lasciando il resto della fabbrica in bianco, per dare l'vno all'altro con la distintione bellezza. La Volta era da dorati Fogliami, & Arabeschi abbellita. La quantità poi de' lumi attorno disposti faceuano co'l loro splendore della Chiesa vn Paradiso. La Facciata di fuori fù fabbricata tutta di pittura in Rileuo con bellissima simmetria: doue e Statue, e Geroglifici, & Emblemi faceano a gara per abbellirla. Et acciò che non men di notte, che di giorno goder si potesse da' riguardanti, sopra vi si pose vn Giesù trentadue palmi di diametro, che pieno di lumi sembraua vn Sole.

Quindi poi inuiossi la Processione alla Casa, doue arriuati tutti, e posta già nel Cappellon maggiore la sacra Bara, a suon di pifari, & a voci di Musici finissi con la solita cerimonia il tutto.

Presentarono tutte le Congregationi della Casa Professa i loro Stendardi a' Santi in quella Chiesa, doue da gli Archi maggiori stanno pendenti; sicome le Congregationi del Collegio fe-

cero alla Chiesa di quello.

Così finì la Domenica. Ne gli altri giorni poi per riserbarci le cose straordinarie, e più particolari, basterà l'altre dirle così ad vn fiato. Le Messe furono ciascun giorno in Casa Professa con Musica solenne cantate per lo più da qualche Prelato. E si come la prima il Cardinale Arciuescouo, così l'vltima solennemente la cãtò l'Arciuescouo di Monreale. Ma tra gli altri & in magnificenza di paramenti, & in grauità di cerimonie, & in moltitudine di ministri s'auanzò l'Abbate Benedettino.

Nelle Prediche, che ogni giorno si fecero, si come il Padre Domenicano (di cui si disse) così il Conuentuale di S. Frãcesco, l'Agostiniano, quello del Carmine, quello del terz'ordine di S. Francesco, il Teatino, il Minorita, & il Cappuccino, oltre l'eruditione, e sapere, mostrarono tutti affetto straordinario alla Compagnia, & a' Santi. Lascio il Padre Girolamo Gessi Giesuita, che ad instanza del Cardinale la mattina dell'Ottaua fece la sua con tanto gusto del numeroso, e nobilissimo vditorio, che non fù chi di continuo non applaudesse.

I Vespri pure ogni dì con gratissima Musica faceano correr le genti, & empir la Chiesa. Cominciolli il Cardinale, e l'Arciuescouo di Monreale li finì. Si spesero in tutto a Musica trecento scudi.

Venendo hora alle cose più particolari, Lunedì, che fu secondo giorno, i Rettorici del Collegio con particolar solennità festeggiãrono i Santi nel Salone; il quale, come per essere ampia, e magnifica stanza fù con bellissima architettura, e con magnificenza di vaghe, e ricche sete ornato: così per essere alle buone lettere consecrato, vi concorsero ad ornarlo le varie inuentioni delle Poesie.

E fù l'ornamento tutto in due ordini compartito, Ionico l'vno, l'altro Dorico. Andaua nel primo ordine attorno il Cornicione di finto marmo, nel cui Fregio in verso Heroico scritto si leggeua vn'erudito, & elegante Vaticinio, da alcune stelle fra poste vagamente diuiso. Dal qual luogo medesimo diuersi Scudi pendeuano con Epigrammi. Sostentauano il Cornicione, e'l Fregio quarant'otto Pilastri disegnati bellissimi; da' quali al viuo si spiccauano certi Termini con varie, e mostruose figure: nel cui ventre vedeasi vn Scudo azzurro, & in quello vn'Impresa d'oro sopra le varie virtù de' due Santi. al che fare solo da' corpi celesti presesi la materia. Di sotto nel Dado de' Piedistalli con simbolica, & horrenda figura si vedea dipinto il vitio alla virtù di sopra opposto, che con vn breue,

ue,& artificioſo Motto ſpiegaua l'affetto, che nella pittura moſtraua. Surgeano fra' Pilaſtri da' Piediſtalli Globi inargentati, ſoſtenuti da' lor piedi ben lauorati, oue dipinte ſi vedeano le varie Coſtellationi del Cielo ſtellato, animati ciaſcheduno dal ſuo Epigramma. Ripigliauano il ſecondo ordine altri quarant'otto mezi Pilaſtri, corriſpondenti a' Pilaſtri del primo ordine, che co i loro mezoloni ſoſtentauano l'vltimo Cornicione, che nel Fregio andaua ſtiriato. Cadeuano da quelli Tabelle d'altri verſi, che con particolar gratia faceuano le lor diuiſioni. E fra vn mezo Pilaſtro, e l'altro ſurgeua il ſuo Globetto ſimilmente inargentato, con altre Coſtellationi per corpo d'Impreſa: il quale ſtando ſopra il ſuo piè, doue era ſcritto il Motto, s'appoggiaua nel ſecondo Cornicione: donde per compimento, e per corriſpondere in qualche maniera (per quanto la picciolezza dello ſpatio permetteua) al primo ordine, caſcauano certi Feſtoni inargentati, che nel Campo di ſotto che era di Damaſchi roſſi, vagamente campeggiauano.

A capo del Salone ſotto vn Toſello di Broccato riccio in vn bel Quadro ſtauano i due Santi con faccia maeſtoſa, e graue, a cui di ſopra trà lucidiſſime nuuole certi Angeletti teſſeano vna ghirlanda di ſtelle. Dirimpetto in vn'altro Quadro ſi vedea nel mezo, come in ſoglio di maeſtà la Rettorica coronata, accompagnata da vn lato dalla Poeſia, dall'altro dall'Hiſtoria, ciaſcuna con ſue inſegne, e ſimboli. Tal'era dunque il Salone del Collegio coperto tutto da vna Suffitta d'vn cielo ſtellato. Ma non la Sala ſolo fù tale: la Scala ancora, per doue a quella ſi ſale, era ornatiſſima: doue al primo incontro ſi vedeua vn'Inſcrittione per dichiaratione del tutto. Dapoi in Quadri diuerſi tutti i Pianeti ordinatamente, che gioiendo vnitamente veniuano co' loro verſi ad ingrandire la pompa.

Il Lunedì dunque sù'l tardi recitaronſi nel detto Salone à lode de' Santi vn'Oratione, & vn Poema, con l'aſſiſtenza del Cardinale, a cui furono dedicati, e graditi: e con vna numeroſiſſima, & honoratiſſima Corona di Principi, e Signori, e d'altri Religioſi, e perſone intendenti. La compoſitione, & attione incredibilmente piacque, come anche l'artificio della Muſica, che con vn gratioſo dialogo di tre Canti ſi fece in ſcena: doue cantaronſi alcuni verſi in lode de' Santi, aggiuntiui come per digreſsione altri in lode del Cardinale, e del Duca di Mont'alto quiui preſente, l'vno come Mecenate della Feſta, l'altro del Canto. Ma diede frà gli altri guſto particolare il Conticello di Caltaniſſetta, il quale con vn' Epilogo

diede

diede fine alla Festa. fu in lui per l'età picciola grandemente stupita l'arte, e gratia del dire. Questo il Lunedì.

Il Martedì poi il Nouitiato de'Giesuiti, come luogo, doue altro studio non si professa, che di virtù, e di mortificatione, volle anch'esso, oltre il gentilissimo Apparato della Chiesa, far della professione sua vn'honorata mostra, honorando i Santi co'suoi propri beni. Fatto dunque vn liberale inuito a' poueri, e mendichi della Città, pose in ordine tauole pulitissimamente acconcie, & apparecchiò loro vn splendido banchetto nel proprio luogo: doue arriuato vn numerosissimo stuolo d'inuitati, furon seruiti alla Reale, e ben satollati; restando anche roba per altri simili, che alla fama famelici vi concorsero.

Il Sabbato dell'istessa settimana si rappresētò vna venuta d'Ambasciadore, che da Roma portaua al Collegio de' Padri lo Stendardo per donarlo a' Santi. Fu eletto per tale vfficio il Conte di Vicari, il quale con vn vestito da camino ricamato, e co'l corteggio d'altri Signori principali, tutti per le ricche, e vaghe liuree riguardeuoli, ad hore dicinoue imbarcatosi in vn Brigantino accompagnato pur da altri legni s'inuiò ad vn seno di spiaggia tre miglia lontano dal porto.

Andò con loro vn'honorata soldatesca de' Congregati della Purificatione della Nostra Signora, che sono nella Casa Professa, sotto il suo Capitano, e bandiera, ciascheduno co'l suo archibuso, spada, banda, pennacchio, e collane vagamente vestito. Non fu tanto sì cittadino, come forestiere, che potendo, non scendesse alla marina. Correre si vedeuano per lo mare infinite filuche, e barchette. Le Naui, che nel porto si trouauano, nelle poppe, nelle prore, e ne gli alberi ancora stauan cariche di gente, come anche le mura, i beluardi, i campanili, le finestre, e fino le tegole delle case. quandoche a 23. hore venne a cauallo da vna parte co'l solito suo corteggio il Senato Palermitano: dall'altra Don Francesco Branciforti Duca di San Giouanni con altri Duchi, Marchesi, Baroni, e Caualieri nobilissimi, per incontrar l'Ambasciadore. Stauano su'l ponte, doue egli douea sbarcare, due Compagnie pur di Congregati con le lor bandiere, sì nel numero, come ne gli addobbamenti niente inferiori a quegli altri, ricreando con continue salue la marina. Rispondea lor di rimpetto la soldatesca Spagnuola, che attorno il Castello Reale suol fare à vicenda la guardia. Per tutto suono di tamburi, strepito di archibusi, & applausi del popolo. E fu eccellentemente ordinata la squadra con la sopranten-

denza

denza di D.Carlo Valdina Riceuitor di Malta, Caualiere in questo mestiere pratichissimo. Staua su'l tramontare il Sole, quando vidersi di dietro il Molo comparire il Brigantino con le bandiere, e fiammelle di seta spiegate, accompagnato da altre quattro fuste, e da barche, e filuche senza numero. Questo a poco a poco auuicinandosi a suon di trombe, pifari, tamburi, e salue d'archibusi fu salutato dalle guardie, e da'nauili, che nel Molo dimorauano. Alzossi all'hora nel Castello lo Stendardo Reale, rispondendo da terra l'altre Compagnie seguitamente, finche entrando nel porto la squadra, e salutando, fu prima dal Castello con artellarie, e con piu salue: e poi dalla Città con mortaretti, & artellarie, etiandio con palle alla Reale riceuuta: aggiuntaui la salua de' nostri Soldati, e l'artellarie di altri nauili, che nella marina si trouauano. Sbarcato l'Ambasciadore con gli altri Signori, e posto a Cauallo, per essersi gia imbrunito il tempo, presero con gli altri Signori, che eran venuti ad incontrarli, le torcie, inuiandosi per lo Cassaro alla volta del Collegio. Andauano prima le soldatesche a battaglione sonando, e sparando. Seguiuano i Caualieri a tre a tre, sessanta di numero, scusandosi molti di venire per l'importunità della notte. Et hauea ciascun caualiere i suoi paggi, e palafrenieri con torcie in mano ancora: tanto che con i molti lumi, che nelle finestre con varie inuentioni si vedeano, non si desideraua il giorno. Appresso la Caualcata a suon di tamburi, pifari, e trombe a cauallo, precedendo tutti gli Vfficiali della Città con le lor torcie, compariua l'Ambasciadore: alla cui destra v'era il Duca di S. Giouanni, alla sinistra D. Girolamo di Settimo Pretore della Città, seguendo poscia con altri Titolati il Senato. Arriuati finalmente al Collegio, e smontando di Cauallo all'Arco Trionfale gia detto, furono honoreuolmente incontrati da' Giesuiti, che vestiti di cotte con torcie l'aspettauano. Entrato nel Portone con l'honorata sua comitiua l'Ambasciadore con alcune poche, ma ben composte parole presento lo Stendardo al padre Rettore, che vestito co'l Piuiale lo riceuette, ringratiando con altre tante parole l'Ambasciadore. Era lo Stendardo di tela d'argento con l'effigie de' Santi, & vn Giesù in capo nobilmente ricamato d'oro, con vna breue Inscrittione di sotto: Quindi si inuiarono Processionalmente con vn sceltissimo Coro di Musica per sotto le Loggie del Cortile pieno di lumi verso la Chiesa, che staua a questo fine bene accommodata: doue cantandosi tratanto da vna Loggia di sopra illuminata da torcie alcuni Motetti per ciò nouamente composti, e fatte varie cerimonie, con


dire il padre Rettore l'oration de' Santi, a due hore di notte si diede fine alla Festa: la quale, come fu da ogni parte compitissima, così n'hebbe commune applauso.


Compì le feste il trionfo d'vn magnificentissimo Carro fatto dalla Congregatione de' Filosofi alla forma d'vn Galeone trenta palmi alto, lungo venti, e nella maggior larghezza quattordici; nel quale si finse che trionfanti venissero i due Santi. Dal mare dunque per la strada maggiore del Cassaro, la quale per tutto quasi era di sete apparata, con pompe Romane era il Carro tirato da dodici generosi Caualli, posti a tre ordini, tutti con le lor prepunte ricchissime, e cimieri. Stauano sù la poppa le due belle, e maestose Statue de' Santi noue palmi alte, che vnitamente manteneuano vn Giesù. Attorno ne i lati surgeuano quattro Statue, alte sei palmi, che rappresentauano le quattro parti del Mondo, ornate delle loro insegne. I molti Musici, che co' stromenti di fiato, e di corde per tutta la strada a vicenda cantauano le varie vittorie in diuersi Regni, e prouincie hauute da' Santi, rappresentauano le varie prouincie del Mondo, essendo ciascun di loro vestito alla foggia di qualche Regno. Veniuano dietro tirati il Demonio, l'Idolatria, e l'Heresia da' Santi debellate; come nella poppa dell'istesso Carro con vn' Inscrittione dentro vn bellissimo Scudo si dichiaraua: sotto del quale era vn'Impresa. E fù il corpo del Carro oltre i varij Geroglifichi, Emblemi, Imprese, & Inscrittioni, di vaghissima pittura ad oro ricoperto. Hor' a questo Carro andauano auanti in due squadre diuisi i Soldati. era la prima de gli Archibusieri, gente scelta della Congregatione della Missione per la Communione Generale, tutti assai gentilmente vestiti. nella seconda veniua vn' honorata moltitudine di scolari del Collegio a gara quel giorno ornati alla soldatesca; de' quali parte con archibusi, parte con zagagliette sotto due Stendardi di SS. Ignatio, e Xauier andauano accompagnando alcune Tabelle inargentate, nel mezo delle quali staua vn Giesù con l'Inscrittione, doue, come ne gli antichi trionfi de' Romani, vinta si dichiaraua vna parte, o vna prouincia del mondo.

Nel mezo però dell'vna, e l'altra squadra con infinita altra gente, che senza ordine alcuno, qual impetuoso fiume, ne correua giubilando, venne sopra le spalle d'huomini vna Colonna, fatta a voglia, e spese d'vn gentil'huomo, che nel suo Piedistallo fermata manteneua sopra di se vn bel Fonte, alta in tutto ventiquattro palmi. Conteneua ella vn gratioso artificio di fuoco. che per simbolo

a punto fù fatta di questi Santi; i quali, come quella Colonna di fuoco a gl'Israeliti, nel deserto di questo mondo han fatta la scorta a' popoli per condurli al promesso, e beato paese. Vicina al Carro con bell'ordine andaua la Congregatione de' Filosofi con le torcie in mano. Finalmente con gli allegri applausi dell'infinito popolo concorsoui arriuò il Carro alla porta della Chiesa del Collegio; doue leuate dal Carro le statue, de' Santi, furono co'l debito corteggio di lumi poste sopra vn'Altare nel mezo della Chiesa a questo effetto riccamente addobbato: cantandosi tratanto varij Motetti in lode de' Trionfanti. Et alla fine fu dal padre Rettore detta la solita oratione de' Santi. Cosa mirabile. quella pioggia (come fu da tutti communemente osseruato) che fino all'hora regolata dalla mano del Creatore hauea solo bagnato le compagne attorno Palermo, & anche i luoghi della Città fuori dal Cassaro, finito cio, che si è detto, licentiata da Dio scaricò con tanto impeto, che parue a tutti d'esser gia venuto Decembre, o Gennaro. Ma durò tanto, quanto dapoi potè hauer tempo il fuoco della Colonna di far gli vltimi applausi, e congratulationi co' Santi. e durò lungo tempo la machina sempre scoppiando con varij giuochi, che i razzi artificiosamente compartiti faceuano; finche dopo vna fiamma interposta, che mai pareua non douesse finire, con altri nuoui scoppij diede l'vltimo plauso con Eco di tutti a maggior gloria di Dio, che in questi due Santi sempre s'è mostrato mirabile.

S. Philippi Nerei celebritas à Panormitano ciue peracta describitur.





BI certo, maturoquè nuntio Congregationis Oratorij Patribus, qui S. PHILIPPVM NEREVM auctorem, ac Patrem venerantur, & colunt, Martij duodecimo eiusdem Mensis XVIII. ab Gregorio XV. Pontif. Max. in Sanctorum numerum fuisse cooptatos SS. Isidorum, Ignatium Loiolam, Franciscum Xauerium, Teresiam a Iesu, ac Philippum Nereum renunciatum est, sicut is omnibus communis fuit causa lætitiæ, ita & omnes commune lætitiæ argumentum præsetulerunt. Dicto .n. de more ad gratias Deo Opt. Max. referendas, Te Deum laudamus, accensisquè

per

per totam vrbem ignibus, ac tormentis bellicis explosis, quisque pro viribus ad celebritatem suo die peragendam appulit animum.

Congregationis itaque Oratorij Patres, vt inchoati templi absolutio, atquè perfectio futuræ pompæ magnitudinem vel amplificaret, vel exæquaret, vnanimi conspiratione sanxerunt omnibus numeris, ac partibus templum absoluere.

Et quidem absoluerunt breui. his .n. aurum non defuit a Proceribus erogatum, pius animorum non desideratus est ardor. Vna duntaxat S. Philippi ara, cum ceteræ sua ingenita pulchritudine fruerentur, argenteis haud exiguæ magnitudinis candelabris, ac Sericis auro oblitis exornata.

Ante ædem horum Patrum maximam extat & area nec plane exigua suis circumsepta ædificijs, ac multis transuersis, perpetuisque vijs partita. Theatrum format. Et recte quidem. Altera Roma Panormus est. Ea.n.in theatris spectacula non desiderabat suis. hic ne desiderantur quidem. binos .n. hoc semper leones a terra sublimes, qui non S. Ignatij cor dilanient, sed diligenter asseruent Iesu nomine insignitum, domitos præfert, non luctuosum, non crudele spectaculum, sed pium.

Hoc ergo theatrum in scænam pietatis, ac lætitiæ efformatum a Patribus est. qua .n. varijs, pulcherrimisquè vel Sanctorum, vel virorum illustrium imaginibus, qua peripetasmatis, qua sericis ex proportione distinctis, qua floribus, lilijsque vel parietes ornarunt, vel terram vndequaque sparserunt. Odor afflabatur ex floribus, pietas in apparatus pulchritudine triumphabat.

Ad hanc exteriorem pompam conspiciendam mira ciuium in horas euocata multitudo confluxit. Quouis tempore populis exundabat locus. Templi frontispicium apprimè exornatum, quo nihil ornatius. Huiusce ianuæ in futuram formam redactæ, insignitæ, columnis terminatæ. Supra S. Ignatij cor duplici leone obsessum ne, an circumseptum? coronatum. In eo Iesu nomen insculptum. Vel ab animantibus ratione destitutis pietas in scæna pietatis edificebatur.

Triplicem præfert Ianuam hoc templum. Binæ pares. Impar vna, quæ media est. Supernè S.Philippi simulacrum manu lilium præferentis (symbolum virginitatis) collocatum. Dexteræ Stemma Pontificis. Sinistræ Hispaniarum, ac Siciliæ Regis insigne. Infernè hæc inscriptio.

D. Q. M.

S.PHILIPPO NERIO Florentino Congregat. Oratorij

Fundatori a Gregorio XV. Pont. Max. In Sanctorum numerum nuper relato Patres Panorm. Congregationis, quam dum mortalem vitam viueret, in filiam sibi adoptauit, Parenti Opt. ac benemerentissimo faustum hoc in signum nouæ Canonizationis DD.

In ipso ipsius portæ arcu Gregorij XV. de hoc PP. sodalitio benemerentissimi effigies constituta. Hinc Ioannettini Doriæ Card. Amplisſ. ac Panormitani Antistitis; inde S.P.Q.P. stemma conspiciebatur. In columnarum basibus duplex adumbatus Angelus. Alter rosarum, cui id inscriptum.

Nec Rosæ.

Alter liliorum fasciculum, cui itidem

Nec lilia desunt

Ser. 18. de Sanctis. præferebat. vt hisce dictis ex Beda deprompτis omnes tandem haud ignorarent a Christiana Rep. nec Martyrum rosas, nec Virginum lilia desiderari, quibus tamen hoc templum non caret, cum & titulari Martyre Ignatio, & tutelari Virgine Philippo perfruatur.

Ianuam hanc circumstabant omnia Pontificum, ac Cardinalium ex Familia Medici simulacra affabrè depicta, quasi de noua Sancti Philippi Florentini Ciuis felicitate gratularentur. Porro portæ, quæ sinistra est, parmam haud ingloriam scuticis, catenis, calcaribus, & alijs huiusce generis Christianæ pænitentiæ argumentis refertam aduentantibus objiciebat contemplandam. Eo laconico dicto.

Philippicus triumphus.

Vt nimirum nouæ militiæ Ducem se præbeat, qui non spolia ex hoste detracta, sed arma sanctitatis præfert suæ, quibus ex teterrimo humani generis hoste victoriam consecutus.

Quæ vero dextera tres in cæruleo campo promicantes stellulas, Nereæ familiæ stemma præferret. Eo itidem.

Nerea sublimitas.

Vt

Vt orbis terrarum haud ignoraret plus ad familiæ gloriam amplificandam vnam posse virtutem,quam res omnes præclarè gestas vel in deuastandis vrbibus, vel in exercitibus profligandis, vel in hostibus singulari certamine deuincendis. Supra vero quamuis earum tum Philippi III. tum Philippi IV.Regum;media vero S.Philippi imago. Virtus .n. regia Sanctitas est, cuius planè sunt vel ipsi Reges Aulici. Quicquid igitur reliqui erat peripetasmate ex varijs florum generibus contexto exornabatur, ac nihil planè erat, quod in hoc nouo apparatu, nouaquè pompa videretur exoptandum. Porrò omnes viarum aditus, qui multiplices sunt, ac varij, ex triumphali arcu singuli insigniebantur, vt qui ad hanc pompam inuisendam accederet, ad celeberrimum, nobilissimumquè triumphum inuisendum sese accessisse sibi suaderet. Pompa loquitur, non calamus.

In hisce arcubus & illustrior,& nobilior,artiquè accommodatior arcus vnus S. Philippo Sacer. Medium in eo vexillum S. imagine conspicuum. Prima fronte hi characteres.

S.Philippo Nerio mundum despicienti, ac terrena triumphanti, Sui instituti milites Duci Strenuo, atquè Sanctissimo, hoc pietatis, obsequij, lætitiæ triamphale signum. D D.

Inter duplicem columnam sinistræ hærentem muliebre simulacrum forma augustius humana, quod demissis oculis, ac brachijs in crucis formam compositis coronam pede protereret, manu orbem gestaret, elucebat. hoc dictum ex Mantuano depromptum. *Prim. Aeneid.*

Haud dignor.

Quodnam autem virtutis genus forte id exprimeret, inscriptio grandioribus exarata characteribus confitetur.

Humilitas.

Vt hac ratione terrarum orbis cognosceret Philippum, cum a Gregorio XIV. Galerum accepisset, tantum dignitatis, & gloriæ summa cum animi demissione repudiasse. hinc illa subscripta epigraphe.

Oblatum sibi a summis Pontificibus Cardinalatus honorem

hu-

humiliter respuit.

Inter vero duplicem columnam aliam dexteræ excitatam depicta Virginitas. Adolescentula nimirum, quæ sicut Cupidini pharetram gestanti faciem auerteret indignabunda, sic præeuntem Angelum sequeretur Ducem.

Quocumquè ierit.

Ad id duplex illustre facinus allusio, cum scilicet primo S. Philippus ab meretricula vel graui, vel certè ficto morbo laboranti euocatus, vt conscientiam aperiret, ac nouam viuendi rationem instituerer, domum meretricis accessit. Illa, vtpotè quæ aliud moliebatur animo, non ad Sancti pedes accidit, sed in amplexus ruit impudica. terga repente vertit. fuga saluti consulit. cetera vitia pugnando vincuntur. mulier fugiendo superatur. Id explicat hæc inscriptio.

Mulierem impudicam eius virginitatem labefactare conantem effugit, ac necem ab ea immissam diuinitus euasit.

Vel secundo cũ S. Philippus ab effrænatis adolescẽtibus in cubiculo tãquã in tuta arce interclusus a muliebri Veneris militia obsidebatur, vt in arce sanctitatis arcem virginitatis pro libidine expugnare, ac Philippũ tanto bello deprehensum, atq; captiuum sub Veneris pæne de iuuẽtute triumphantis redigere posset naua potestatem. Ille, cum sibi maxime ea turbulentissima tempestate diffideret, ad precum arma conuolauit, precibus institit. Admirabundæ mulierculæ Veneris castra deserunt, sententiam deponunt, atq; ex Sancto viro formam Sanctitatis addiscunt. Rem totam aperit hæc epigraphe.

Ab hominibus perditis introductæ mulieres impuræ ad fœdandam Philippi puritatem, eo orante, obstupuere, & pauidæ recesserunt.

Altera arcus fronte ad plateam vergente hæc inscriptio, liberorum erga tantum Patrem grati animi singulare monumentum.

Philippicæ celsitudini, atquè præstantiæ in Ecclesia Catholica, sicut in cælesti regno nobiliter sublimatæ, suæ Panormitanæ

fa-

Familiæ Domeſtici, atquè Filij inſigne hoc amoris debiti in virum Sanctiſſimum DD.

Binæ huiuſce frontiſpicij columnæ ætatis grauis adumbratam mulierem præferrent haud exiguum geſtantem humeris ſaxum. Patientiæ virtutis Hieroglyphicum.

Rebus me ſeruo ſecundis.

Hoc phrænoſchema depictum facinus expreſſit. cum ſcil. Philippus a Pontificis Vicario vocatus in iudicium, a quo cum acriter exprobraretur, ne tantam ſecum hominum multitudinem in ſeptem Romæ Eccleſijs inuiſendis adduceret, iniurias omnes, atq; contumelias æquo paſſus eſt animo. Rectus ante Præſulem aperto capite conſiſteret, oculiſq; ad Chriſtum Dominum cruci affixum intentis ante Hieroſolymitanum Præſidem vna cum Chriſto Domino ſiſtentem ſecum animo cogitaret. Sicut modeſtiæ, ita & patientiæ exemplum. Ecce tibi res tota hiſce, qui ibi legebantur, expreſſa characteribus.

Apud Vicarium Pontificis calumnias paſſus, fortiterquè perpeſſus, tandem diuinitus liberatur.

Binæ aliæ Iuuenem cælum ſuſpicientem, digitoq; deſignantem, qui dextera nudatum pectus aperiebat, explicarent. Diuini amoris ſymbolum. ea inſcriptio.

Illò feror, quocumq; feror.

Ex D. Auguſtino dictum hoc ſapienter, recteque depromptum. *Lib. Confeſſ.* is enim ſic habet. *Amor meus, pondus meum; Illò feror, quocumquè feror*. vt nimirum omnes apertiſſimè deducerent Hominem diuini amoris igne ſuccenſum de Deo loqui, de Deo cogitare, atq; in Deum ſemper oculos, ſemper animum intendere. Atquè id planè in Philippum rectè cadit, qui cum nonum ſupra vigeſimum agitaret annum & ex Spiritu Sancto ſacri amoris donum efflagitaret, ſic repente diuino igne correptus, vt, cũ tantũ ferre incendium non valeret, humi deiecerit ſe ſe; vtque aliqua ſaltem ex parte diuinas illas temperaret faces, veſtem pectus obtegentem abſcidit. Ecce tibi elogium.

Abun-

Abundantiam suauitatis Spiritus ferre non valens amore languet.

Hæc itaq; ex multis, varijsq; à S. Philippo rebus præclarè gestis excerpsimus. descripsimus. toto .n. arcu tota Philippi vita, mores, facta penicillo adumbrata elucerent. Qua enim Philippum precibus vacantem, qua Cælitum gloria perfruentem, qua propinquorum amore flagrantem, qua vel Xenodochia instituentem, vel Xenodochijs inseruientem, qua pauperes subleuantem, qua futura prædicentem, qua Cæsarem Baronium ad annales Ecclesiasticos conscribendos adhortantem, qua denique ad Populum, vel Sancto Carolo Borromæo auditore concionantem Panormus summa cum animorum omnium voluptate suspexit, ac demirata est.

Sed elogium in ipsius templi interioris aditu propositum non omnino posthabendum. hocce est:

Sancto Philippo Nerio Congregationis Oratorij Institutori,
Oratorium Panormit. defert Ignatij cælesti Parenti
signum exultationis. D D.

Sic itaquè exornatum templum, sic insignita area, sic illustrati parietes. dato signo, accensisquè per totam vrbem faculis quarto Iunij inchoata celebritas. Vexillo itaquè Eminentissimi D. D. Ioannettini Doria Panormitani Archiepiscopi, & Cardinalis Amplissimi cruce sacro, expositaquè in Metropolitana totius Siciliæ Ecclesia S. Philippi Reliquia, ad quam adorandam optimum Præsulem sequuta Ciuium omnium multitudo confluxit, ea tandem solemni deambulatione per vrbem circumducitur. Vbique aræ, vbiquè peristromata, vbiquè peripetasmata, vbique pietas, vbiquè sanctitas. Infinitus cereorum numerus, quia infinita hominum multitudo. Sed ex tanta, quod mirandum plane, multitudine ordo interturbatus haud est. Semper idem. Huiusce Congregationis Præpositus vexillifer. hinc inde duodenæ accensæ faces. Multiplex, varius, nouus præibat præcinentium chorus. ceterum denique dumtaxat Sacerdotium sic ex Præsule decretum, ac Regium Capitulum sequebatur. Adfuit & Senatus, omnisque Pop. Panormitanus, cuius animo pietas sedet, cuius religio grata Cælitibus comprobata miraculis.

S. ROSALIAE VIRGINIS PANORMITANAE TRIVMPHVS EXPLICATVR.

TRIVMPHALIS D. ROSALIAE pompa scribentis calamum non requirit. Quouis dicendi genere vel impar, vel certe non maior. Qui sibi persuadet collimasse, in errore versatur. Oculos illa, animos rapuit. Qui aduena Vrbis apparatum, qui noua parietum peristromata, qui diuersa viarum ex floribus cõtexta peripetasmata, qui subinde erectas aras auro, argentoque locupletiores aspexit, nouam Vrbis triumphantis suspexit imaginem, ac quidpiam simile se vidisse nullibi fassus est. Triumphus planè panormitana maiestate dignus. dignus, inquam, qui immortalitati scriptione commendetur. dignus, qui legatur, qui laudetur. Describerem certè, nisi patrio idiomate Iacobus Vitali ex equestri Vitalium familia descripsisset. Is & sermonis elegantia, & scriptitationis acumine non ignobilis. Ipsum sequamur ducem. præit. Ex ipsa ipsius speluncæ descriptione exorditur; vt familiarem, quẽ monitum voluit, Neapoli id temporis degentem nihil lateret. Sic habet.

Mi richiede con istraordinario affetto, che io le spieghi quel tanto, ch'è occorso intorno alla nostra Santa Romita Rosalia per particolar beneficio di questa Città e nuoua, e diuinamente trouata. la dimanda, perch'è fauoreuole alla Patria, verrà di tutto punto soddisfatta. Non lasci partecipar questa co' suoi amici, e conoscenti, che viuon costì, accioche venga si come in Palermo con i miracoli, così in Napoli con plauso vniuersale, e comunal diuotione riuerita colei, che'l Signor Iddio in si calamitosa staggione si degnò appalesare. contiene questa in puoche cifre quanto si desidera. benche molte cose ha tralasciato per non infastidir il lettore la penna.

E per incominciar da quì. E la Grotta di Santa Rosalia Vergine Palermitana situata sotto erte, e scoscese rupi, e difesa vn tempo da folta corona di vastissime arbori. Il frontispicio si veste da verde ammanto di ellera, e si distingue d' alcune vene di certa nerezza in guisa, che reca alla spelonca ed orrore, e maiesteuole riuerenza. Corre certa, ed euidente traditione de' nostri antenati, che l'vscio

di questo eremitico albergo si fosse ben picciolo buco, per lo quale se n'entraua nella sua alpestre, e solitaria cella la Santa Romita; ma co'l trascorrere de gl'anni o dalle tempeste disfatto, o pur da se medesimo cascato quel poggio di terra disserrò vn'ampia entrata dando libero il passo a chi per auuentura ignorante si fusse del luogo vi andasse per deporto, o dalla diuotione guidato vi affrettasse il piede. Onde dinanzi la spelonza oggi si vede in fatti vna piazzetta in quadro capeuole d'vn centinaio di persone, anzi che più. Al primo entrare a man sinistra vi si scorge vn' altare alla Santa consagrato da molte, e varie prodigiose tabelle, torcie, e veli abbellito. Sopra si mira vn buco alquanto grande, oue si entra con qualche disaggio, e vi si stanza con vgual scommodità, nel quale visse per qualche tempo Santa Rosalia. Non lungi si scorge vna parte più ricauata, oscura, e melanconica, oue dalle mani de gli Angioli, dicono, si sepellì la Vergine. Goccia d'intorno liquor sì spesso, e dolce, che in varij luoghi apre cristalline fontane. Osseruò accorto ingegno, che prima che si trouasse il Santo corpo più smarrito da gli anni, che dalle pietre nascosto abbondaua in tutti gl'angoli suaue cadente ruggiada, ma doppo che si rizzò l'altare alla verginella Romita si ritirò indietro quasi apparecchiãdo commodo il luogo all'incredibile diuotione del popolo, che inuitato dalla dolcezza della spelonca, e dall'affetto della Santa Concittadina lusingato ordinariamente con istraordinario concorso vi concorre.

Or in questo luogo a quindeci di Luglio passato (scripsit .n. is 1625.) mentre si auanzaua a giornata contro Palermo nata da Padri foristieri la pestilentia, ritrouossi Santa Rosalia.

Erano gia per lo spatio di quattro mesi addietro in più radunanze, e consulte di graui Teologi corse varie opinioni circa'l corpo della Santa.

E con quanto che si fussero gia molti de' Padri Giesuiti adoperati a tirar, come in fatti tirarono di molti Religiosi al giusto, e vero sentire, ch'egli era desso, e poteua l'Eminentissimo Signor Cardinale Arciuescouo dichiararlo senz'altra ricorsa; restarono nondimeno altri nel lor proprio parere infin' all' vltimo giorno delle lor consultationi, che fu lo stesso appunto, in che auuenne la seguente apparitione, quando alcuni PP. religiosi alla presenza dell'Eminentissimo, e Reuerendissimo Signor Cardinal Doria Arciuescouo di Palermo, ch'hebbe più volte, e mostrò buon animo di dichiararlo, ed esporlo alla diuotione del popolo, che oltre modo il desideraua

deraua, e chiedeua; hebbero a dire ch'e' non poteua altrimenti farlo senza ricorrere a Sua Santità in Roma, per non essere ancora stato con veruna reuelatione autenticato. Ma'l buono, e saggio Pastore veduta la gran moltitudine de gli euidenti miracoli, considerata l'antichissima traditione con l'altre circostanze, che concorreuano, ed hauuto il contrario comune parere e de Padri Giesuiti, e de gli altri Teologi di varie Religioni, si risolse finalmente di fare, come allora fece, la dichiaratione delle sante Reliquie.

Ed ecco che volle il Signor Iddio a gloria della sua Santa approuar dal cielo, e sottoscriuersi a quanto era gia stato decretato in terra, e torre insieme da'cuori de'miscredenti ogni orma di contraria dubitatione co'l fatto, ch'io son'ora per dire secondo mi ha fedelmente, e più volte riferito il medesimo Confessore della persona, a cui diuenne.

Era in questa nostra Città di Palermo vn Cittadino d'ordinaria conditione per nome Vincenso Bonelli, il quale ammogliato di fresco con vna giouinetta di poca età, ma non di poca onestà, e bellezza, tra coll'arte sua del cacciare, e coll'industria di detta sua Dōna viueua in pace nella sua pouertà al pari di molti ricchi contento, e lieto. Ma cotal contentezza gli fu tosto intorbidata, e'nuolata dal mal contagioso, ch'egli stesso da boccuoli, o gauoccioli, ed altri segni, che allora correuano, conobbe pur troppo chiaro d'esser gia sopragiunto alla sua sposa. E perche sopra ogn'altra cosa di questo mondo amaua la sanità, e la vita di lei coll'antica sua libertà scordato del proprio mestiere, e delle leggi seuere di riuelarla al magistrato volle dall'amor suo apparar l'arte, ch' e' non sapeua di medicare; e così andatone vn tratto da valenti Chirurgi, e Fisici, che conosceua a cacciar con bel modo delle medicine gioueuoli per gli appestati tornò incontanente da lei a casa, ed applicouuene alcune, che per allora stimò migliori. Ma se l'amore quanto occhiuto nel ritrouare, tanto cieco nell'accertare l'hauesse potuto farsi buon medico, com'egli era Cacciatore, non haurebbe forse Vincenzo per poca cura perduta, come in fatti perdette a di vndeci di Febraio con suo estremo dolore l'amata, ed amara moglie.

Or per non perder parimente cō lei la libertà, e ch'era vsato nelle campagne, pretese con mille industrie, ch'ella fusse dichiarata da Medici per non infetta, e per conseguente nō fosse priua dell'ordinaria sepultura. Ma essaminato bene, e saputo da Signori Deputati, com'era corso il fatto, si vidde riuscir vano cotal disegno, e douer in ogni modo restar barrato, e carcerato per quaranta giorni in

casa. Turbossi allora fortemente Vincenso, e fatto prestamente ricorso all'arte sua per aiuto, si risolse per non morir di doglia di contrauenir alle leggi, ed'andarsene segretamente fuori a deporto, e così il dì seguente nell'imbrunir del giorno vscite le porte della Città, pernottò in vn podere vicino a Monte Pellegrino.

Fatto poi giorno, e presi i suoi Cani liurieri a far alcuna cacciagione non tanto di fiere, quanto di men fieri, e mesti pensieri, s'auuiò inuerso la sopradetta Montagna tutto dolente, e mesto, e nel salire ad vn poggio detto comunalmente la scala; ecco si vede comparire auanti vna bella, e modesta giouane in abito di Romita, da cui mentre è ancora temeua, si sente modestamente dire: *Non temere, vien meco in cima, che iui ti mostrarò la mia grotta, e la mia cella pellegrina.* E senza più altro dire se ne sagliono insieme in silentio sin'alla grotta, doue fu trouato il gia detto corpo di Santa Rosalia. Quiui dentro fermati, si fermò grauemente la giouane a Vincenso, e disse: *Questa è la grotta, doue io sono stata tanti, e tanti anni*, ed additandolene vna parte più ricauata soggiunse, *e questa la mia cella pellegrina, doue pure tanti, e tanti anni io sono stata. Mi andaron prima, ed ora molti Cacciatori mi van cercando, ma tutti in vano, perche io non son più in questo luogo. Scendiamo ora verso Palermo, che per istrada ti dirò quel che hai da fare.* E cominciati ambendue insieme a scendere, com'ebbe Vincenzo preso animo, disse con marauiglia, e riuerenza; *E chi siete voi, che tanto bella siete, ed hauete la faccia come vn Angiolo?* a cui ella subito: *non mi conosci tu? rispose è no.* e la Donna. *Io sono Rosalia. Voi*, disse il giouine, *voi siete Santa Rosalia, che vi van cercando per questo monte?* E rispondendo la Santa di sì, s'intenerì Vincenzo, e postosi ginocchioni co'l cappello in mano esclamò con dolore e pietà. *O gloriosa Santa, eh come non fate voi la gratia a tanta gente di Palermo, che muore. a tanti giouani, tra quali è stata, oimè, anche mia moglie, che muoiono ogni giorno di peste?* e la Vergine. *Questa*, rispose, *e stata la voluntà di Dio, e la peste e durata per l'incredulità del tale* (e nominò persona particolare) *e de gl'vfficiali, che han fatto tante, e tante dispute, e conchiusioni sopra'l mio corpo. Io ho gia ottenuta la grazia della gloriosissima Madre di Dio, e Reina del Cielo, e della terra per la mia Città, e quando per la Città si farà la processione del mio corpo, e si canterà il Te Deum laudamus, allora la mia Città haurà la gratia. Ed ora io ti comando per vbidienza da parte di Dio, che te ne vadi in Palermo, oue ti confesserai, e comunicherai, e manderai a dire col tuo confessore, che tu non vi potrai andare, al Cardinal Doria, che'l corpo, che è nella Camera dell'Arciuescouado si è il mio, e che non facciano più dispute, e*

con-

conchiusioni. E ciò detto gli replicò di nuouo. *Mi senti tù? tel'impongo sotto pena d'Vbidienza; me'l prometti tu?* E Vincenzo rispose come douea che sì, e giunti dopoi al Vallone volgarmente detto del Porco ripigliò la Santa: *Ed in segno di ciò tu ammalerai di peste, e morirai, mà raccordati di confessarti, e communicarti*. E n' questo dire subito sparì. Onde Vincenzo rimasto così solo, ne andaua seco stesso pensando al succeduto, e proseguendo il suo camino. Ma soprapreso per via da gagliardo accidente, e però fatti bene i suoi conti, che fuori non poteua stare, e se riuelaua il seguito si dichiaraua di essere vscito di casa, e'mperciò incorso nelle ardue pene della robba, e della vita, prese partito d'entrarsene segretamente come fece di notte tempo in Palermo, ed andarne da sua madre a curarsi a casa senza far per allora alcun motto dell'Apparitione.

Andato dunque e postosi a letto lo stesso giorno de' 13. di Febraio, quando, come dianzi diceuo, in Palazzo del Signor Cardinale si era tenuta consulta, e fatto appuntamento per la espositione delle Sante Reliquie fu sopragiunto da più graui accidenti in modo che al quarto giorno perduti quasi i sensi, e desperato da Medici, mandò la madre di mezza notte pe'l Confessore degl'infetti, e vi venne vn Sacerdote secolare natio della Città di Termine per nome D. Pietro lo Monaco, huomo ben nato, prudente, e dotto, il quale per singolare ispirazione di Dio, e Carità verso il prossimo hauea poco prima con molta istanza con due lettere ottenuto da Monsignor Cardinale Arciuescouo d'impiegarsi all'aiuto de gl'appestati. Questi dunque arriuato all'infermo, e trouatolo totalmente fuori di sentimenti, gli porse per allora quegli aiuti, che potè migliori con lasciar ordine alla madre, che riuenendo l'infermo, fosse auuertita a richiamarlo. Di là a due ore tornò in se Vincenzo, e venuto di nuouo il propio Confessore; Io vo, disse, o Padre raccontarui gran cose, e poi confessarmi. Ma temendo il Padre ch'è tratanto non riperdesse i sensi, s'oppose dolcemente, ed ottenne al fine doppo alcun contrasto, ch'ei prima si confessasse, e poi dicesse. Ed hauutane Vincenzo certa promessa, che doppo la Confessione sarebbe stato ascoltato, si confessò deuotamente e communicossi con gran pietà, e doppo subito proruppe in lagrime di tenerezza, e penitenza insieme per la storia non prima detta, che staua gia per dire.

Alzatosi dunque con mirabil viuacità sopra il letto, *Attento, disse, Padre, che questa e la cosa, che importa*. e subito narrò quanto di sopra si è raccontato dell'Apparitione con tutte le circostanze,

e pa-

e parole particolarmente della Santa con pregare istantemente il Confessore a volerne per discarico della sua coscienza far subito parte al Signor Cardinale secondo l'ordine hauuto nel monte. Ne prese quegli l'assonto, è'n poco d'ora ne diede la douuta relatione in modo, che per ordine del medesimo Signor Cardinale vi andarono in sua Compagnia due Padri Cappuccini ad vdire autenticamente, e scriuere il fatto. Arriuati all'infermo, non si può credere quanto il consolassero con dirgli, che già s'era adempiuto l'ordine suo, e questi a lor richiesta tornò di bel nuouo narrar tutta la storia. e fu stupore, che la ridicesse in quel punto senza veruna variatione. anzi di più potesse rispondere ad alcune loro dimande, sicome a quella dell'abito, e vestito della Santa, che hauesse indosso due tonache lunghe da Romita, vna di sotto bianca, ed vn'altra di sopra nera, e portasse a piedi scarpe, o sandole coperte di corda d'erba, che noi dicciamo di giummara. E ciò fornito si ponesse vn tratto ad agonizzare, e correr le poste per la morte di tal maniera, che lo stesso giorno 18. di Febraio passando a 20. ore all'altra vita sicome toccò appunto il segno predettogli dalla Santa, così, piamente si crede, arriuò alla patria del Cielo.

Dichiarato dunque da Monsignor Cardinale col comun consenso de' primi Teologi di Palermo, e per conseguente di Sicilia il corpo di S. Rosalia, e determinato esporlo alla pietà del popolo in giorno statuito, che fu a dì 22. di Febraio 1625. ornossi a questo fine con ricchissimi drappi il Duomo. Si fece per allora vna cascia infoderata nel di fuori di tela d'argento. Auanti la piazza della Chiesa Madre si schierò vna quantità di soldatesca Spagnuola con l'ordine solito per salutare il felicissimo ritorno della Santa in sì calamitoso tempo co sua moschettaria. I baloardi della Città stauan su l'auuiso della Matrice Chiesa per auuisar con sue bombarde le vicine contrade, che vsciua finalmente in campo dal padiglione dell'Eremo la Santa Palermitana Romita per mozzare il capo della pestilentia nemica, la quale hauea per l'addietro nelle piazze di Palermo, e quasi di Sicilia tutta liberamente accampato.

Era nel Palaggio di Monsignor Cardinale con ricche tapezzarie, e con disusati lumi adornata vna stanza, oue erano le sante Reliquie religiosamente riposte. Da tutti i Quintieri infinita gente concorse per adorare la Santa Concittadina, dalla cui venuta si attendea l'vnico rimedio. Si vidde il Duomo pieno in maniera che appena si poteua da veruno più porre dentro il piede, ed è pur egli capacissimo. Le strade, le fenestre, le case vicine, la piazza della

Basi-

Basilica, ed il Campanile erán ricouerti affatto d'innumerabili persone. Arriuato il Senato, ed adorate gia le sante Reliquie comparuero vn tratto riccamente vestiti alla Sacerdotale otto venerādi Sacerdoti i più riguardeuoli, e di maggior stima fra tutti. D. Francesco la Riba Vicario Generale. D. Vincenso Domenichi Protonotaio Apostolico. D. Andrea Rieto Ciantro della Cattredale. D. Gabriele Rossi Canonico, ed Abbate di S. Filippo. D. Giouanni Geloso Canonico, ed Abbate di S. Luca. D. Guglielmo Scirottà Canonico. D. Lucio del Prete Canonico. D. Nicolò Friano Canonico. Or questi postisi su gl'omeri la santa bara precedēdo tutto il Clero, che fu marauiglia à vederlo, per esser' egli stato, per dir così, innumerabile s'auuiarono col canto, e suono di ben mille concordeuoli voci, e musicali strumenti inuerso la Cattredale. Appena comparue la santa Cascia nel cortile dell'Arciuescouado, che si vidde tutta la gente Palermitana (che altra non vi fù presente per l'ardue leggi, e diuieto fatto dal Senato per raggion dell'infettione) gittata ginocchione versando dagli occhi lagrime di allegrezza. Si vdì vn tratto la moschettaria Spagnuola auanti la Basilica disposta, come dissi, scaricarsi più volte; ed al tocco delle Campane della Chiesa Madre seguito da tutte le Chiese fece nobil'eco ciascun baloardo dando chiarissimi segni, ch'al comparir dell'Infanta Rosalia piena di celeste virtù s'era gia sneruata, o per dir meglio cacciata via la pestilentia. In entrando in Chiesa la Sāta s'vdì tutto il popolo piangendo gridare, Misericordia, quasi concordeuolmente sciegliendo, e volendo Rosalia per auuocata appresso il tribonale dell'adirato Signore, acciochè le ottenesse la misericordia bramata. E l'isperimentò in fatti, che da lì in poi si mirò andarsi acchetando del ciel lo sdegno; e ne gl'otto giorni, che dimorò esposta la Santa nel Duomo donando publica, e cara vdienza al popolo suo non s'vdì querela in quel tribonale, ch'oltraggiato veruno hauesse la pestilentia. Temea ben'ella maggior balia, ed affrenata dal nume presente non ardiua trascorrer licentiosamente la Città. In tutta questa ottaua bruggiauano pe'l Sagro deposito di giorno, e di notte tempo sessanta torcie di sei libre l'vna, e cento altri blandonetti attorno la rizzata piramide, e benche venisse da questi lumi ornata la cassa, veniua pur guarnigionata dalla perpetua custodia dal Senato destinata.

Fornita gia questa prima sollennità, s'andò pensando alla processione; e prima de 15. di Luglio, che fu il felicissimo principio per il santo ritrouamento della salute, e del capo, e delle membra, cioè

di Pa-

di Palermo prima, e poi di tutte le Città di Sicilia, si buttò per ordine di Monsignor Eminentissimo Cardinale a suon di trombe publico bando, che alli 15. di Luglio, nel quale si hauea da condurre processionalmente il Sacro corpo di S. Rosalia, che ciascun conforme il proprio talento apparamentasse sua casa. Piacque in sommo a tutti il pensiero del buono, ed ottimo Pastore della Città, e reggitor del Regno, e fù, come dir si suole, aggiunger a chi corre lo sperone. Si che per incominciar dal Duomo.

Era questo con gentil garbo, e leggiadra proportione da tutto punto riccamente addubbato a spese del Reuerēdissimo regio Capitolo della Cattredale. Campeggiaua a marauiglia bella da paramenti al color cremesino, e finissimi broccati vestita la naue. Eran auuolte le colonne da ricchissimi drappi corrispondenti in maniera, che da se medesima ciascheduna a se rapiua gli occhi della gente riguardatrice concorsa; ed i capitelli essendo tutti con incersugliati festoni di color giallo terminati, ed abbelliti nel di sopra con le statue de' Santi Palermitani aggrandiuano marauigliosamente cotanta bellezza. Nel di mezzo della volta di ciascun' arco ardeua fra due gran torcie vn gran lampiere d'argento; onde la ricchezza de lumi scuopriua di notte tempo la ricchezza del tempio.

Il Coro poi era riccamente ornato, nel cui centro come nel cuore vi era vna Machina di altezza di 25. palmi di bel nuouo fabricata, e con tela d'argento tutta rauuolta, nella cima della quale si fermò la cascia delle Sacre amate Reliquie. I Cappelloni e del Santiss. Sagramento, e della Vergine Madre erano si maesteuole, e maiesteuolmente vestiti, che in ambendue spiccauano con gentil corrispondenza, ed ordine le ricche, e belle tapezzarie di Sua Altezza Serenissima di fel. memoria, le quali sembrauano a tutti si vaghi, e degni in guisa, che ciascun quasi non attendendo alla naue, ch'era pur bella assai, frettolosamente correua per vagheggiar questi gia vago; ed a D. Giouanni Geloso onoratissimo Canonico, a cui fù da Monsignor Cardinale di tanto apparato imposta la soma, parue non men del suo, che dell'onor della Santa zeloso anche ben inteso, e fatto, che, addubbate l'ale del tempio a diritta proportion della naue, con parte di quei medesimi serbati drappi, si ornasse la Cappella di S. Rosalia, la qual di vero fece tanto bel veduta, quanto vn diamante fra ben mille saffiri. la spesa di questo più che sontuoso apparato toccò la somma di scudi mille degna della magnificentia, e regal munificentia di tanti onoreuoli Canonici, e di cotal Capitolo, il quale sempre mai è stato fecondo seminario de Prelati.

A que-

A questo nobil apparato non vi mancò la dedication sua ad onor di colei, che dell'onor istesso meritò il corteggio in nome del Regio Capitolo.

VIRGINI ROSALIAE
Opportuno rori in langore quasi flacescentis Patriæ de cælo cadenti, rediuiuæ Vrbis ad pristinam felicitatem tantæ Ciuis patrocinio euocatæ CAPITVLVM *Ampliss. Principis Cardinalis Doria Archiepis. optatissimis auspicijs Posuit. Dicauit. Consecrauit.*

Fu lo splendor del tempio a proportion seguito dallo splendor della Città per doue da viaggiare la Santa Vergine auea.

La strada della Processione fu la seguente. Partita dalla Cattredale tirò sin'all'Ottangolo. Da quì dirizzò il passo inuerso il Palaggio del Senato, caminò tutta quella gran carriera di strada conducitrice a porta detta de Greci, dalla quale vscendo entrò Porta Felice, e tirando auanti per la via Toleda di bel nuouo alla Cattredale si ridusse.

E di vero non sapeasi a pieno distinguere chi si fusse de gl'apparati migliore, conciosia cosa che oue signoreggiaua la potentia, si scorgeuano marauiglie, ed oue dominaua l'affetto, si mirauano ingegniosi trouamenti. si che d'ambedue fu la Città di Palermo spettatrice, nel cui teatro soglionsi rappresentare sempre nuoue, sempre rare grandezze.

Ondeggiauan per tutto ricchi drappi, Broccati, Damaschi, ori, freggi. Alcuni per variare intralciauano con nobili dipinture verdeggianti rami. Altri per mostrar la sua deuota pouertà, ma douuta alla Santa Romita ingegniosamente ornauano con le tapezzarie prese dalle vicine campagne, e selue le loro casuccie in guisa, che ne riportauano lode non poca.

A marauiglia bello comparue il palazzo di Monsignor Cardinale, il quale era talmente proportionato e ricco, che dalla proportione, e dalla ricchezza ben si dichiaraua la diuotion grande inuerso la Santa del buono, ed ottimo Prelato. Fu l'apparato in tre ordini diuisato. Quel di sopra era drappo raccamato trapunto di Rose. Quel di mezzo, Broccato, e Damasco. Quel di sotto s'era l'ordinario, che nelle publiche sollennità alli suoi pareti s'attacca. tutto da vago, bello, e douitioso freggio terminauasi.

Gl'altri vicini Palazzi o de Titolati Signori, o di persone priuate secōdo la misura della diuotione, ed affetto spiegarono le gran-

dezze loro per ingrandir la festa. Dalla Cattredale insin all'Ottangolo non sapeasi appunto che cosa prima ammirare. mentre in vn s'ammiraua vn raggio di bellezza, rapiua l'occhio l'altro vicino, ed vn tratto era da quel di lontano richiamato. Per tutto in somma non si scuoprì giammai pietra ignuda senza il suo ornamento, come la terra pure priua non fù del suo fiorito ammanto, dando le cose tutte ancorche sceme di senso segni di straordinaria allegrezza per la venuta della Regal' Infanta nella patria sua.

Questo si lasciar non posso di scriuere, che accadde alla Signora Marchesa di Gieraci senza ingiuria di S. Rosalia. Questa molti giorni prima per dimorar in lutto, si risolse non far a suo tempo sfoggio veruno. Sentì fra poco il castigo della Santa. Imperoche subito se l'emfiò vna guancia, che le rubbaua nella notte il riposo, e nel giorno la pace. le venne in mente alla buona Signora, che questo nuouo accidente fusse castigo della deliberatione gia presa. Muta pensiero. ordina, che presi l'apparati apparino tutto il frontispicio di casa. tanto disse. e direpente suanì il dolore, e l'emfiaggion partì. Tutto ciò raccontò ella medesima. Onde ben presto architettato comparue quel Palazzotto, che al credere di molti intendenti, e prattici fra tutta quella strada, cioè dalla Porta de Greci sino alla casa della Signora Princessa Pacieco, ch'è vna tirata ben lunga, ne riportò la palma. E giache l'occasion mi porge, che narri alcuna merauiglia in quel tempo addiuenuta, benche ne potrei narrare cento, e mille, tutta volta perche questo non è suo proprio luogo all'altrui penna le rimetto. dirò solo, che addubbando con ricchi drappi conforme al suo mestiere Vincenso Pasquale Messinese nato nella strada detta de Porcelli, e battezzato in S. Antonio, la contrada del Quintiere della Calza, oue si vidder come pur in molte altre parti ingegnosissimi ritrouamenti nel giorno della processione gorgogliar fontane di latte, sdrucciuolandogli non so come il piede, e piommando in giù da vna scala alta più di sessantacinque scalini, si fracasò in guisa, che non più egli medesimo speraua punto di vita. Vuotossi ei vn tratto alla Santa. vn tratto guarì. attacca il voto all'Altare della liberatrice Santa Rosalia accioche confessi al mondo, che la Santa non men di Palermo Capo del Regno, che delle membra ne tien particolar pensiero. aiuta chi la chiama. souuiene, chi le ricorre.

Che dirò de gl'archi trionfali, Qui saria bisogno, che fusse presẽte, chi legge. perche a tanto non arriua la penna. In tutti questi archi vi eran attaccate moltissime compositioni vaghe, e belle,

qua-

quali qui non trascriuo, perche intendo, che si consegneranno fra poco all'eternità delle Stampe.

Ergeansi dunque in alto quattro bellissimi archi trionfali nella via Toleda.

Il primo era alto canni dieci situato auanti il Palazzo di Monsignor Cardinale fatto dalla Natione Genouesa, la cui spesa fu due mila scudi. Vi erano ne suoi piedistalli alcune imprese intorno S. Rosalia della pestilentia liberatrice. Sopra nelle nicchie due grand'Angioli, che rimirauan Oriente, ed altri due, che riguardauan l'Occidente. Nel di mezzo pendeua l'inscrittion dell'arco.

SANCTISSIMAE VIRGINI ROSALIAE
Panormitanæ Ciui, ac tutelari Patriæ Seruatrici, Quæ inusitato diuinitatis instinctu virtutum humanarum, & naturæ terminos supergressa incredibili Sanctitatis exemplo Angelorum vitam in terris explicauit, in cælum deinde sublata Patriæ, alijsquè populis immani morbo liberatis in maximis calamitatibus omnium votis præsentissima adfuit, adestquè; dum eius augustissimæ reliquiæ, quæ in visceribus peregrini montis diuinitus seruabantur admirabili Opt. Principis Card. Doriæ Archiepiscopi Panormit. Regni Sicil. III. Proreg. diligentia, sapientia, felicitate inuentæ in Vrbem triumphali cultu, & honore inuehuntur.
Respublica Genuens. L. M. erexit.

Sopra spiccauano quattro Angioli con le sue tabelle ne' mani. Nel di mezzo vi era vn schacco vagamente dipinto, alle cui termini quattro Angioli, che faceuan corteggio a Santa Rosalia regiamente vestita, ed inghirlandata di Rose.

Non molto lungi da qui campeggia l'Ottangolo, da doue la bellezza della Città ne prende la forma, e la sembianza. Nella piazza di questo vi si rizzò dal Senato, e Popolo Palermitano come nel cuore di Palermo vn arco trionfale, la cui maestà fu degno oggetto delle penne per iscriuersi, e la cui beltà degno pur oggetto de gli occhi per vagheggiarsi. Egli era alto canni diciotto fondato sopra quaranta, ed otto colonne lunghe venti due palmi vestite di argento di mezza lama. Ne piedistalli di queste riluceuano i suoi gieroglifici, o imprese, che alludeuano gentilmente al desiderato ritorno della Santa. I Capitelli eran d'argento, ne' quali lampeggiauano sedeci statue di non piccola statura e vaghe, e belle. Sotto

li piedi vedeansi i suoi innargentati cartocci,ed innestati sopra tabì di color celestro. le prime volte di quest' arco, ch'eran ben grandi,oltre ch'empiuano tutto lo spatio dell'ottangolo, eran pur ricouerte di tabì, ma di color azurro. Nel di mezzo campeggiaua vna gran Rosa,dalle cui foglie pendeuano non pochi Angiolini,e si mirauano attorno tutti i Santi Palermitani gentilmente dipinti. Sù questa volta vi era fondata vna loggietta sopra otto colonne di color celestro spruzzate d'oro, ed il tetto si era vagamente ombreggiato. Nel di fuori eran delineati con penel maestro i Santi della Città Padroni. Souraſtaua a questa loggietta vn cupolino ornato con quattro cartoccioni d'argento, nella cui cima lampeggiaua S. Rosalia hauente sotto i piedi suoi nugoletta innargentata, che dalle mani di moltissimi Angiolini si manteneua. Per tutto l'arco poi suentolauano più che cento stendardi, che mostrauano esser vero trionfo quel che la Città celebraua per la trionfante Rosalia per il superato gia mostro della pestilentia, a cui perciò come in Campidoglio si era apparecchiata la pompa trionfale. Mirauano si superba rizzata mole molti Caualieri ansiani spagnuoli,i quali furono in Portogallo alla coronatione di sua Maestà, doue rizzati furono da otto superbissimi archi,e fra loro riuolti dissono, che quei tutti non arriuano a sol questo, il quale sembra più tosto famosissimo tempio, che arco trionfale.

Era egli diuisato in maniera,che dalla parte dell'Oriente,o dell'Occidente,o dal Settentrione,o dal Meriggio si miraua,sempremai si scorgeua nella Piazza dell'Ottangolo arco trionfale ricchissimo. le volte di ciascuna banda eran co suoi cartoccioni pendenti da bellissimi frutti dell'aurea conca nobilmente contesti spiccando nel di mezzo le sue descrittioni. la prima miraua l'Occidente.

SANCTAE ROASALIAE

Ciui, & Patronæ beneficentissimæ.

Post eius ossa diù quæsita diuino tandem numine reperta, ab in Vrbem inuecta, innumerisquè salutaribus illustrata prodigijs Pastoris optimi studio recognita, & auctoritate approbata, Panormus tam insigni, tamquè præsenti sub tutela exultans lætitiæ, venerationisque monumentum pro tempore ad populorum consolationem P.

L'Oriente l'altra.

Ioan-

IOANNETTINVS DORIA

S. R. E. Cardinalis. Archiepiscopus.
Siciliæ. Pro. Rege. D. N. Philippo. IV.
Tertium. Moderator. Panormum. primam.
Sedem. Regnique. Caput. inuentis. apud.
Montem. Peregrinum. diuinitus. & in.
Vrbem. illatis. declaratisque. reliquijs.
Sanctæ. Rosaliæ. rosacea. veluti. corona.
ad salutem. & felicitatem. vtraque.
manu. tum. sacra. tum. regia
coronauit.

Il Settentrione la terza.

In nobis en restat adhuc, quod vincere possis;
Quodque addas veneranda tuis Rosalia triumphis,
Præsulis id pietas Regem referentis, & omnes
Id populi, atque Vrbis Prætor, Patresque, Senatus
Enixè affectant precibus, tu vince laborum
Tantorum causas morbi, victrixque furentis
Hic tandem statuas depulsa ex peste trophæum.



Il Meriggio finalmente la Quarta.

O quæ nascentem felicia sæcla tulere;
Teque triumphantem deuictis hostibus olim
Tergeminis videre solo, cæloque receptam?
At magis, atque magis felix, pleneque beata
Aetas nostra colit; quæ te virtute potentem
Cælesti columenque suæ, numenque saluti
Sentit adesse tuæ, decus o Rosalia Panormi.

Per tutto poi si leggeuano e versi, ed imprese, come dissi, della Santa Concittadina, le quali diuisate ne' suoi piedistalli porgeuan rara vaghezza da fini, e viui colori originata. Perche in questo particolare si mostrò si liberale il Senato, che non risparmiò

dena-

denaro veruno,ed a questo sol arco vi si spese diciotto mila scudi. Spesa della Regia di Sicilia.

Al rimboccar della loggia erau i pur rizzato da Catalani il suo bell'arco trionfale della medesima grandezza, e proportione di quello della Natione Genouesa. Campeggiauan in questo le sue figure, Geroglifichi, ed Inscrittioni ingegnosamente composte, che reccauano a lettori, e passanti pascolo, e diletto. La spesa di quest'arco con quel de Genouesi,se pur non fallo, corre del pari.

Non lungi vi era dalla Nation Napolitana vn mezz'archetto fabricato,dal quale con ingegnoso trouamento si spiccaua vn Angiolo,che douea al passar della Regal Infanta Rosalia incoronar la Sãta. E diuero fu ben di corona meriteuole colei,che calpestato con maschil ardir l'hauea; ed iui, oue spreggiato. E quel teatro della Città Palermitana, che fuggitiua la mirò ne gl'anni andati da Romita, nel ritorno l'ammirasse rauuolta ne gli honori a lei con raggione douuti. Ombra e l'onor. siegue, chi lo fugge. disdegna, chi l'abbraccia. inganna, chi l'arriua. Resta solo qui, che mi fermi alquanto in descriuer l'arco de Fiorentini alzato a Porta Felice finto tutto di marmo bianco, ed argento con sue dipinture, Colossi, ed Inscrittioni.

E di vero, perche costoro determinarono ben tardi fabricar quest'arco, il quale si douea come gl'altri vestire con vari componimenti,appena restò loro tempo, e luogo,non che materia per far questa dimostratione d'affetto inuerso la gloriosa Vergine Santa Rosalia; perche occupata ogni cosa si era da i primi con molte dotte compositioni,ed archi trionfali,e principalmente cõ quello dell'Illustrissimo Senato rizzato nell'Ottangolo come nel cuor della Città magnificentissimo.

Si che si ha da presupporre, che non sia stato questo, se non ad vna somma pompa vna ben picciola giunta con andar raccogliendo per adornarlo qualche cosa di quel tanto, che ci e stato lasciato da gli altri nella fioritissima pianta di questa Rosa celeste in quanto il suo nome che ha il primo luogo tra fiori si confà col nome della Patria loro Firenze,e con l'insegna,che spiegano,del fiore,se non il primo, almeno secondo,che'l Giglio,come Plinio rapporta,ed alla Rosa il più vicino, che perciò hanno prudentemente sparso di Rose, e di Gigli tutta la machina, non douendo per certo essere, se non così fiorita, poich'ella è drizzata da Signori Fiorentini in onor di Santa Rosalia si fiorita Vergine Palermitana, a cui la Rosa Reina de'fiori ha dato e nome,e corona;intendendo pure che'l dar

fiori

fiori si è vna maniera di riuerire ed antica, e sacra cauata non gia da i superstitiosi riti da falsi Dei, come rafferma Lucretio nel lib. 2. che pingeuano di rose le strade alla Dea Cibele

. . . . pinguntquè rosarum
Floribus umbrantes matrem, Comitumquè cateruas,

ma da i veri, e sagri, come ne auuisa il cultissimo, ed antichissimo Vescouo San Paulino nel 3. natale di S. Felice.

Spargite flore solum.

Sopra quattro zoccoli, fra l'altre, spiccauano quattro statue marmoree della medesima grandezza, che si appressauano quasi alla statua di S. Rosalia maggiore di tutte su la cima dell'arco trionfale riposta. Queste si erano di quattro Sante, che a lei si auuicinano col nome, ed altresi a Firenze, cioè due Sante Flore, e due Sante Florentie, accioche queste Sante Verginelle da Fiorenze inuitate, che o per i fioriti nomi, o per la toscana, e Panormitana Patria, o per altre conuenienze nella presente occasione la riuerissero in questo trionfale honore, come dalla dedication dell'arco posta in fronte si spiega.

D. ROSALIAE VIRGINIS PANORMITANAE

Eremi floris integerrimi roseis ossibus Auriæ Principis aura reflorescentibus malorum excusso metu indictam a Patria triumphalem pompam Florentina gens florentissimæ Virgini deuota nomini Floridis Hetruscarum, & cognominum Virginum choris nobili florum obsequio cohonestauit.

Nella parte opposta dell'arco si spiegaua in vna simil tabella il resto del concetto, che per tutto l'arco va diuisato della professione di S. Rosalia Romita nel deserto, e protettrice nella Città contro i mali e presenti, e souraſtanti con queste parole.

Ego ROSALIA *montium olim, & Cauernarum, nunc cæli cultrix:*
Ego florum, ac frugum Domina, salutis, ac pacis preses;
Per me floret Siculus campus.
Per me demissis imbribus ridet idem læta segete.

Ego

Ego pestem fugaui procul, & pedissequam famem.
Eadem excitata iam bellorum incendia mox extinguam.
Gaude, Gaude PANORME, *quæ me Ciuem,*
ac Patronam colis.

Tanto in brieue m'è parso ragguagliarla intorno a gl'archi triõfali, i quali non ho minutamente descritto, perche come l'accennai, douẽdo cõparir fra poco nel teatro immortale delle stãpe, potrà sol da queste poche cifre argumentãdo inferir il seguito. Questo sì nõ posso tralasciar di dirle, che'l Popolo Palermitano si mostrò inuerso la Sãta Cõcittadina deuoto in guisa, che da questo sõmo, e straordinario apparato come da euidẽtissimo effetto, si potea euidẽtemẽte dedurre l'ardẽtissimo affetto di deuotione cõceputo. ne tanto ardor di riuerẽza sarà per terminarsi col termine di questi soli, e pochi giorni, perche sẽpre mai col fauor di Dio s'auãzerà a gran passi, e gia si apparecchiano in Palermo sontuosissime fabriche e Cappelle, e Monisteri, e Chiese da dedicarsi al nome di S. Rosalia, accioch'ella non lasci a giornata sparger i fiori de' suoi fauori, che gia i celesti fauori da Tertulliano fiori s'appellano, ed infiorata la Città gratissimi odori di virtù, e santità sempre diffonda.

Lascio or qui i rizzati Altari per tutto si come ottimamente distribuiti, così diuinamente architettati. In tutti lampeggiaua oro, leggiadria, bellezza. E queste, ed altre somiglianti grandezze furono a merauiglia accresciute, ed ingrandite con la sollennissima processione, a quale non so forse se in altro tempo la Città di Palermo n'abbia goduto somigliante giammai.

Diede principio a questa il Signor Gouernatore della Tauola con portar egli medesimo vn stendardo di tela d'oro, e condurre attorno della sua persona otto pur di tela d'oro riccamente vestiti.

Seguirono di mano in mano tutti i Quintieri della Città co'suoi stendardi, condotto ciascuno da Caualier di conto; ed ogn'vno di quelli spiegaua sua liurea distinta. Tutti furõ di prezzo più o meno: chi di cento cinquanta, chi due cento scudi era di costo. Quello del Santissimo Sagramento per hauer molte piastre innestate d'argento toccò la somma di trecento scudi. Furono di numero sessanta due. In qualunque de vessilli risplendeua l'imagine di S. Rosalia accoppiata con vna delle sue Sante Sorelle o Ninfa, o Agata, o pur Oliua, le quali vollero interuenire al trionfo della ritrouata Sorella.

Vi fu anche di bello, e deuoto il vedere due cento Verginelle,

cen-

cento con l'abito di S.Rosalia con sue torciette in mano alla Romita vestite, e l'altre cento andar deuotamente cantando il Te Deum laudamus.


Vennero poi con suo ordine disposte moltissime Bare, de quali ciascuna rappresentaua vna particolar attione della Santa; E perche fra molte piazze della Città eran schierate non poche squadre della soldatesca Palermitana riccamente addubbata al passar, chè ogn'vna di quelle faceua, con vna gentil salua di archibuggiate veniua lietamente salutata.

Trascorsi tutti i Conuenti, e trascorso il Clero, che fu numerosissimo con sue torcie, seguiua la cascia di S. Rosalia, il cui corpo era riposto in argento ricouerto da finissimo cristallo, per il quale si poteuan senza malageuolezza vagheggiare le sante Reliquie. Era cōdotta da sedeci Caualieri nobilissimi. Il baldacchino, ch'era vago, e ricco assai, fu maisempre portato da Titolati Signori. Seguiua doppo Monsignor Cardinale seguito da ben lungo stuolo di Caualieri, e Signori vestiti in maniera, che ben mostrauano con questi segni esterni la conceputa interna allegrezza. Nella piazza della Matrice Chiesa vi si era disposto vn grosso squadrone di onoratissimi Spagnuoli, i quali al passar il sagro deposito da tre volte gittato ginocchione salutando scaricò sua moschettaria. Per molte parti della Città si vidder i suoi giochi artificiati di fuogo. Giunta la Santa alle sponde del mare si vidde la Galea Reale suestita di lutto, ne cui albori, ed antenne ondeggiauano ricchissimi stendardi con scaricare la sua artellaria, dal cui segno inuitata, ed auuisata la Città proseguì la sua salua Reale. Non dico niente de lumi, che comparuero per tutte le case e Palazzi de Contadini, e de Signori, che partoriuano alla Città perpetuo giorno. In somma ne in quei primi otto giorni, quando fu primamente esposto il sagro corpo, ne in questi tre, che si ha sollennizzato la festa non si sapeua, se hauesse annottato giammai. Viddesi bensi in questo tempo spiccar marauigliosamente la pietà e diuotione del Magistrato di Palermo, il quale ordinò che tutta la Chiesa Madre fusse ricouerta di lumi con somministrar egli quel tanto, che di mestieri si fusse. Fornito questo primo giorno, che fu lunedì passato, Il martedì al far del giorno si vidde la Basilica da continouo concorso empirs' in maniera, che recaua, a chi per auuentura vi attendeua, non poca diuotione. All'imbrunir del giorno s'ordinò la caualcata, ed annottato ben bene s'auuiò per la strada Toleda di numero cento e dodici Caualieri. onoraua il finimento la presenza di Monsignor Cardi-

nale Arciuescouo di Palermo, e Presidente di Sicilia. Furono dalla Corte del Pretore tãto al calar a basso, quãto al ritornar in sù salutati con moltissimi mortaretti. Arriuati a Porta Felice non lasciorno i baloardi di dar segno con sue bombarde. Il mercordì fu con molti giochi di fuogo, razzi, moschettarie, mortaretti, artegliarie terminato. Si ripose la Cassa nella medesima Cappella di S.Cristina, e già alla Santa se ne apparecchia vna, che sarà degno oggetto, ed ornamento della Regia di Sicilia.

SANCTI ANDREAE CORSINI

FESTVS DIES A S.P.Q.P. PERACTVS.



VRBANVS Oct. Pont.Max. vbi S. Andream Corsinum sanctitate florentem virum in Sanctorum numerum cooptauit, ac Romæ festus primum de nouo Sancti honore gratulanti institutus est dies; sicut in reliquas orbis terræ plagas, ita & Panormum Vrbem, in qua Religiosa Carmelitana Familia floret, ac viget, nouæ dignitatis fama peruasit.

Carmelitani PP. ad celebritatem suo die peragendam animum adiecere. S.P.Q.P. qua est in Cælites religione, animum prætulit suum. omnium votis accensi illi primum omnium ædem maximam religiosiore cultu, atq; elegantiori forma exornandam decreuerũt.

Cænobium Carmelitanum in ea vrbis parte situm est, quod ob proximi famam loci, de quo libro primo diximus satis, & Deiparæ Virginis à luce vt antiquitus illustre, sic hodierna luce celebre, ac sanctum. Extat nec exiguæ magnitudinis area, quæ ad celebrandos festos dies populum quamuis suapte natura ad pietatem, religionemq; propensum vocat. Hoc itaque in loco & celebri, & opportuno triumphalis erectus est arcus, qua sericis, qua myrtho insignis. Rem omnem breuibus hoc aperiebat elogium.

Sanctus ANDREAS CORSINVS vitæ Sanctimonia, miraculorum præstantia clarissimus toto terrarum orbe conspicuus Sanctiss. D.N. VRBANO OCT. Pont. Max.

an-

annuente Vaticanum nouissimè ingreditur Sanctorum insignibus decoratus.

Templum verò sic mira proportione exornatum, vt nihil ornatius, nihil certè pulchrius. Vbique .n. præclariora quædam S. Andreæ facinora adumbrata penicillo sic elucerēt, vt non modo confluentium populorum animos in admirationem inducerēt, sed templi etiam pulchritudinem pulchriorem redderent, & Sancti res præclarè gestas omnium ore, ac linguis celebrandæ gloriosiores viderentur. Sic itaque ara aræ, sacellum sacello, peristroma peristromati, ac sericum serico responderent, vt non potentiam minus, quā artem operatoriam iure dixeris. Nemo quidem ad id templum accessit, quin is admirabundus inde recesserit. Musici concentus vel dum sacris sacerdos operabatur, vel decantabātur de more Vesperæ, suauissimis suauiores in binas diuisi classes exaudiebantur. Congregata itaquè in Templi Carmelitani aream & Equitum, & Nobilium, & Ciuium multitudine, processioni vt aiunt, factum exordium. R.P. Prouincialis vexillifer.

Hunc sequuta selectior primum Hominum manus, Equitum deinde, Ducum, ac Principum classis. Demum bini omnes Carmelitani PP. numero nec exigui, qui non minus omnes accensis cereis, quam exteriori modestiæ significatione omnium animos incenderent. Triumphalis S. Andreæ currus quadruplici leone vehebatur. Eo inuectū ante Deiparam Virginem genibus innixum Panormus vidit. munificam experta est manum. Templi, lustrata iam vrbe, Carmelitani Capitolium de mundo triumphator adit. Eius imago sedet in templo quasi perenne Carmelitanæ gloriæ monumentum. Ea dierum intercapedine mirus semper factus est Ciuium vbiquè concursus, tum ad Sanctum percolendum, tum ad conciones, quæ diebus habitæ singulis, excipiendas. Sic itaquè felicem exitum sortita sunt omnia, vt miram S. Andreæ præsentis opem experta sit Carmelitana familia, quæ, tanto duce, ac auspice, pristina, veraquè Religiosæ Carmelitanæ familiæ sanctitate potietur.

BEATI CAETANI THYENAEI CELEBRITAS.



HOC Anno M. DC. XXX. B. Caetani Thyenæi Regularium Clericorum Fundatoris instituta celebritas, quæ summo cum Ciuium plausu, ac incredibili Equitum voluntate peracta. Quoniam vero ad magnificentissimi templi constructionem Patrum desudat industria, qui in religiosis muneribus obeundis vel commodo, vel opportuno templo non vtuntur, ac necessitate compulsi ea quidem in duplici sacello sic obeunt, vt & Ciuium religioni faciant satis, & omnium desiderijs, votisquè respondeant; rectè visum, cum ea satis angusta existimārent, in atrio columnis exornato quasi templum extemporaneum aperire, vt hac ratione & Panormitanorum voluntati obtemperarent, & pietati consulerent. Atrium ergo qua versibus, qua hieroglyphicis, qua peristromatis exornatum, vt nihil ornatius. Aræ triplices erectæ. Altera B. CAETANO & Religiosæ familiæ Patri, & vrbis Patrono. S. ROSALIAE altera. Tertia D. PETRO, quem semper ille viuens præcipua quadam religione veneratus. Triplex & Odæum, in quo triplices musicorum sibi inuicem ex proportione respondentium chori nouis concentibus Ciuium pietatem excitarēt, ac liberorum religionem promouerent. In eius peruigilio, qui quinto Augusti sacer, Equites omnes ad Beati gloriam amplificādam ornatissimi ad Deiparæ Virginis a Catena templum, quod ijdemmet incolūt Patres, equis prouecti dum, inclinata iam die, conuenirent: Triremes Melitenses, quæ non multo ante Panormum appulerant, vt religionem in Beatum recens Beatorum numero ab Vrbano VIII. Pont. O. M. adscriptum ostentarent suam, suis distributæ locis, ac vexillis exornatæ clangentibus lituis saluunt, atquè vltro, citroquè commeantes sic Panormitanorum animos ad oram maritimam confluētium eo spectaculo distinebant, vt maximam omnibus voluptatis materiem suppeditarent. Bini interim equites omnes accensis facibus e porta Alburquerquæ anno superiore illi sacra iter instituunt. Arx, quæ portui imminet, tormenta omnia pedetentim bellica explodit. Triremes explodunt & sua. Noua & Arcis, & Triremium gratulatione com-

commonita vrbis propugnacula ex proportione respondent. Vndequaquè igitur bombardarum ictibus quasi elatis vocibus Beati Sanctitas, Ciuium Religio, liberorum pietas vel commendabatur, vel prædicabatur. Grata vrbi celebritas; grata & Beato animorum pietas, præsens .n. patrocinium declarauit suum. Forte fortuna, dum tormentum bellicum exploditur, globus tormentario igne succensus in equum, cui iam oræ maritimæ insidebat custos, offendit. Desilit ille perterritus. globum humi iacentem videt. equum a tanto seruatū periculo animaduertit. patrocinantem Beati opem confitetur. globum Beato defert. Suspendit aræ tamquam singulare illius potentiæ monumentum. Ad templum itaque, vbi Beati Caetani solemnitas præcipuo quodam iure peragebatur, cum Equites peruenirent, Beato non minus cereos offerunt, quam animos dicant, sacrant. Prima luce mirus ad eum factus est Ciuium concursus, miraquè gratulatio. Nulla vrbis pars, nullus angulus est, qui ad Beati opem implorandam non confugerit, atq; ad eius dies festos celebrandos non confluxerit. Et quamuis augustus locus, Panormitanæ pietati angustus, cum nulla temporis pars, nullum punctum, nullumquè planè momentum existeret, in quo frequens Ciuium multitudo ad Beati pedes suplex non accideret, templum non inuiseret, ac Beati gloriam non commendaret. In ipso vrbis meditullio, quod octangulum hoc sole vocamus, arx tormentarijs ignibus fæta constituitur. vbi in custodijs stellæ fulserunt suis, ad panormitanam pietatem contuendam admotus ignis. Ex ipso igne mirus animorum ardor in Beatum excitatus. Ingens plausus ex ingenti religionis fonte profectus.

Extat hodierna luce in horum Patrum domicilio Panormitanorum Iuuenum, studiosorumquè Equitum Academia, cui hoc anno præest vir ille Illustrissimus D. D. Petrus Corsettus auctoritate grauis, doctrina insignis Academiæ Principis nomine insignitus. In hunc locum octauo quoquè die conueniunt Academici omnes. Si quis nonnihil scripserit, quod planè dignum censoribus videatur, subscripto nomine legendum proponitur. Explanationibus vel ad Aristotelis textum, vel ad Poetæ vel Heroici, vel Lyrici, vel Hetrusci carmen spectantibus non caret suis. In ea tamquam in palæstra sicut miræ ingeniorum concertationes, ita & scriptitationes egregiæ, quæ, Deo bene adiuuante, lucem aspicient, vt huiusce Academiæ fætu non Sicilia modo, sed vniuersa etiam Italia perfruatur. Vbi ergo certo nuncio Patribus renunciatum est B. CAETANVM In Beatorum numerum ab Vrbano Oct. Pont. Max. fuisse relatum; ij præ

ij præ lætitia in suis se finibus continere non potuerunt. Academiæ non exigua pars communicata lætitiæ.

Quisquè pro viribus animum de Beato ad scribendum appulit. Allatum hoc de Beato elogium epigrammatibus fætum. dignum plane, graue, ac rectè in Beatum cadit. Exscribendum hoc loco operæ pretium duxi. Hoc est.


AD BEATVM CAETANVM THYENAEVM

In Beatorum numerum ab Vrbano Oct. Pont. Max. recens cooptatum Regularium Clericorum Fundatorem.

QVI cum præcipuo quodam paupertatis voto obstringatur, haud videlicet tum sibi, cum suis licitum vnquam fore, vel fame debacchante, stipem ostiatim cogere, suo quasi
Eccl. 31.8. iure illud Ecclesiastici videtur sibi quodammodo vindicare. *Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt.* obijt scilicet is auro, aurum sibi ex voto. *Nec sperauit in pecunia, & thesauris.* Fretus prouidentissima diuini Numinis prouidentia. *Quis est hic, & laudabimus eum?* Non peragrandus orbis terrarum. non exteræ petendæ regiones. Hic præstolatur Caetanus. *Fecit .n. mirabilia in vita sua.* Hic dumtaxat vnus vel ab orbe condito & in voluptatum regno, & in familiæ institutæ felicitate diuitiarum thesauros indignabundus inspexit, protriuit, despexit. In quæ verba minutatim discerpta sic potest quis, ni forte me mea fallat opinio, multiplex epigramma conficere.

Qui post aurum non abijt.

Perge alacer, dignumquè Pater caput insere cælo,
Te non vlla auri dulcior aura mouet.
Iam tibi primæuos cælum meditatur honores,
Lamberequè astra tuos officiosa pedes.
Te merito primis veneratur honoribus, auro
Aurea neglecto sidera primus adis.



Astra

Aliud.

Astra tuis aptant plantis felicius aurum,
Quodque aurum visus posthabuisse; ferunt.
Hinc tellus tibi fundit opes, opibusque beatos
Diue tuos operit prodiga facta pedes.
Quam bene te cælum, tellusquè opulenta coronat,
Emeritum, cælo iudice, munus habes.



Nec sperauit in pecuniæ thesauris.

Hæc animo Caëtanus agit, tacitumquè pererrans
Diua Caetani flammula pectus habet.
Ergone in immensis dominabitur vrbibus aurum,
Atque erit, heu, tanto terra subacta iugo?
Temnite mortales aurum. quid vilius auro.
Quod celer vnda premit, quod leuis aura vehit?



Aliud

Prouida mens vacuum cæli per inane vagatur,
Inque vno cæli Numine fixa viget.
Hinc animo victor mundi contemnit honores,
Prodigus hinc largo pectore calcat opes.
Hinc pronum decus, hinc aurum vestigia lambit,
Hinc tibi sese aurum deuouet, inde decus.




Quis est hic, & laudabimus eum.

Iure orbis Caetane tuos miratur honores,
Pronaquè te flexo poplite terra colit.
Arduus obstupuit, stellis plaudentibus, æther,
Sidereoque suum detulit axe decus.


Haud

Haud alia certè dignor te laude, quod vnquam
Non habuit quisquam laudis, id vnus habes.



Fecit .n. mirabilia in vita sua.

Dignum animo, dignumquè tuis virtutibus ausum
Aggrederis: tanta tu tibi laude præis.
Quas non spreuit opes, auidusquè quod abdidit aurum,
Proteris inuicto tu pede solus opes.
Macte animis Caetane, ferunt te sidera, magnum est
Hæc nequè posse tibi, nec reperisse parem.



Vrbi faue, Caetane, Academiam foue. De tanta tibi gloria gratulatur vtraq;.se vtraque ex animo sacrat tibi Tutelaris Optime.

AVGVSTISSIMI DOMINICI CORPORIS SACRAMENTI
POMPA PROPONITVR.



SENATVS P. Q. P. cum totus sit Eucharistiæ Sacramento sacer, atq; in eius amplificanda gloria semper in dies industriæ neruos omnes contendat suæ, antequam Sanctissimi Sacramenti peruigilij illucescat dies, die dominico clangentibus lituis, ac perstrepentibus tympanis vrbem monet, vt ad Sanctissimum Sacramenti festum peragendum diem quiuis comparet sese. Certior vrbs facta incredibili repente gaudio triumphat, ac gestit, ciuesque omnes apud sese vix continere præ lætitia possunt. feruet interim opus. Comis arbores, roseta prole, gemmis lilia, ornamentis violaria, mercibus arundineta spoliantur, vt Christo Domino de Hæresi, ac mendacio triumphanti ex omni omnium florum genere sternatur via.

Aedes maxima, quæ Mansio hodie vocatur, ditissimorū omnium seri-

sericorum generibus insignitur. Nihil in ea non graue, nihil non augustum, nihil non admirabile. pietatem olet. Sanctitatem suadet, atque in debitum tanti Numinis cultum, religionemquè animos inflammat. Senatus itaquè, inclinata pænè iam die, ad celebritatem inchoandam, Rhedis vectus ad templum accedit. Primæ Vesperæ decantantur. Musici concentus suauissimi. absolutis ijs, vrbs tota, tota ardet incendijs. Plateæ, calles, compita, anguli, domicilia, faces præferunt suas. dato signo ex peruetusto Senatus decreto tormenta bellica exploduntur omnia. reboant omnia, monentq; Siciliam vniuersam in Panormitanæ Vrbis capitolio Sãctissimum Eucharistiæ Sacramentum triumphare.

Prima luce qua aris, qua sericis, qua peristromatis, qua ornamentis vestiuntur omnia. Panormus ne sit, haud scias. Nihil est, quod certè non præferat lætitiæ argumentum suæ. mirus interim vndiquè ad id templum fit Ciuium, exterorumq; concursus. Plateæ ciuibus, viæ aduenis, templa finitimis populis oppleta. Solis itaque occasu appropinquante, vesperisque, quibus interest Archiepiscopus de more Panormitanus, decantatis religioso ministerio ex ordine datur exordium.

Primum omnium præit sodalitium illud ex equitibus, virisquè primarijs constitutum, quod fert vel capite damnatis, vel ad suspendium adigendis opem. Numero admirabile, ordine conspicuum. Sequitur & illud, quod a Charitate nomen traxit, nudis pedibus; vt eo symbolo ostendat, qui ad hunc diem festum peragendum accedit, ab omni prorsus animi affectione remotum accedere oportere. cetera pedetentim suis distincta interuallis, suis & signata stemmatibus consequuntur. Accensas omnes præferunt faces haud exiguæ magnitudinis suas; quarum splendor eo iucundior, quo, disiecta luce, nox accersita propinquior. Nox itaquè versa in diem est. Gedeonis miraculum hoc sole instauratum. imo & plura miracula. Tot soles, quot faces diuino soli præuiæ.

Posthæc Confraternitates, quod aiunt, in suas diuisæ classes, distinctæ insignibus, ornatæ cereis sectatrices. Earum numerus, quam putes, maior. mundus, elegans. qui semel interfuit, vel Siculus, vel Italus sit is, asseueret. huiusce asseuerationi habeatur fides. Ad hæc. subinde vel litui præeunt, vel tympana, vel saltationes, quæ rectè in tantam celebritatem cadunt; cum & Rex Dauid ante arcam, quæ huiusce Sacramenti symbolum fuit, choreas lætus duxerit. Regale genus panormitana proles est. Regum imitatrix. Subinde vero Sanctorum simulacra affabrè facta pheretro euecta

ſuſpicimus. Præcinentibus pueris aliquot, lituis nonnulla, tympanis pleraque, non pauca muſicorum concentibus illuſtria.

Quid religioſæ familiæ? Vnaquæquè in ordinem digeſta, quam ſolet, modeſtior, ac religioſior incedit. Pſaltis Regij pſalmos religiosè modulatur vel ad confouendam Ciuium pietatem, vel ad Chriſti Domini gloriam exornandam accommodatos.

Vnaquæquè pro inſtituto varia. Sed multiplex. Hiſce abſolutis reliqua Clericorum, ac Sacerdotum multitudo, Regiumquè Capitolum conſequitur. Munditia, elegantia, ordo admirabilis. percenſeri numerando vix poteſt. Ab Archiepiſcopo Panormitano, nunc ab Ioannettino Doria Cardinali ampliſſimo, ac Panormitano Archipræſule ſingulis quibuſque annis præcipua quadam religione augustiſſima per Vrbem hoſtia defertur. Vbi è Manſionis templo pedem is effert, exploſis primo quamplurimis ad templi aream conſtitutis, diſpoſitiſq; bombardis, vnumquodq; propugnaculum tormenta bellica explodit & ſua. Hiſce quaſi vocibus tota Vrbs de Chriſti Domini victoria gratulatur. Sic Cardinalis Doria (hunc laudamus, eo .n. Diæceſin panormitanam adminiſtrante hæc ſcribimus) inceſſu grauis, maieſtate conſpicimus, religione inſignis ad Catredalem Eccleſiam iter inſtituit. Præeuntem ſequitur S. P. Q. P. Qua ille incedit, flores, lilia, roſas plena quiuis congerit manu. terra floribus referta, lilijs ſparſa, roſis obducta triumphalem pompam reddit auguſtiorem. Senſu, ac ratione deſtituti lapides victrici Numinis pede depreſſi triumphant, ac geſtiũt. Plateæ, parietes, calles gaudio exiliunt. non vulgaria in Religioſa vrbe religionis argumenta ſpectantur.

Vt eam Vrbis partem, quæ hodierna luce nos etiam maiorum noſtrorum veſtigijs inſiſtentes Logiam appellamus, auguſtiſſimum Domini Corporis Sacramentum intuetur, è ſolio repente Prorex ad id adorandum, cultumquè exhibendum ea, quæ par eſt religione deſcendit. Verum Regem conſectatur. Prætorium palatium, quod vniuerſi Senatus palatium eſt, multiplici bombardarum voce Numen Euchariſticum conſalutat. Vrbem offert. Vrbem dicat. Senatum ſacrat, Panormitanum populum commendat, vt foueat, vt faueat.

In octangulari theatro aræ quattuor ſuis conſtitutæ angulis ſuſpiciuntur maieſtate venerabiles, ornamentis inſignes, diuitijs nobiles, elegantia conſpicuæ. Id itaque theatrum hoc ſole dignius, locupletius, auguſtius, quia, vt vno verbo complectar omnia, religioſius.

Clan-

Clangentibus ergo lituis, musicisque præcinentibus Basilicam adit. Ea sericis insignita, cereis illustrata tota, tota est. Tibicines, tubæ, organa, plectra circumsonant. Intra maxima non exiguæ magnitudinis conspicitur moles, quæ multiplici facularum luce ignea est. Summo ingenio, summaque arte elaborata in maximo orbe sphæra est a terra sublimis, quæ sonantibus tubis sic paulatim ad terram propius accedit, vt, haud scias, an loco dimoueatur suo. Igitur ante Sacerdotem constituta, salutari hostia recepta, ad suam eo ipso gradu reuertitur sedem, a qua prius illa discesserat. In ea itaque sphæra tamquam in arcu triumphali Christus Dominus triumphator existit, atque in Vrbem totos illos dies summa cum liberalitate dona partitur. Vnoquoque die concio habetur. Ciuium, Equitum, Principum ad eam audiēdam innumerabilis multitudo circumfluit. mirus ex pietate concursus. Tanto Numini Vrbis Panormitanæ tutelari debitus honor. Sed tantæ impar maiestati.

Quod si quis ad hæc forte adijciat, & Equitum pompam, rectè quidem adijciet, cum hoc die nemo ex equitibus panormitanis sit, qui animi alacritatem mira quadam exteriori lætitiæ significatione non præferat sui. Auro onusti, gemmis ornati, pretiosissimis vestimentorum generibus insigniti, equis inuecti vrbem lustrant.

Partim Vrbis præfectum, partim Senatum, partim vero Prætorem non equitantem modo, sed Scipionem, dum pedibus iter facit, gerentem hoc statuto die singularem prætoriæ auctoritatis indicem longo ordine consequuntur. Omnia in Panormitana vrbe Christo Domino Humani generis assertori e bello redeunti triumphum parant.

Cetera Panormitanæ pietatis argumenta proponuntur.

REctè monet Abbas D. Rocchus Pirrhus, dum is habet de Victore, qui floruit anno ab orbe reparato 590. Panormitano Antistite sermonem. huiusce .n. tempestate Cænobiorum Panormus diues. Quare ex Cænobijs Panormi vel a D. Gregorio, vel Gregorij tempore constructis optimam sane infert ille consecutionem, antiquitus in panormitana Vrbe floruisse pietatem. Quorsum .n. tot extructa cænobia, tot templa, nisi certè vt panormitanorum religionem promouerent, ac studium pietatis accenderent? lætitia itaque triumphent, ac gestiant Panormitani Ciues, atq; auita pietate *In notitia prima Ecclesiæ panor. fol. 62. §. iv.*

glorientur; quæ quidem in panormitana Vrbe non vno, alteroue, sed tot, tantisquè elapsis sæculis radices egit, ac propagata est, vt totus terrarum orbis panormitani Ciuis religionem veneretur. Hæc certe prouincia Panormitanis incumbit, vt quod pietatis studium a maioribus acceperunt, non foueant modo, sed ita promoueant, quod rectè quidem faciunt, vt, dum vnaquæque mundi plaga auitam panormitanorum pietatem admiratur, posterorum religionem admirabunda suspiciat, atque a suis non degenerare maioribus reapse fateatur.

Plura hic recens Auctor meminit monasteria Gregorij auctoritati, quæ plane magna est, ac magnam conciliat fidem, innixus; quorum omnium noticia partim ad me peruenerat, partim vero inter legendum edidici. Hæc ad rem meam cum maximè faciant, atquè in hunc locum cadant, omittenda non putaui. Nequè .n. omnia, quæ de Panormitana Vrbe dici possunt, scribenda mihi persuadeo. plura me omisisse, quam scripsisse fateor. Si quod de Panormo Vrbe conscriptum in quouis auctore est, exscribitur. Auctor laudatur, ne legenti id, quod proponitur, meum non videatur esse commentum. Rectè hic illud appositè.

Georg. l. 1. *India mittit ebur, molles sua thura sabæi.*

& illud. . . . . *non omnis fert omnia tellus.*

De Senis itaquè Cænobijs Panormi excitatis a D. Gregorio facta mentio est.

lib. primo. Ind. 9. ep. 9 S. Theodori alterum; quod a S. Mariæ Virginum Sanctimonialibus hodierna luce colitur. Medium sedet inter S. Antonij Parochiam, ac Toletanam viam. Viæ delli Mori, generatim appellatæ contiguum. De hoc libro primo satis.

Ep. 58. l. 1. S. Adriani alterum. *Insinuatum nobis est*, sic Petrum Subdiaconum conuenit Gregorius, *Marcellum Barbicanæ Ecclesiæ ibidem in Panormitana Ciuitate in Monasterio Sancti Adriani deputatum.*

Lib. 5. ep. 41. S. Hermæ, siue Hermetis tertium. *Vrbicus*, sic scriptum in D. Gregorij epistola legitur, *Monasterij S. Hermæ, quod Panormi situm est, a vobis cum congregatione sua magnopere postulauit, in eodem monasterio Præsbyterum, qui sacra missarum solemnia celebrare debeat, ordinare.* &c. Hoc plane S. Hermetis D. Gregorius

Ep. 4. l. 4. vocat suum. Is .n. ad Victorem cum scriberet, hæc adiecit. *Fraternitatem tuam necesse est, eum,* Gregorium videlicet Abbatem in Monasterium prædictum S. Theodori, *recipere, locoque suo constituere,*

ita

ita tamen vt Vrbicus MONASTERII MEI *præpositus dare aliquem de seruis Dei debeat, qui ei præpositus fiat, vt quod istius incuria negligitur, illius sollicitudine seruetur.* Hoc Monasterium Rogerius Rex, siue temporum vetustate collapsum, siue dirutum vel instaurauit, vel extruxit. D. Ioanni eodem Rege sacrum. Ea verum ab Hermetis nomenclatura inde suam, vt opinor, traxit originem. corrupta .n. S. Hermetis vox in vocem Heremitis transijt, vel rectius, ob proximum S. Mercurij templum, cum Hermes latinè Mercurium sonet.

Quartum Lucisianum SS. Maximo, & Agathæ sacrum. *Quia*, inquit Gregorius, *de possessionibus Baiano, Nasoniano, & Labiniano positis in Prouincia Sicilia territorio Panormitano, de quibus inter præpositos Monasterij SS. Maximi, & Agathæ, quod Lucisianum dicitur, &c.* Lib.7.Ind. 2. ep. 27.

Quintum Præconitanum, ea .n. veritas ex D. Gregorij fonte hauritur, dum ad Victorem Panormitanum scribit Antistitem. Li.7.In.2. ep.93.

Postremum denique Prætorianum, de quo sic Gregorius ad Petrum subdiaconum. *Fratre Mariano Abbate indicante cognoui, quia fabrica in Prætoriano Monasterio, nec ad medietatem quidem adhuc producta est*, & post paulo, *sed ita fac vt ei, quem loco tuo Panormi dimiseris, modis omnibus iniungas, quatenus expensis, & annona Ecclesiastica hoc idem monasterium construat, & ad me priuati Abbatis querela non redeat.* Ep.30.l.12.

Sanctimonialium etiam Cænobijs Gregorij tempore Panormus non caruit. Gregorius præit. *Ex monasterio*, inquit, *Ancillarum Dei, quod est S. Martini Martiam Sanctimonialem, fœminam in monasterium aliud iniustè audio fuisse migratam, & Victoriam, quæ loco illius sequebatur, sicut audio, res monasterij distrahere, vt ad prioratus locum pertingeret &c.* Hoc, si constans fama, a Gregorio constructum, & Cassinensibus Monachis tandem datum est. Ep. 4. l. 4. Ind. 13. ad Victorem.

Cænobijs Xenodochia respondent. D. n. Gregorius Fantino præcipit, vt ex Isidori nescio cuius fortunæ bonis extruat in Panormi vrbe Xenodochium, *quæ si non satis sunt, locus*, ait, *in quo Xenodochium ipsum fuerat constituendum vel quidquid ibi relictum est Xenodochio S. Theodori, quod in prædicta Ciuitate a Petro quondam constitutum est, applicetur, &c.* Hæc ferè summatim ex hoc auctore supra laudato decerpsimus.

Et ex his deducat omnes velim Panormitanam Vrbem sic piam, semper sanctamquè exhibuisse sese, vt antiquitus fundamenta sanctitatis in ea tot templa, tot Cænobia, tot Xenodochia collocarint,

ac panormitanæ pietatis neminem argumenta laterent; vt merito ab Vrbano Oct. Pont. Max. in literis ad S.P.Q.P. exaratis Vrbs Panormitana Religionis portus appelletur, quasi vero cum ad panormitanam vrbem Religionis nauigium appellit, fida, tutaq; statione potiatur. Hæc ergo sunt virtutis præconia, nobilitatis indicia. Erecta cænobia sunt vexilla sanctimoniæ. Xenodochia pietatis insignia. Templa demum præcipuæ monumenta virtutis, quæ nulla vnquam poterunt temporum vetustate, vel consequentium annorum obliuione deleri.

Illud autem hoc mihi loco præteriri silentio non potest, quod ad panormitanorum Ciuium pietatem ostendendam maximè facit, Panormitanos scilicet, vbi a Pestis obsidione, Rosalia sospitante, liberati, sic in S. Rosaliam præcipuum quodam studium, beneuolentiamq; nauasse, vt non quotannis modo ab ijs eius festus dies trium dierum intercapedine summo cum apparatu, pariq; religione, omnibus tormentis bellicis eo triduo vesperi reboantibus peragatur; sed etiam in plateis, compitisq; omnibus eius imago adumbretur tamquam singulare adeptæ libertatis monumentum; dignumque plane, quod summa semper religione, omniumque gratulatione florescat. Et quiuis certè (sic in omnium animis eius pietas altius insedit) dum ob oculos propositam tantæ Virginis intuetur effigiem, præcipuum grati animi præfert argumentum.

Omitto aras Rosaliæ sacras, cum nullum in tota vrbe templum reperiatur, in quo Rosaliæ ara tamquam Ciuium singulare perfugium non sit.

Sileo sacellum in æde maxima D. Rosaliæ a fundamentis excitatum, quod operis elegantia, ac pretiosorum lapidum vel pulchritudine, vel dispositione non regium modo est, sed & etiam par sibi alterum in Sicilia tota non agnoscit. Ab quibusdam Italis Equitibus accepi, cum forte primam huiusce sacelli frontem contemplarentur admirabundi, Italiam vniuersam simili opere gloriari non posse. Italorum Equitum probaui iudicium, cum ij certè, vt rem gratissimam facerent Panormitanis, opus tutelari Rosaliæ sacrum omnibus Italiæ operibus anteferre non dubitarint. Tanta voluntatis significatio, grata quidem, sed suo Italia splendore non caret.

Prætereo capsam eidem Virgini Rosaliæ sub felicissimis Illustriss. D. D. Francisci Valguarneræ. del Carretto Comitis Assori, ac Principis Valguarneræ Prætoris. Cap. D. Petri Palacij, Horatij lo Mellino, D. Caroli del Voglio. Campisciano. Andreæ Vaspasiani Agliata. Francisci del Colle, Simonis Bonaccolti Senatorum

auspi-

auſpicijs non exiguæ magnitudinis ex argento faciendam; & iam admota operi manus, vt ex iugi tum Senatus, tum Populi Panormitani in S. Roſaliam ſtudio Vrbs in Sanctæ Roſaliæ religione ſeruetur, promoueatur; ac ſibi addictam vrbem Roſalia foueat, tueatur.

Taceo demum erectum D. Roſaliæ ſanctimonialium in Vrbe Cænobium, quod ſic magnificè inchoatum, vt ſingularem vrbis pietatem ſingularis operis magnificentia proloquatur. Eleemoſynæ, quæ ad hoc ipſum perficiendum, abſoluendumquè erogantur, ita crebræ, ita magnæ, vt id, quod intendimus, ſine dubitatione ſuadeant. Et quidem ſicut glorioſiſſimus, ita & pijſſimus Siciliæ, ac Hiſpan. Rex, cum de hoc opere ab Excellentiſſimo ac Illuſtriſſimo, D. Don Franciſco Fernandez dela Cueua Duce Alburquerquæ Prorege commonitus, vt idem ipſe S. Roſaliæ gratum animum ob ſeruatam ſibi a peſte Siciliam exhiberet, quinis aureorum millibus hoc Cænobium donauit; iuſſitq; vt ſingulis quibuſque annis illibato Deiparæ Virginis conceptui ſacro die ſacrum, præſente Prorege, perageretur. & peractum quidem hoc anno, vt decretum, eſt; cum fas ſit, vt ea Vrbs pijſſimi Regis voluntati obſecundet, quæ ſemper Regum omnium audiens dicto fuit.


Quid de D. Roſaliæ ſpecu? Nulla planè dies, nulla hora, nulla temporis pars eſt, quam panormitanus Ciuis non inuiſat, quam eleemoſinis non ditet, quam præcipuis munerum monumentis non illuſtret. Incultum olim antrum, nunc cultum templum, in pietatem verſus eſt horror. Qui ſupereſt, pietatis fautor, non hoſtis, allicit, non pellit. Iure tantus ad ſpeluncam fit concurſus. nimirum ſpelunca pietatis. Nemo ergo ad eam ſpecum accedit, qui ad D. Roſaliæ locum, qui vrbi lucus fuit, ſuplex non accedat, lacrimis non abluat, oſculis non alliciat, complexibus non foueat. Sic omnibus in amore, ac delicijs eſt Roſalia, vt omnes non ſpecum ipſam, ſed ipſius ſpecus lapides colant, oſculentur, qui tot annorum, ſæculorumq; interuallo Roſaliam fouerunt, Roſaliæ precibus adfuerunt, Roſaliæ lacrimas, ſanguinemq; combiberunt; quibuſq; profecto ita ſemper viſa Roſaliæ tam ſuauis, tamquè iucunda ſocietas, vt ſinu tandem ſuo diligenter occluſerint, ac inuenta tutelarium lapidum ſepimento vallata ſpeluncæ memoriam retineret; eorumq; beneficij non immemor, qui lapides vel ſecum aſportarent è ſpecu, vel ſpecus lapides nocte, diequè circumferrent, tutelaris exiſteret. Atquè hæc de Panormitanæ vrbis virtute generatim ſint ſatis.

CA-

CAPVT II.

De Panormitanorum Ciuium virtute speciatim.





RS vnaquæque, vt itidem & ſcientia, cum vtraquè ſub virtutis genere contineatur, ſua etiam laude non caret. rectè Ouidius.

L. primo de Ponto. *Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.*

In inſtit. Cyri l.7. *Ars.n.virtutum, eſt fons* ait Xenophon. Quod ſi eam laudis originem quis dixerit, rectè dixerit, cum ſicut vmbra corporis, ſic virtutis pediſſequa laus. Quauis autem arte qui pollet, perinde ſe habet, ac arbor, ait Plinius, *quæ ſuapte natura non niſi vnicum fructum gignit. inſitione, ea diuerſi generis fructibus oneratur; ita qui naturam ſuam ſequitur ſemper idem eſt, qui arte ducitur, ſui diſſimilis eſt.* Hinc Indi, & Brachmanes editos Infantes Pædagogo, ac vitæ magiſtro inſtituendos traderent, vt ij vel artibus inſtructi, vel liberalibus diſciplinis informati annis conſequentibus in hominum luce verſarentur. Et profectò quibus floruiſſe laudibus vel ſculptorem Phidiam, vel Pictorem Apellem nemo eſt, qui non ignoret; ille.n. ob Mineruæ dumtaxat ſignum ex ebore pulcherrimum Athenis factũ, in cuius clypeo & Amazonum pugna, & Gigantomachia, in ſoleis vero Centaurorum, & Lipatarum certamen ſumma arte cælatum ſuſpiciebatur, immortalem ſibi gloriam comparauit. Hic verò cum longe, latequè eius nominis fama per vniuerſum orbem terræ volitaſſet, tantum ſibi laudis aſſecutus, vt, præterquam quod nulla vnquam ætas de vtriuſquè laudibus conticeſcet, Macedonum Dux Alexander à nullo ſe pingi, quam ab vno Apelle non renuerit. Pictorum ſingularis laus. Haud itaquè adimenda vrbi panormitanæ gloria eſt, quam ex ſculptorum, & Pictorum ceterorumq; ſtudioſorum Hominum virtute conſequitur, cum planè vulgaris gloria non ſit eos & ſculptores, & Pictores ceteroſquè procreaſſe, quos admirabunda ſuſpexit Italia, quoſquè veneratus eſt orbis terrarum.


L.7. c.14. — Alex. ab Alex. lib.2 c.25.

Sed

Sed quemadmodum eorum sculptorum gloriam celebrauit antiquitas, eorumdem etiam nomina cognoscat ex me dumtaxat vno scribente posteritas.

De Pictoribus, Sculptoribus, & Organarijs Panormitanis.

VT igitur ordine progrediamur suo a minoribus ad maiora gradatim ascendendum. Ecce tibi primo loco offerunt se se, qui ad me studio, ac industria peruenere, Pictores, qui pingendi gloria sic floruerunt, vt singularem certè omnibus scribendi, laudandiquè materiem suppeditarint.



Iosepħ Albina al. Sozzus Panormitanus, nō solū Pictor egregius, sed & etiam sculptor, & Architectus singularis, qui sic ab ineunte ætate ad delineandi, pingendique studium, natura duce, appulit animum, vt, qualisnā annis consequentibus futurus, specimen præbuerit. Exercere se se vel Puer, qua vel parietibus adumbrare, qua papyro pingere, qua velo designare. Forte fortuna cū a Iosepho Spatafora Himerensi Architecto, ac Pictore præcellenti domum ali-

quando duceretur, videretquè varia picturarum genera parietibus affixa sic oculos in ea admirabundus intorsit, vt a Pictore illo interrogatus an ad pingendi studium vellet animum adijcere, repente è vestigio quasi voti compos singulari lætitia affectus respondit: Ita enim vero; itaq; Iosepho Spatafora Duce, noster Ioseph sic in pingendi arte exercuit se se, vt quam de se expectationem concitauit, longè multumquè superarit. Ioseph Iosepho nostro iure glorietur, cum auditorem sortitus haud degenerem.

Is habuit Filium Petrum nomine sibi non dissimilem, cuius Picturæ vestigia Patris æmulantur. Et Philiberti Emmanuelis Allobrogum Ducis filij funus, & S.Rosaliæ triumphalis arcus id satis aperte testantur. Non vulgaris in vtroq; Pictoris maiestas. Porro tantum Patrē in pingendi arte vicisset, nisi præmatura morte correptus ix. Feb.1626. in cælestes illas oras, vt confidimus, euolasset. Patrem e vita decedentem 1611. April.xj. lugubri pompa, funebrique apparatu prosequutus est filius, atq; in Sanctiss. Cruci fixi templo sepulturæ mandauit, curauitq; vt eo ipso die S.T.D. D. Aloysius Nicosia S. Nicolai de Albergaria nunc Beneficialis orationē de patris laudibus haberet; vt ille, qui singularem sibi gloriam viuendo comparauerat, debitis obeundo afficeretur honoribus.

Peste itaque laborāte Panormitana vrbe, Thermitanæ portæ mænibus SS.Sebastiani, & Rocchi imaginē Ioseph Sozzus sic plane depinxit, vt Pictoris penicillū admiratus Præsul nescio quis, qui Roma Panormū appulerat & Pictorē Romā inuitarit, & Pictoris ingenium singulari prædicatione celebrarit. S.Sebastianus, & Rocchus eo ordine digestus. Vrbē adeunti S. Sebastiani imaginem sinistra eo Antonij Vinitiani elogio, quo de libro primo iam diximus, dum secundam panormitanæ vrbis vrbem describeremus. f. 136. 137. Dextera S.Rocchi præfert eo itidem eiusdem Vatis altero.

Vtrusquè picturæ adhuc extant non parua vestigia. Ioseph plura cōfecit penicillo simulacra sanctorū, quā opinere. Omnia Picturarū genera, quæ vel ad Proreges Marcū Autoniū Columnā, & Comitē Albadelistam, vel ad D.Nympham excipiendam conferebant, eius elaborata penicillo; de quibus profecto, vt itidem fama veritatis plerumquè nuncia testatur, illud accepi, sic affabrè facta, vt omnibus pæne spirare viderentur. Et quidem id Philippi II. Hisp. ac Sic. Regis gloriosiss. funus eloquitur, cum simulacra affixa pyramidi, nisi ijs lingua defuisset, denati Regis gloriam, ac Pictoris venustatem, modumq; prædicarent. Prometheum imitatur penicillū. In summa quicquid in hoc genere efficiendum Panormitano Senatui vel propone-

ponebatur, vel obuersabatur ob oculos; totum id industriæ, & ingenio Iosephi conferebatur. Extat vel hodierna luce eius penicilli multiplex pænè viuens in Panormitana vrbe monumentum. Vnumquodquè recensere superuacaneum est. Satis est innuere a D.Christophoro ante Ecclesiæ Parochialis S. Antonij vestibulum Christum Dominum baiulante Iosephi penicillum agnosci. Non ille quidem lustrandus est obiter. consiste. contemplator. reapse tunc oculus erit vel arbiter, vel iudex. Duplices itidem, vt de ceteris sileam, sub atrij Prætoriani intercolumnio conspiciuntur imagines forma augustiores humana.

Altera Deiparæ Virginis Assumptæ eo Antonij Vinitiani elogio insignita. Inscriptio respondet imagini. Pictura vati. Singularis illa. hic vnicus. Ea itaque sic habet.

Mariæ Deiparæ Sanctiss. Purissimæquè

Andreæ Apostolo, Dominico Prædicatorum familiæ parenti, Christinæ & Nymphæ Virg. Marty. Cælitibus Patronis Sac. ob tutelam vrbis æternam.

Andreas de Salazar Præt. sed prouid: omnibus retro memorabili Hieronymus de Cona, Don Franciscus Amodæus, Iacobus Diana, Augustinus Bonaccoltus, Laurentius dela Montagna, D. Rogerius Salamonius PP. C. splendidiss. ordo Senatus D.N. M. Q. E. seruandæ, ac docendæ pietatis exemplo dedic. Ann. M.D. LXXXXI.

Altera vero Christi Domini in crucem acti hac itidem inscriptione eiusdem viri collustrata.

Christo humani generis per crucem liberatori potentissimo

Diuis, Dominisque

Francisco Cruci fixi stigmatibus notato, Constantino in crucis signo victori gloriosiss. Mariæ. Magdalenæ Amantiss. sub cruce laboranti

Helenæ exquisitæ crucis inuentrici.

Obstudium religionis Philip. II. Max. Cath. Max. fidei pro-

pugn. & Didaci Henriquez, & Guzman Com. Albadal. Pror. Andreas de Salazar bis Prętor pro iustis omnium desiderijs, & Hieronymus de Cona, D. Franciscus Amodeus, Iacobus de Diana, Augustinus Bonaccoltus, Laurentius dela Montagna, & D. Rogerius Salamonius.

PP. C.

Resp. Panor. in optatiss. clientelam recepta.

Peruenit ad me inter scribendum cuiusdam Anonymi in Iosephi obitu epigramma conscriptum, quod cum meo quidem iudicio venustum sit, ac dignum, quod silentio non prætereatur, hoc ego loco exarandum putaui.

Extinctum Pictura suum deploret alumnum,
Funereaquè obeat nobile veste caput.
Præfica Pictoris mæstæ Pictura sit vrnæ,
Et repetat querulo carmine, Sozzus obit.

Nec minori planè laude insignitur Vincentius Polydori Carauagij socius cognomento Romanus, qui cum Panormo Romam se contulisset, ac diu, multumquè in illius celeberrimæ, sanctissimæquè vrbis luce versatus, ita Romanorum vestigijs institit; vt ad patriam reuersus suam non secus ac si Romanus ciuis haberetur. hinc sibi cognomen adscriptum.

Extat in panormitana Vrbe vestigium illud ita singulare, vt habeas iure, quid mirere, quidue in Pictore dilaudes. Præcipuum opus præcipuam sanè Pictori laudem creat. In Xenodochij videlicet magni intercolumnio mors equitans qua manu cominus Proceres, Dynastas, Reges, Imperatores, Pontifices, qua arcu eminus homines infimo loco natos, terræ filios, homunciones proterit, transadigit. Vt prudens pictor non solum doceat cuncta sub mortis potestate versari; quodque olim carmine Lyricus, is expressit penicillo.

Hor. 1. Car. 4. *Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,*
Regumquè turres.

sed etiam prębeat documenta virtutis, hoc videlicet tributum morti tandem aliquando persoluendum, omniaquè mortem exæquantem

tem, nihilquè in terrarum orbe posse reperiri, quod mortis iugum a suis valeat ceruicibus detrectare. Hinc Claudianus. 2. *de rap. Proserp.*

Sub tua purpurei venient vestigia Reges,
Deposito luxu, turba cum paupere misti;
Omnia mors æquat.

Et quidem si picturæ ipsius maiestatem diligenter attendas, videas planè mortem neruis, ossibusquè compactam, spoliatam pelle, destitutam oculis, insidentem Equo, euolantem, elataquè manu aggredientem omnes. Sub equi pedibus iacentes Reges, prostratos Monarchas, decumbentes Imperatores, Pontifices enectos, spirantes ceteros, atquè inter hæc cadauera viuens dumtaxat, ac spirans Pictoris fama diuagatur. Virtutis laus emori nunquam potest. quæ plane pictura cum adeo Iacobo del Duca sculptori eminentissimo, nobilissimoquè Architecto Panormitano, de quo suo loco, admiratione digna videretur, conuersus ad Marianum smiriglio singulari virtute præstantē hæc protulit admirabundus. *Enimuero, Mariane mi, si Michael Angelus Bonarota Magister meus Panormum traiecisset, affirmarem certè totum id, quod de communi Hominum iudicio in Pontificio sacello Romæ descripsit, ex hac pictura fuisse ab illo diligenter exscriptum.* Laudari a viro laudato, & docto non vulgaris laus. In summa Vincentij Romani penicilli monumenta in quolibet peruetusto, auitoquè templo conspiciuntur, suspiciuntur, Quorum nonnulla cum D. Francisco a Castro Comiti Castri, ac Siciliæ id temporis Proregi mirumquantum arrisissent, iussit, vt exscriberentur, vt in Hispaniam secum ipse, absoluto regimine, asportaret.

Prætereo nunc Crescentios Panormitanos Pictores toto ferè terrarum orbe celeberrimos, de quibus sanè cum satis fama proloquatur, non est, cur de his ipsis mihi habeatur oratio. Illud hic vnum, ab eorum altero in magno Xenodochio adumbratum iudicium, quod mortis picturæ è regione respondet, quo nihil ferè pulchrius, nihil formosius; cum ad veritatem accedat. In eo cuncta, quæ admiratione excipiantur, digna. Quod si e Xenodochio ad D. Christinæ sacellum gradum facias, multas Virginum imagines in hoc reperias, quæ communem Crescentiorum penicilli maiestatem & confitentur, & agnoscunt.

Taceo Thomam Lauretum haud Patre nobilissimo Pictore degenerem, a Gregorio XIII. Pont. Max. vnicè dilectum, qui summa arte,

arte, summoquè ingenio Romæ Capitolium, Roma admirante, depinxit. testes voco, qui viderunt. De huiusce Parente constat satis in Metropolitanæ Ecclesiæ sacello Virginis Præsentatę historiā ab eo fuisse depictam, quod plane sacellum hodierna luce Deiparæ Virgini ægrorum liberatrici sacrum, atque Canonicis adscriptum; quodquè & Virginis ipsius pietate, & Canonicorum religione ea, qua par est, veneratione habetur. Metropolitanum itaquè templum, qui velit, adeat, ad sacellum accedat, historiam contēpletur, & videat, an tanto viro, tantoque pictore digna sit habenda pictura.

Omitto Thomam de Vigilia, quem pingentem admirata est antiquitas, & venerata posteritas. In Sanctæ Luciæ sacello in Metropolitano templo extante suspicimus eius penicilli vestigia; hinc videlicet Christum Dominum funiculis armatum omnes vendentes, & ementes de templo eijcientem, inde Hierosolymam summa cum Ciuium acclamatione, puerorumque oleas, palmasquè fundentium plausu adeuntem. Vtrobique par & maiestas, par & pulchritudo.

Sileo Pictorem illum cognomento Rozzulonem, qui suo penicillo Raffaelis Vrbini penicillum sic æquauit, vt ab vnoquoquè tam Rozzulonis, quam Vrbini pictura communis haberetur. Sic alter alterum imitabatur, vt inter vtrumquè nullum pænè discrimen videretur.

Prætermitto denique Paulum Bramè ab Illustrissimo Quæsitore Parmo in pretio semper habitum, qui sic eius animum sua pingendi arte pellexit, vt eius voluntatem optimo sibi iure captarit. Paulus V. Pont. Max. picturam nescio quam Romam a Parmo al legatam cum vidisset, continere sese non potuit, quin ad Parmum literas daret, confirmaretquè sic Panormum Romæ vestigijs inhærere pingendo, vt Panormus Roma videretur. tanti Pontificis oraculum statuit pictoribus modum. Pictoribus ergo sit modus; quos ego ex plurimis paucos decerpsi, vt hac etiam ex parte panormitanæ maiestatis gloria eluceret, omnisquè orbis terræ plaga tantam gloriæ maiestatem admirabunda suspiceret, dum & naturæ penicillo in augustissimo Panormitanæ vrbis theatro Imperatorium Caput, adumbrante Pictura proponitur, & Pictoris Pontificis Max. voce, scriptione, auctoritate commendatur.

Habet & sculptores Vrbs Panormus suos, quibus potest sicut & ceteræ Ciuitates horum gloria florentes haud immerito gloriari. Hosce Metropolitana primum Ecclesia lubens, ac volens e thesauro promit suo. pedetentim ceteræ.

Anto-

Antonius Gaginus sculptor egregius choreas ducit; cuius planè nomen immortalitati consecratum ab fornice illo tum Sãctæ Christinæ, tum ab augustissimi Sacramenti tabernaculo sic in orbe terrarum eluxit, vt eius nominis fama alium ab Siculo orbe orbem inuenerit, in quo liberius posset summa cum panormitanæ Vrbis, eiusque familiæ dignitate diuagari. Plura suspicit Panormus, haud pauca demiratur, quæ sculpsit Antonius, Italia. quo de rectè illud.

Fama super æthera notus. *Aen. prim.*

Forte fortuna Michael Angelus Bonarota cum Romæ Christum Dominum efformasset, suisq; humanis partibus absoluisset, oculis exposuit in Mineruæ templo aliquando videndum. Indigna quidem æditiuo res visa, vt Christus Iesus nulla humana veste contectus existeret. linteo præcingit, vt, quod indecorum videtur, tegat. Michael Angelus rei impatiens illud abscindit. Rursus ille alterum apponit. rursus hic in frusta conscindit; atque ad æditiuum conuersus, *Abi*, inquit, *ad Antonium Gaginum Panormi degentem, si Christum vestitum velis. Ille quidem ad induendum hominem singularis.* Sculptorum fæcundus parens.

Haud à tanto Patre degener Filius, qui sicut ex Patre nomen, sic etiam eius virtutem hæreditario quodam iure sortitus. rectè in hunc illud cadit. *Filius Patris*. Hic eam ædis maximæ, in qua Apostolos mira quadam arte elaboratos suspicimus, effinxit. Ingeniosum opus tanti artificis cælum innuit. In nonnullis itaquè simulacris ita rugæ, frons, oculi, supercilia, vultus efformati, sic in brachijs, in manibus, in tibijs protuberant venulæ, vt sanguinem in ijs occlusum, ac efferuescentem dixeris. ipsum vero vestimenti genus qua laxatum, qua contractum ita ad veritatem proximè accedit, vt artificis certè singulare dilaudet artificiũ. In breuioris vero staturæ simulacris sic sculptoris elucet ingenium, vt in plerisquè haud scias quid prius admirere totius ne operis pulchritudinem, an singulas operis partes. Sic profectò opus operi, & pars parti respondet, vt in opere sculptorem, in parte sculptoris artem optimo quidem iure mireris. Sunt & in omnibus ferè totius Siciliæ Ciuitatibus, ac Oppidis huiusce cæli monumenta, sicut & pleraquè alia in panormitana Vrbe vestigia, quæ dumtaxat admirantur, qui hanc artem profitentur. Et licet is pluribus gloriæ suæ insignibus illustris è vita decesserit; sibi tamen tres liberos Vincentium, ac Iacobum, (vtrumquè rectè dixerim Patris imitatorem, ac æmulum) ac Fatium superstites patriæ virtutis hæredes. Illud dumtaxat vnum de Fatio te monitum velim. Ab hoc Aquilam constat, quæ Portam a Græcis appel-

latam exeunti cuilibet in coronide offert ſe ſe, fuiſſe confictam. Niſi ſpiritus in ea deſideraretur, euolaret. Sic profecto totum corpus efformatum, ſic confictæ alæ, ſic plumis pectus aptatum, vt certe haud è marmore factam ſibi iure perſuadere quis poſſet. Ex Iacobo ortus eſt Nibilius nobilis itidem ſculptor, qui parentes vincit hoc vno; cum is non humanos modo in ſaxis efformaret aſpectus, ſed ita etiam argentum effingeret, vt opus pæne de cælo delapſum eſſe videretur. In virtutis itaque theatro Gaginorum proſapiæ gloria collocata floreſcat in dies, cum hæc ita ex altero in alterum transfuſa ſeruetur, vt tantæ proſapiæ nomen admiretur immortalitas.

Quid Vrſulus Gilì, quid Iacobus del Duca? Vterquè ſculptor egregius. de ilio id vnũ, cum hoc ad huiuſce nominis amplitudinem illuſtrandam videatur ſatis. D. ſcilicet Chriſtinæ tutelaris capſam, quæ tum ob eius magnitudinem, quæ tum ob ſtatuarum pulchritudinem hodierna luce ſuſpicitur, anno M. D. LVI. mira quadam arte confinxit. Vel ars ipſa opificium miratur. Auguſtum opus. Senis ilia ſuſtinetur aquilis. hinc inde ſuis diſtributum locis D. Chriſtinæ martyrium. Nudatos Carnifices, populi confertam multitudinem, ad martyrium abreptam Virginem ita planè conſpicias, vt martyrium ipſum, non martyrij imaginem videre tibi pæne videaris. In apice ſedet ipſa Virgo Chriſtina. Si ſculptoris ars, S. etiam P. Q. P. pietas elucet. Id characteres capſam ambientes vltro confitentur.

Hoc opus S. P. Q. P. dicauit M. D. LVI. Chriſtinæ
Diuinæ felicis Vrbis Patronæ.

Iacobus vero del Duca & Antonelli Gagini, & Michaelis Angeli diſcipulus ſic ſculperet, vt Roma pulcherrimarum, ac maximarum rerum parens, ac inuentrix Chriſtum Ieſum è cruce deſcendentem ab eo efformatum ſic mirata eſt, vt ſculptoris gloriam mirumquantum amplificarit. Hoc vnum proponendum puto, vt

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Atquè hæc tam Pictorum, quam ſculptorum omnium, qui recenſiti a me ſunt, gloria vni dumtaxat Mariano Smiriglio adſcribenda, qui profecto de mea ſcriptitatione certior factus eorum omnium nomina ad me ſumma cum diligentia, ſtudioq; tranſmiſit, ne diutius ea in obſcura obliuionis nocte iacerent, atq; in veræ gloriæ lucem euocata in orbis terræ luce verſarentur.

Ceterum de Organarijs Panormitanis nihil mihi dicendum occurrit, cum, qui ad me amicorum ſtudio peruenere, non conſtet

ſatis

ſatis Panormitani reapſe ne ſint, vt verè Siculi. Eos nolui hoc loco recenſere numerando, ne alienis ditari diuitijs videamur. Vnum hic dumtaxat promam Raffaelem la Valli, cui omnes, velint, nolint, huiuſce artis gloriam concedant, neceſſe eſt. Organa in Sicilia vniuerſa, in Panormitana Vrbe, in Metropolitana maxime Panormi Ecclesia proloquuntur, cum dictitent, qui Italiam peragrarunt, nihil ſimile in Italia vniuerſa vidiſſe ſeſe. Quod quidem inde ſuadetur; cum.n. Paulus V. P. Max. Raffaelis peritiam qua ex amicorum literis reſciſſet, qua ex plurimorum ſermone cognoſſet, ſtatuit Romam euocare, vt ſimili opere parens Panormi Roma frueretur. Et ille quidem Romam maturaſſet, niſi morte correptus è viuis ſummo cũ Panormitanæ vrbis, tum Siciliæ vniuerſę dolore exceſſiſſet. Id ferè totum breuiſſimis habes in eius ſepulchro characteribus inſcriptum, quod in Sanctæ Marię Maioris extat ſacello eius pęnè ſumptibus excitato.

D. O. M.

Raffaeli la Valli Panormitano Organario eminentiſſimo ob artis peritiam Romam a Paulo V. Pont. Max. euocato de Maioris Panormitanæ Eccleſiæ illuſtribus editis operibus optimè merito liberorum pietas grati animi monumentum poſuit. Vix. Ann. LXXVIII. Obijt VII. Apr. M. DC. XXI.

CAPVT III.

De Oratoribus, & Poëtis Panormitanis.



PRæclara ab auctoribus Vrbi Panormitanæ allata laudatio adimenda non eſt, qui quidem ſic eam ſummis laudibus extulerunt, vt eius nomen immortalitati conſecrarint. Et panormitanæ vrbis pręconia ob illuſtrium ſibi virorum multitudinem comparata magna ne ſint, iam ex ijs, quos hactenus commorauimus, liquet. age reliquos proſequamur, ac fideliter auctorum verba laudemus.

Matthęus Syluagius in trium peregrinorum, quem ſcripſit, libro, cum de panormitana vrbe loqueretur, pręterquam quod de ea honorificè, pręclareque loquutus, oratorem ſummum Dioclem Panormitanum in antiquitatis caligine obrutum in lucem vocat. *Panormus*, ſic ille, *Vrbs felix a Rogerio Comite Tanchredi filio, & a Vilelmo*

Rege cognomento malo, & ab alio Vilelmo eius filio, quem bonum appellauerunt, fuit aucta Colonia, vbi Magnæ Curiæ Sedes dignitate fulget præcelsa; qua ex causa Regni Caput ab omnibus nuncupata, fructiferis circumuallata pomarijs, irriguis circumornata fontibus. Eius planities alter videtur quasi delitiarum Paradisus. Ipsa quidem nunc populosa Ciuitas fertilissima. templorum omnium ædificijs adornata, aureis vermiculatis picturis, & virorum illustrium amata nutrix. Sapientialis doctrinæ schola, & doctissimorum virorum veneratrix, & est in ea ad commune faciendum beneficium coniurata dilectio. Ex hac prodijt ille DIOCLES PANORMITA *cognomento* PHIMES *illustris, & summus Orator.* dicitur Diocles, quasi Iouis gloria, Διος Iouis, κλεος gloria. hactenus ille.

Enim vero si antiqua temporum spatia, nisi forte me mea fallat opinio, vel memoria repetamus, vel in ea conuertamus oculos, esse omnino nō potest, quin superioribus illis aureis sæculis plerosq; inueniamus, qui præclari oratoris nomen, ac fructum non sint consequuti. Quorum quidem oratorum nomina cum adhuc non perlegerim, vel ad hanc vsquè ætatem non peruenerint, facile patior sileri. Officina veritatis historia. Si quis vel panormitanæ vrbis, vel panormitani studiosi Ciuis studiosus existat, lubenter horum notitiam transmittat, vt in panormitanę maiestatis theatro eorum omnium nomina tamquam gloriosa Vrbis monumenta vel conspiciantur, vel vt simulacra dilaudentur. Ad eos ergo gradum faciamus, quorum memoria remota non adeo est, vt possit vel temporis diuturnitate restingui, vel intermissa recordatione deleri.

Iacobus Spiegel Sclestadiensis in lib. tertij de dictis, & factis Alphon. Regis Scholijs.

ANTONIVS Panormita & Theologus, & Poeta, & Orator triplici hac dignitate, gloriaquè donandus tantum in terrarum orbe nomē assecutus, vt per omniū ora eius nominis gloria volitarit. Is ad Fridericum Tertium Imperatorem, cū Neapolim accederet, ab Alphonso Rege, cui a Secretis fuit, missus Orator, vt orationem tamquam oratorum omnium Princeps, ac delectus vnus ex omnibus ad Imperatorem haberet. Id suapte sponte scribentem, ac confitentem ipsum vel legamus, vel audiamus, qui cum de singulari, regiaquè Regis Alphonsi munificentia verba faceret, sic habet ad rem. *Vnum vero illud liberalitatis, ac magnificentiæ exemplum vel præcipuè afferemus in medium dictu, admiratuq; dignissimum. Nam cum audiret Fredericū Tertium Imperatorem ad se visendi, & salutandi gratia Neapolim accedere multa secum millia hominum ducentem cōtinuo illi obuiam misit lectissimos oratores, Antistites, Principes Duces, Comites, Viros venerabiles, & illustres, qui illum qua maximè possent humanitate, ac largitione*

gitione

gitione susciperent. processerunt hi vsquè ad agrum Priuernatium, conduxeruntquè Imperatorem magna cum pompa, ac festiuitate Terracinam, ibiquè primo claues regni Neapolitani cum iurisdictione, plenoquè imperio detulerunt. Deinde prolixam orationem de aduentu, ac laudibus eius habuere. Ego orationem communi oratorum nomine dixi. Aderam quidem ego ex oratoribus vnus, quam postea qualemcumquè collegarum hortatu scriptam reliqui. Hæc Antonius. Et de Antonio quidem apud auctores plura reperies, quæ cum ad gloriam nominis Antonij, eiusdemquè Patriæ dignitatem maximè conferant omittenda non sunt. Sic itaque Fazelus, cum de viris illustribus sermonem haberet, de Antonio viro Illustrissimo, deque poetica, oratoriaquè arte benemerentiss. sic habuit. *Antonius quoque cognomento de Bononia equestri Beccatella familia Panormitanus fuit; qua ratione a prima ætate se panormitam cognominari voluit. Is adolescentulus Bononiam, vnde suum genus repetitur, studiorum gratia missus iuri primum ciuili operam dedit, atq; aliquot in eo studio annos versatus iure consultus tandem non mediocriter doctus euasit, operam deinde dedit Poeticæ, atquè oratoriæ, ad quas facultates veluti a natura rapiebatur, in quibus adeo clarus breui euasit, vt per ea tempora in omni italia Poeta & haberetur, & esset. Quem eo nomine Sigismundus Imperator in Italiam veniens vno omnium doctorum virorum, Principumquè consensu laurea corona donauit. Ob facundiam quoque, ac prudentiam omnes penè Italiæ Principes maximo ipsum honore prosequuti sunt; præsertim vero Philippo Mariæ Mediolanensium Principi adeo carus fuit, vt octingentis annuis aureis ab eo donaretur. Sed eo grauissimis postmodum bellis occupato, Alphonso Hispaniæ, Siciliæ, & Neapolis Regi, postremo & Alphonsi Filio Ferdinando adhæsit. Quibus longe iucundissimus, atq; charissimus fuit. lusit admodum adolescens in Hermaphrodito. Extant multæ eius orationes. extant & Epistolarum, atq; epigrammatum multa volumina, quæ quidem in magno vsu habentur. Extat & eius opus elegiaco versu in Antonium Raudensem, quod ab eo lacessitus, Rhodum inscripsit. Scripsit de dictis, & factis Alphonsi Regis, qui eo doctore perdiu vsus est, libros quattuor. Complexus est etiam res gestas Ferdinandi Regis. at cum ad Septuagesimum ferme ætatis annum peruenisset, epitaphium huiuscemodi sibi ipse composuit.*

Lib. 8. d. p.

Quærite Pierides alium, qui ploret amores,
Quærite, qui Regum fortia facta canat.
Me pater ille ingens hominum sator, atquè redemptor
Euocat, & sedes donat adire pias.

Id voluit Tusculo in marmore sepulchro incidi, quod viuens adhuc

humi sine vlla structura magnifica Neapoli in æde Diui Dominici sibi fieri curauit. vbi paulo post relicta honesta sobole fato functus, & tumulatus est. hactenus Fazelus.

Non defuere, qui etiam decedentem Antonium aut scriptione commendarint, aut versibus illustrarint; quamquam ipse ita præclaris editis operibus illustris, vt aliena laudatione esse non possit

Ianus Vit. illustrior. Iani Vitalis extat inscriptio.

Antonij Panormitæ tumulo.

Has tibi dat violas, immortalesquè amaranthos,
Ingeniorum altrix, & Martis alumna Panormos:
Non quia torpenti Musas excire veterno,
Aut Regum immensas potuisti assumere curas;
Verum quod Crassos inter, ditesquè Lucullos
Integer, Antoni, voluisti viuere Codrus.

L. 2. Rhet. Poeta Poetam laudat. Et figulus figulo ait Aristoteles. Ita profecto extitit Antonius tam arte poetica, quam oratoria facultate præclarus, vt illum, Iacobo Spiegel Selestadiensi, vel poesim Rex Alphonsus, vel artem Rhetoricam edocentem, Iouio testante, Philippus Mediolanensium Princeps audierit. Vtrumquè testimoniũ silentio prætereundum non est. vtrumquè graue. vtrumquè di-

Iacobus Spiegel. gnum. Sic itaque Iacobus Spiegel in Proemium lib. tertij de Alphonsi Regis dictis, ac factis habet, dum verba illa Antonij scribentis exscribit, & librat. *Neque .n. inter ardua, vt sunt plerumquè Regum negotia vnquam Sapientiæ studium intermittere, quotidiequè poetas, philosophos, theologos, aut legentes, aut disputantes; aut orantes audire*, &c. sic habet. *Hoc ipsum scribunt de eo Siluius Cap. vlt. Europæ, & Pontanus in de Principe, quem librum Alphonso nepoti dicauit. Auus tuus*, inquit, *Alphonsus (ne a domesticis recedam exemplis) Antonio Poetæ incredibili quadam voluptate operam dabat aliquid ex priscorum annalibus referenti. quin etiam veterum ab eo Scriptorum lectiones singulis diebus audiebat. ac licet multis, magnisq; interim grauaretur curis, nunquam tamen passus est horam libro dictam, a negotijs auferri. Pontanus autem Antonium Poetam nostrum Panormitam intelligit, cuius poemata casta, pectusque Christianum vndecumq; spirantia, aliquot ego Iuuenis Tergesti agens apud clarissimum Antistitem Petrum Bononum legi, quo tunc vtebatur Cæs. Maximil. Epistolarum Magistro, adeo tersa, puraquè, vt mirari possis eumdem huius operis fuisse scriptorem, sed memineris perquam paucis, vel potius necdum, nisi fallor, secundo, Pontanicam etiam apud Italos contigisse felicitatem. Sed malim ipsi Pontano credas, qui de Panormita, de mundi creatione ad illum ipsum scribens sic cecinit.*

Quo

Quo magis admiranda Dei clementia summa est,
Cui fumet quidquid terra Sabæa ferat:
Quidquid Arabs; date thura focis, costumq; cremate,
Et date cum multa thurea dona prece.
Pieriosquè adhibere modos, & carmina dignum est,
Antoni qua te gloria prima manet.
Hyblæo cui rore mandent, & labra, cui omnis
Castalius pleno gurgite fundit aquas.
Nisæiquè hærent insigni fronte corymbi,
Et coma pieria fronde reuincta viret.
Felicemquè animum pascis pietate, fideque
Nilquè tibi vera est relligione prius.
Quodque docet bona cuncta Deo iustumq; piumquè
Adscribis, nostræ sed mala nequitiæ.

Hæc Spiegel.

Sed totum Antonium exprimit adamussim Iouius, qui de viris *lib. prim.* doctrina, sapientiaquè præstantibus cum scriberet, inter hosce recensendum putauit, vt, qui inter Heroas ab terrarum orbe viuens habitus, inter eosdem etiam ab vniuersa mundi Academia vel decumbens haberetur. Singularis Antonij gloria non prætereunda, cum laudari a singulari, eruditoquè viro singularis gloria videatur.

Antonius Panormita Siculus Bononiæ equestri familia natus, qui a Pontano alumno elegantiarum Pater appellatur, elatè genus suum ab vltimis Britannis, Beccadellaque familia Bononiæ celebri repetebat, præclaro genti insignium argumento; quod ijsdem militari in scuto depictis alatis viperis vteretur. Sed maiorem profectò sibi ex laude optimorum studiorum nobilitatem comparasse videri potest. Moribus .n. ac literis præstantibus exornatus, cum Philippo Mediolanensium Principi fertilis ingenij industriam obtulisset, tanta liberalitate susceptus est, vt Principem noscendæ historiæ cupidum familiariter doceret, & publicè ottingentis annuis aureis elegantiores literas profiteretur. His est ille Philippus, qui summum clementiæ fructum generosis exoptatum Regibus gloriosissimè decerpsit, cum Alphonsum Regem nauali prælio captum non emiserit modo, sed auctum copijs, ac opibus in regnum restituerit. Verum eo grauissimis bellis occupato Panormita Alphonso adhæsit secretioris Scrinij magister, ac studiorum, expeditionumquè omnium terra, mariquè perpetuus comes. Scripsit epistolas cãdidiore stylo, sed maximè iucundo Victoris Regis triumphum, & de factis, dictisquè optimi eius Regis aureum libellum, quem Pius Pontifex exemplis paribus intertextis, nobiliorem reddidisse videtur. Sed cum Valla demum ad exercendum maledicentiæ dentem naturæ acerbitate paratissimo

simul-

simultatem concepit: eo quidem euentu, vt mutuis veluti confixi telis fædè admodum inimicis risum excitarent. Senex vxorem duxit Arcellam sibi magnopere dilectam, liberosquè suscepit, quorum honesta soboles Neapoli visitur. Postremo æger, vitæquè diffidens in supremo morbo hoc carmen composuit. *Quærite &c.*

Pontani

Siste hospes, fas est cantus audire Dearum:
Grata mora est: Musæ nam loca sacra tenent.
Antoni monumenta vides: hinc templa frequentant,
Ille fuit Sacri maxima cura chori.
Illum sæpe suis medium statuere choreis
Duxit compositos arte docente choros.
Sæpe lyram cessit Clio, cessere sorores,
Concinuit teneros voce, manuquè sonos.
Extinctum fleuitq; Aon, fleuitque Aganippe,
Sebetus miseros egit in amne modos.
Sirenes quoquè de scopulis miserabile carmen
Ingeminant, planctu litora pulsa sonant.
Pierides tristem ad tumulum fudere querelas,
Pierides passis post sua terga comis.
Hinc desiderium creuit, nec cura recessit
Vatis, at extincto Vate remansit amor.
Conueniunt nunc ad tumulum, celebrantquè choreas,
Et memorant lusus, magne Poeta, tuos.
En audis sonet vt lenis concentibus aura?
Et sonet appulsu concita terra pedum?
Hæc vati memores Musæ post fata rependunt.
Carminis hoc meritum est: num satis? hospes abi.

Elysij Calentij.

Qui molles elegos, & Regum gesta canebat,
Sacra Panormitæ contegit ossa lapis.

Plura in hoc Iouij elogio habes documenta, quæ perdiscas; cumquè hæc ad Antonij gloriam maximè conferant amplificandam, omittenda non duxi. Et primo quidem a Philippo Mediolanensium Principe in delicijs, ac amore semper est habitus. Studioso debitus honor, cum studiosi merces sit gloria. Opus fortuna quandoquè nō prouehit, virtutem semper prouehit gloria, fouent boni. Lib. Epist. Hinc illud Senecæ. *Nulla possessio, nulla vis auri, & argenti pluris, quam virtus æstimanda est.* *Nam*, vt loquar cum Tullio, *diuitiæ virtutes*

tutis pedissequæ sunt. Regina virtus, cui famulatur & aurum, famulatur & gloria. Iure ergo Princeps ille Philippus tanti Antonium fecit, cum Principum sit singulare præconium sapientia præstantes viros domi alere, sustinere, extollere; & Principibus, ac Dynastis, gloriosius sit huiuscemodi homines, qui eorum gloriam immortalitati scriptione commendant, quas Parasitos, ac helluones apud se retinere, qui ineptijs, qui sceleribus, qui prauis moribus cuncta fœdāt, cuncta deprauant. Doctus vir, cum fortunæ bona contemnat, cum esculenta, ac poculenta posthabeat, semper idem: contra Parasitus. *Feruet olla, viuit amicitia*, vetus scilicet adagium in eos effutitum, quos patina, non beneuolentia conciliat.

Demum secundo: Antonius .n. sic in virtutis, ac sapientiæ solio ea tempestate versatus, vt eum plerique laudauerint, multi suspexerint, plures inuiderint. Virtus inuidiæ scopus. at scopulus, ad quem inuidiæ fluctus alliditur, frangitur. Quæ virtus, vt cum Horatio loquar,

Intaminatis fulget honoribus.

oblatrantes nil moratur canes, cum isti latrare possint, mordere non possint.

Et peragit cursus surda Diana suos. Alc. in Emb.

Plerique sibi persuadent obloquendo se posse alterius nomini tenebras offundere; sed errant, & maximè, cum virtus non secus ac si Rosa, quæ protrita gratiores, suauioresquè odores sinu effundit suo. Obtrectando de sapiente non detrahis, nequè eum in inuidiam vocas, dignitatem auges. rectè Tullius. *Obtrectare vero, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat; obtrectantis autem angi bono alieno, quod id etiam alius habeat.* Plus ergo vel obtrectando, vel æmulando Antonio Panormitæ detulit Valla, quam quiuis Antonio carior; cum ille aures omnium obtrectatione vellicarit; ac torpentes impulerit, vt in vnum Antonium tandem aliquando oculos, animosquè conuerterent, eiusquè sapientiam ignotam hactenus vel colerent, vel admirarentur. Lib. Tus.

Hæc de Antonio & Oratore, & Poeta singulari habui, quæ scriberem. in hunc locum congessi, ne, dum verba de Theologis, ac Poetis facerem, sæpe ad Antonium reuerterer. cum Oratoribus Oratorem acclamato. Coronam lauream cum poetis imponito.

Nequè profecto ex hoc expungendus est albo V.I. D. Bartholus Sirillus, qui sicut poeta singularis, ita & orator eximius, Hetrusco carmine promiscua multa conscripsit. digna quidem, quæ suspiciantur,

ciantur, quæ celebrentur. Ex occasione fortasse nonnulla laudabimus. In D. Nymphæ in Patriam aduentu mira omnium gratulatione florente hic vnus ex pluribus a S.P.Q.P. orator electus, vt de D. Nympha iam reduce confluentibus vbiquè populis orationem haberet. Vidi. legi. digna tanto viro.

Omitto demum virum illum cognomento Grauina nobilissimum oratorem, cuius nominis fama cum terrarum orbem oppleffet, immortalem illi gloriam comparauit. Magi Ducis Consalui de Corduba scripsit historiam. Eius opera vel amicorum incuria, vel temporum iniuria, quæ conscripsit, hoc sæculum, hæc ætas, hic dies nõ videt. digna lacrimis iactura.

At at duo viri illi celeberrimi pæne è memoria effluxerant, quos orbis terrarum dicentes admiratus. alter P. Iulius Mazarinus Panormitanus è Societate Iesu, qui totam ferè Italiam ad diuinum diuini Verbi semen disseminandum, spargendumq; tanta cum omnium acclamatione, plausuquè peragrauit, vt, cum de Iulio Mazarino vel Panormi, vel Bononiæ, vel Romæ, vel demum in Italia vniuersa haberetur oratio, nullus profecto commendantem suis interturbare vocibus auderet. Ad eum audiendum Panormi homines literarum gloria insignes, Romæ plurimi Purpurati Patres, in Italia Proceres, ac Dynastæ confluerent. ipsa fama ipsi audientiam faciebat. In Siculorum Proregum, in Dynastarum, in Cardinalium semper habitus sua singulari virtute delitijs. Ceterum hic vir singularis prudentiæ, doctrinæ, eruditionis, vt iure a plerisque doctis viris Christianorum omnium Oratorum lumen appelletur. Non minus sanctè, quam sapienter plura volumina, quæ passim circumferuntur, conscripsit; digna plane, quæ in omnium Bibliothecis ea, qua par est, & diligentia, & veneratione asseruentur, cum ea maioris momenti, quam Homeri Odyssæa, quæquè ab ijs hanc artem profitentibus diligentissimè perlegantur. In ijs & ars, & religio, & eruditio non desideratur.

Alter S. T. D. Don Franciscus Bissus Prior Sanctissimæ Trinitatis Deliæ, de quo rectè illud Homeri de Nestore. Ex cuius lingua melle dulcior fluebat oratio. Is qua in Italia, qua in Sicilia cum conciones haberet, sic auditorum omnium animos & sermonis suauitate, & dictionis elegantia pellexit, vt ad eum audiẽdum tamquam ad summum sæculi nostri oratorem non mediocris hominum multitudo conuolaret. Italis carus, iucundus Panormitanis, gratus Messanensibus, qui licet suapte natura panormitanorum æmulationem affectantes (iurene, an iniuria mũdus sit arbiter)

Cic. de Senect.

pa-

panormitanos ferre non possint, huiusce tamen nominis fama terrarum orbem opplente succensi & Messanam conuocarunt, & toto quadragesimæ tempore summa cum totius Ciuitatis gratulatione concionanti interfuerunt. Quæ plane laus, cum ex Mamertino ciue petatur, quam magna, quamq; ingens sit, neminem latet. In colloquijs itaq; dulcis, facetus, amabilis. Nihil illi antiquius, quam omnes sibi peculiaribus deuincire beneficijs. In quem si forte animaduerteret, cum Vicarij Generalis munere Panormi fungeretur, pęnam cum suauitate sic temperabat, vt ille de supplicio sibi irrogãdo gratias quasi de accepto beneficio gratus haberet. Eos vel scelere, vel egestate perditos omnes ad eius pedem accidentes, eiusq; implorantes opem semper iuuit. reapse panormitanus ciuis, qui sic ad humanitatem suapte natura procliuis, vt fugientem excipiat, diffidentem confirmet, afflictum erigat, perditum recreet. Ab hoc plane non degener alter D. Franciscus la Riba S.T.D. qui profecto sic prouinciam hanc obit, vt nemini certè sit & sapientia, & comitate secundus. Ad eum nemo, vt par est, accedit, qui voti compos non recedat. Plura de hoc digna scriptitarem, quæ mihi constant satis, eorumq; sicut plerique, ita & ipse locuples testis, sed eius axiomatis memor: Neminem laudaueris in via, lubens prætereo. Francisci itaque memoria in omnium animis florescat in dies, eaq; nulla vmquam intermissa recordatione moriatur.

Quid de Poetis? Ianus Vitalis laurea donandus. pauca scripsit. conscripsit. omnia quidem egregia: eius elucubrationes typis impressas primum vidi apud Doctorem D. Petrum Intelisano virum eruditione florentem. grauis scribendi, pangendiquè ratio sale consperfa, arguta. Inter cetera nonnulla extant epigrammata, quæ meo quidem iudicio sunt, vt ita dicam, æternis digna characteribus. Exiguum quidem opus, sed in eo conficiendo non exiguus labor. lucernam olet. ingenium præfert. Ingenium exigit nec vulgare, nec exiguum. Autumat Doctor D. Leonardus Græcus, & Orlandini Canonicus Panormitanus ab eo carmen de Sanctissima, Augustissimaque Trinitate fuisse conscriptum. dignum plane, quod legatur. multa in eo præclara, illustria multa.

Ab hoc numero remouendus non est Antonius Panormita ab Alphonso Rege Vatis laurea donatus; de quo sane cum mentionem supra fecissem satis, ad eum regrediendum non existimo. lege, quæ scripsi. In eius locum suffectus alter est Antonius cognomento

Vinitianus, qui licet in celeberrima Montis Regalis vrbe vsuram lucis acceperit, cum tamen is Panormi semper vixerit, obieritquè Panormitanus omnino dicendus; maxime vero si diligenter attendatur Montem Regalem a Regibus extructum, qui sicut id temporis sub Panormi ditione versatus, ita nunc ex priuilegio, vt autumãt plerique, sub panormitanæ Vrbis clientela constitutus; vt iure ciuis Montis Regalis Panormitanę Vrbis ciuis priuilegio perfruatur.

Antonius ergo tum loco celebri, tum honestis parentibus est ortus. ad humaniores literas sic ab ineunte ætate appulit animum, vt breui inter ceteros omnes comparatæ sibi doctrinæ lumen eluxerit. In Philosophicis, Theologicisquè facultatibus ita versatus, vt excelluerit. Oratoria arte præclarus, poetica insignis. Plura latino sermone, non pauca siculo idiomate conscripsit. illa præclara; hæc illustria. Vidi omnia, omnia legi, digna omnia, quæ posteri, quæ recensiores venerentur, & colant. Summum summi vatis nomen est vbiquè consecutus. de quo cum fama longè, lateque percrebuisset ita Torquati Tassi præclarissimi Poetæ animum pellexit, vt ad eum inuisendum in Siciliam iter instituerit; Antonijque iam morte correpti nuncio commonitus Neapoli fixit pedem. Enimuero si hoc dumtaxat vno vate Panormus vna frueretur, haberet profecto præcipuum quoddam, ac singulare monumentum gloriæ, & argumentum suæ; cum ex vno dumtaxat Antonio singularis gloria oriatur. Is adhuc superstes elogium suo conscribendum tumulo exarauit. hocce est.

Exanimem tumulo sculptum, qui cernis Olorem,
Hanc tumbam vates Vinitianus habet.
At cum Vate iacet bona Musa, & docta Minerva,
Tres vixere simul, tres tegit vrna simul.

In priuatis, publicisquè colloquijs facetus, argutus, prudẽs. Principibus gratus. carus ijs, qui virtutum asseclæ, non vitiorum sectatores.

Panormi summo cum omnium dolore, mæstitiaquè diem obijt suum. ad Cælites, vt confidimus, abijt. Ex glorioso Panormi thalamo ad mæstissimum Montis Regalis tumulum in S. Viti templo situm deduxit Parentum parentans manus. Duplicem ego imaginem vidi ex Iosepho Albina al. Sozzo. Alteram apud D. Vincentiũ de Septimo ex Nobilissima septimorum familia summæ expectationis iuuenem; Herculem scilicet a muliere domitum, colo pro armis instructum, nentem. Alteram vero apud D. Alphonsum del Carretto Militem Hierosolymitanum sicut & armis, ita & literis conspi-

ſpicuum: Cupidinem videlicet, ac Venerem dulci ſopore delinitos. Vnaquæque Pictura, cum pulcherrima ſit, pulcherrimo itidem ſuo non caret elogio Antonij Vinitiani. Illa,

Monſtrorum domitor, terrarum victor, & Orci
Victus fœmineo ſubiacet imperio.
Quæq; olim victrix quæſiuit dextera claua,
Amiſit fragili victa ſiniſtra colo.
Tam cito cum tenui tenuis ſit gloria filo,
Tantaque cum fuſo fama cadente cadit.

Hæc vero.

Dormit Amor fractis iaculis, dormit Venus; at non
Quem ſemel icit Amor, quem capit ipſa Venus.

Non omittendus Hieronymus Aprea Panormitanus, de quo Iacobus Graſſus in ſua Collectanea, vir patricius, Poeta clariſſimus, qui quidem in pangendis variorum generum carminibus alter Horatius eſt habitus.

De temporum caligine tres libros, tres de veſte nuptiali, duos de cæleſti lumine, vnum de tempore, vnum de æternitate, vnum de Ancilla altiſſima, & demum de Virgine Deipara, exceptis alijs grauiſſimis poematibus, librum vnum ita ſcripſit, vt legentes omnes in ſummam induxerit admirationem.

Matthæus Donia quamuis inter philoſophos, ac præclariores medicos, inter tamen illuſtriores Poetas merito recenſendus. plura conſcripſit. hodierna luce aliquot epigrammata circumferuntur; quæ ſuo ſplendore non carent, circumfertur itidem de Cicada, ac formica dialogus; vt ſummum ingenium, ſummamquè artem in re nullius momenti, nulliuſquè ponderis oſtentaret. quandoquè .n. in huiuſcemodi pangendis rebus ingenium exercendum, vt, quæ non vberiorē ſuppeditant ſcribendi materiem, ſtylo vberiore, & argutiore pertractentur. De hoc extat Antonij Vinitiani tetraſtichon, quod prima fronte legendum offert libellulus.

Doria Formicæ dum vis conferre Cicadam,
Nec monſtras quod ſint condus, inerſquè pares.
Parua tibi exiguis non ſurgit gloria rebus,
Nec tenuis tenui fama labore venit.

Dignus plane vates, qui a Vate celebretur. alter alterum laudet. laudati non minuitur laus.

Taceo Carolum Figueroam, qui ſiculo carmine ita verſatus, vt excelluerit. Nihil hic de Hieronymo de Eredia, qui hetruſco verſu ferè primum id temporis ſortitus eſt locum. Sileo Potenzanos,

Octauium,qui nostro idiomate sic cecinit, vt omnes omnium ocu-los in se vnũ summa cum admiratione conuerterit. Franciscũ vero qui in pangendis versibus ita se habuit,vt Marci Antonij Columnæ Proregis Opt.dequè ingenuis viris, ac panormitana vrbe beneme-rentissimi voluntatem sibi, plausumq; captarit.

CAPVT IV.

De Medicis Panormitanis.





MEdici sint nobilitate præclari necne & communis sententia est,& Tiraquellus legis prudentiæ auctor egregius in suo de nobilitate opusculo sit probat,vt multiplici eruditione inter nobilissimos esse recen-sendos omnem omnibus adimat dubitandi locum, Ita .n. egregiè, præclarequè de hisce conscripsit, vt nihil ad rem vel aptius,vel nihil ad id, quod probatur,sit accommodatius.Con-sule. plura ibi. digna tanto viro,ac tantis digna Doctoribus.

Illud autem hic omitti iure non potest, cum ad horum nobilita-tem virtute, studijsquè comparatam maximè conferat explicandã, quod in regni nostri decretis,institutisquè desumitur; doctores vi-delicet,ac Medicos calcaria auro oblita,ceteraque nobilitatis insi-gnia posse deferre. Ecce tibi capitulorum Siculorum voces. *Item quod nemini ipsius regni incolæ liceat portare calcaria deaurata, & in equitatura sua frenum, & sellam, & strebas deauratas; nisi forsan sit mi-les decoratus cingulo militari sub pæna amissionis eorũ. Doctores vero cu-iuscumquè professionis Iurisperiti, & Medici prædicta, sicut milites, portare possunt.* Hactenus ille. Qui quidem honos ita singularis, vt a Carolo IV. Imperatore perpaucis fuerit summa ratione collatus. lege San-souinum libro 3. de mundi Chronologia, qui cum de Petro Gam-bacurta loqueretur hæc habet. *Egli era Capitano Generale delle Mas-nade, che in quel tempo cosi si chiamauano gl'huomini d'arme, ed a lui, ed a Gerardo suo fratello fu concesso da Carolo IV. Imperadore per priuilegio in feudo imperiale la Città di Scarlino, e che i descendenti loro fossero in perpetuo Caualieri a Spron d'oro, degnità in quei tempi concessa solamente ad huomini grandi, e di gran sangue.* Hæc loco laudato Sansonius.


Fred. in cap. reg. 87

Inter celeberrimos nostræ vrbis Medicos qui floruere, quique

ad me

ad me studio, & industria peruenere recensendi sunt ij: Hieronymus Aparus, Io: Baptista la Petra, Ioannes Siccus, Franciscus Crescentius, qui de peste conscripsit. Pompeus Ferrari, Benedictus, ac Sanctorus Vitales, hic opusculum de pharmaco sexta die sinum laxante confecit. Franciscus Bissus Regius Prothomedicus, qui etiam Oratoris laude non caruit; in obitu .n. Marchionis Piscaræ sic eleganter orationem habuit, vt oratoriam artem in Medico plerique suspicerent, eloquentiam nonnulli vel prædicarent, vel admirarentur. Io: Philippus Grassia itidem Prothomedicus, cuius memoria Neapoli, vt autumant plerique, sic viuit, vt nulla vnquam intermissa recordatione moriatur. Perinde.n. sonat apud Neapolitanos Philippus Grassia, atque Galenus. Scripsit is de ossibus, de tumoribus præter naturã. In artẽ medicinalẽ cõmẽtario. In cõstitutiones Prothomedicales cõmentũ. De cura Principis. Apologia, & Patropologia contra Medicum. de veternaria. & demum de peste, in cuius libro sic præclarè de peste conscripsit, vt summam sibi gloriã in terrarum orbe compararit. Ad Regem Hispaniarum extat epigramma prima libri fronte exaratum. graue, egregium, dignum ingenio Antonij Vinitiani. Hoc est.

Ad Regem
De Ioanne Philippo Garsia.



Castra tibi, & populos Regum ter maxime subdat
Qui tua bella ferox miles vbique gerit.
Est & qui dedat valido in certamine turmas
Vel minitando fugæ, vel superando neci.
Non acies ponto, nec terris arma Philippus
Vlla mouet, studijs quem bona Pallas alit.
Sed marte ille suo pugnat, fædamque Triquetra
Haud alias visa discutit arte luem.
Quod si eadem est virtus quærendi, & parta tuendi,
Quid? rogo: qui seruat, non tibi regna parat?

Ex hoc non eximẽdus est numero Vincentius Aurea, de quo fortasse suo loco, hic profecto si vitam diutius vixisset, eius memoriã immortalitati commendasset. Multa scripsit, quæ typis imprimere non potuit, cum morte correptus & elucubrationum suarum, & sui ipsius mirum omnibus desiderium reliquit. Hæc qua par est diligentia in Francisci filij bibliotheca seruantur ipsa die ex huiusce luce in lucem proditura. Eius cadauer in S. Georgij templo illatũ.

Du-

Duplex elogium præfert ſepultura. Soluta oratione alterum, alterum pedibus aſtrictum. En illud.

D. O. M.

Io: Vincentio ab Auria, & Fregoſio clariſſimis Genuenſibus familijs orto, Philoſopho, & Medico Doctori perilluſtri Parenti Opt. Fredericus, & Io: Franciſcus II. CC. Filij mæſtiſſimi

P P.

Vixit annos LXVIII. Dies XIII. Obijt VIII. Kal. Mart. CIↃ. IↃ. CXI.

En hoc.


Aurea florebant iamdudum ſæcula, clarus
Auria dum fauſto ſidere viuus erat.
Ferrea nunc, ſuperas quo iam reuocatur ad auras;
Namquè vbi Ariſtoteles alter, & Hippocrates?

Hic dumtaxat numerus exiguus quidem, at illuſtris, ſummo nobis labore conquiſitus. Omnem mouimus lapidem, vt omnes omnium ætatum lucem aſpicerent. Si quis eſt alius, proferatur. Eius nomen immortalitate perfruetur. dabitur .n. opera, vt laudato viri nomine, in horum ij numerum cooptentur. Quod de Medicis dictum, de omnibus viris illuſtribus dictum velim.

Sequitur nunc vt breuiter Iuriſprudentiæ peritos homines peritiores & proponamus, & exponamus, vt panormitanæ vrbis maieſtas auguſtior exiſtat, & ceteri Iuriſprudentiæ Doctores ceteros promant, vt maius inde Doctoribus oriatur gloriæ argumentum.

CAPVT V.

De Panormitanis Doctoribus.





VRBS Panormus Iuriſprudentiæ Doctorum dignitate non caret, Fæcunda Heroum parens, ex quibus totum corpus Maieſtatis panormitanæ compactum, atq; in Siciliæ Regia ſuis abſolutum partibus conſtitutum Sicilia vniuerſa admiraretur. Quare non abs re quidem ab omnibus vrbs noſtra Sicularum omnium Ciuitatum caput appellatur (quod vel ab enaſcente Sicilia ſub Capitis Hieroglyphico in mõte depicti natura propoſuit) vt capiti membra reſpon-

respondevent. Neque .n. Vrbis Panormitanæ Maiestas vel ex optimo cælo, vel ex agro vberi, vel ex irriguo fonte, vel ex multiplici flore vndequaque vernante, sed ex ingenuis, ac studiosis hominibus, sed ex Heroibus sed ex Regibus constituitur. Quæuis autem Vrbs, si ijs omnibus scateat, hosce desideret, Maiestatis sibi nomen vsurpare non potest. Cum ergo Panormitanæ Vrbis Maiestati satis natura prouiderit, vna Panormus his rebus omnibus potest iure gloriari.

Age iam eorum omnium nomina breui orationis anfractu proponamus, qui Iurisprudentiæ laurea conspicui huiusce capitis, ac corporis partem perfecerunt, vt eorum memoria immortalitati consecrata ex obliuionis pænè caligine in perennem veræ gloriæ lucem euocetur.

Angor animo, ac vehementer angor horum dumtaxat nomina a me dumtaxat vno potuisse reperiri, cum satis sciam plura vel temporis diuturnitate, vel annorum obliuione deperdita, atq; in voluminibus typis impressis non patriæ gloriæ, sed gentis dignitati auctores consuluisse. Sed hac de re dicam id aperte, quod sentio. Vel ij profecto Patriam non diligunt, vel patriæ dignitatis hostes existunt, vel, id satius, denatis auctoribus eorum elucubrationes luci proposuit, qui panormitanæ gloriæ inuidus fuit, ac prima librorum fronte Siculi, non Panormitani auctoris nomen inscripsit, ne panormitanæ vrbis gloria Doctorum aura perflante prouecta terrarum orbem enauigaret. Quænam.n. vrbs, quæ ciuitas, quod Oppidum, quod vel infimum, vel abiectum sit, quod non ciuium suorum beneuolentia complectendum? tanta Patriæ vis est, tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tamquam nidulum affixam sapientissimus vir ille Vlysses immortalitati anteposuerit. est in prouerbio. Fumus Patriæ ipso sole lucidior. Cum itaque Panormitani Doctores, vt patriæ dignitati consulerent, operam dederunt, vt & patriæ, & gentilitia nomina eorum libris inscriberentur, ne, quam Vrbs panormitana hactenus est passa iacturam, inposterum amplius paterentur.

Cic. de Orat.

Io: Aloysius de Septimo I. C. celeberrimus olim in supremo rerum Italicarum consilio Regens, inter cetera, vt cum Iurisprudentiæ Doctoribus loquar, scripsit *In materia prælationis inter primogenitum imperfectum, ac secundum genitum*. Consule, vide, an a Doctoribus celeberrima Doctoris nota iure afficiatur. Eius scribendi genus argutum, vehemens, graue. Aloysij doctrinam, integritatem, prudẽtiam suspexit Hispania, ac Sicilia demirata est. Omnia æqua lance

libra-

librabat. Vnicuiquè, quod suum, daret. In sententijs ferendis breuis, sed haud obscurus. Summa cum sui generis, ac Patriæ laude floruit, pari cum sui nominis dignitate decessit.

Carolus de Grassis Panormitanus, qui, vt Doctorum verbis vtar, de effectibus clericatus, & amicitiæ deque exceptionibus, adeo luculenter, egregiequè perscripsit, vt legentium animos in admirationem induxerit. Is in scribendo grauis, in docendo perspicuus, in distinguendo breuis. Superuacaneum, quod est, non apponit; quod necessarium, exarat. Eius dictio menti tenebras non offundit, lucem parit. Qui legit, collimat, vt merito ab exteris Doctoribus plurimi habeatur. A tanto fratre non degener Petrus de Grassis, qui quidem ita fratris institit vestigijs, vt certè non mediocrem sibi gloriam compararit. Iurisprudentiæ laurea insignis. Additiones fratris exceptionibus adiecit, vt quod fortasse in Caroli opere desiderabatur, ipsius opera perficeretur. Vtræquè dignæ sapientibus viris. Carolo, ac Petro communis gloria, cum sit vtrique communis & vterus, communis & sapientia, communis & in panormitana maiestate maiestas.

Modestus Gambacurta in Hispania Regens, cuius planè scriptitationes ita graues, ac doctæ, vt Excellẽtissimus iure doctor ab omnibus haberetur. multa scripsit, non pauca typis impressit, quæ eius doctrinam, ac ingenium singulare dilaudant. erit de hoc suus dicendi locus. hæc consulto præterimus, ne bis eadem repetamus. Esto Modesti præstantiæ memor. Florij nimirum, vt loquar cum Pisanis diplomatibus, magnifici, excellentissimi ac præstantissimi viri ciuis Panormitani, Patritijque Pisani Filius ciuis Panormitanus, Patritiusque Pisanus.

Dat. Pisis 1548.

Octauius Corsetto, de quo fusius, cum de viris fama sanctitatis illustribus, nunc breuiter. non *Consilium* modo *Feudalium*, sed *pro debitoribus priuati delinquentis contra Fiscum* sapienter, prudenterquè conscripsit. Vtrumque opus tanto viro dignum. Illud Petrus Filius Patri haud impar Christi Domini illibatæ Genitrici deuouit ex animo, vt hoc, fauente Deipara, boni fouerent, omnes fauerent, atquè in cuiusuis Bibliothecam, bonis auibus, inferret pedem. Ecce tibi elogium, quo Deiparæ Virginis clientela in Patrem, quo grati filij pietas in Deiparam de Patre merentissimam haud obscurè vel proponitur, vel exponitur.

Consiliorum Feudalium Octauij Corsetti Panormitani I.C. Regij Consil. olim Iud. M.R.C. columen vnicum.

Deiparæ Virgini Incomparabili, Immaculatæ, Sanctiss. Humani ge-

generis bono natæ opus hoc
Octauij Corsetti Petrus Filius.
Quod labentem eum susceperit, fulciuerit, in magnis periculorum fluctibus seruauerit, iuuerit, quodque vt defixam in diuina ope, non in humana salutis, & Patrocinij spem ostentaret in deuotionis, gratique animi monumentum consecrat, dicat.

Plures ego, qui hodierna die vel in Doctorum luce versantur, vel typographiæ luci scriptitationes obtulerunt suas, summaque cum dignitate diuagantur, possem hic adscribere, vt itidem plerosque alios ab hominum cognitione remotos in mei libri lucem euocare, sed cum ij vitam adhuc viuant, hi vero satis mihi non constet, an Panormitani sint nec ne, quos tamen panormitanos esse probat coniectura, vt eorum pudori, ac modestiæ obsequar, volens omitto; hosce, vt historiæ veritati consulam, lubens prætereo. Præripienda consilio Hypercriticis ansa, quos imminentes, ac inhiantes video, ne ex alienis diuitijs nostram ornare maiestatem videamur. linguas cohibere non possumus, ait Bernardus, ne obloquantur; possumus, ne iure loquantur. *Ad Eugi Pap.*

CAPVT VI.

De Philosophis, ac Theologis Panormitanis.

SEmper nobilis, semper insignis Vrbs Panormus, cum in ea semper quouis virtutum genere præstãtes floruerint viri. Et floruit quidem antiquitus, vt testatur Athenæus, eminentissimus ille Philosophus Panormi ortus Andreas nomine. *Lib. 14.* is ad ciuilem siculorum historiam scribendam animum aliquando cum appulisset non singularis modo philosophi, sed & etiam historici numeris omnibus absoluti sibi nomen comparauit. De ea liber, sicut & de ijs alter, quæ falso creduntur, extat. Optimum sane scribendi genus, cum hoc ita sit vnicuique necessarium, vt sine vlla difficultate, quæ perperam effutiuntur, fides habeatur.

Paulus Vicecomes, siue vt Trithemio, ac Posseuino placet, Biscontus Carmelitanæ familiæ Religiosus Philosophiæ, ac Theologiæ gloria insignis primum ad Mazariensis Episcopatus, deinde ad panormitanæ Ecclesiæ dignitatem euectus Nicolai, ac Pauli II. Pont. Max. confessiones excepit, ingenio peracutus, sapientia conspicuus, eloquentia singularis. trecenta volumina conscripsit,

Trithem. de laude Carmel. quorum nonnulla lucem aſpexerunt. De hoc non Trithemius modo, ſed & Antonius Poſſeuinus è Societate Ieſu meminere. Ille.

Paulus, inquit, *Biſcontus Nicolai Papæ V. quondam Confeſſor, vir in diuinis ſcripturis iugi ſtudio exercitatus, & eruditus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, fertur de varijs rebus multa ſcripſiſſe opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificauit. claruit anno* 1440.

Ant. Poſſeu. in apparatu Sacro. Hic vero ſic habet. *Paulus Biſcontus Siculus Carmelita Nicolai V. & Pauli II. Summorum Pontificum a Confeſſionibus, Epiſcopus Mazarienſis, ac deinceps Archiepiſcopus Panormitanus, ac Siciliæ primus trecenta volumina cænobio ſui ordinis Panormitano reliquit, e quibus plura edidit*. Hæc Poſſeuinus. Hic vna cum Nicolao Leofante Regni theſaurario ad Ioannem Regem pro Sicilia orator acceſſit Anno 1473. *In lib. prot. ann. 1471. f. 166.* Panormi ſummo cum religioſæ Carmelitanæ familiæ, ac Panormitanæ Diæceſis dolore deceſſit. Eius ſepulchro, quod in Cathedrali panormitana eſt, hic breuis character inſcriptus.

Hæc eſt requies Pauli ciuis noſtri, ac Præſulis de Viſconti.

Si Religioſæ Carmelitanæ familiæ ceteri omnes, vel quos recenſuimus, vel quos ea ſinu fouet ſuo, deſiderarentur, eaquè hoc dumtaxat vno frueretur, haberet profecto vnde non exiguum ſibi peteret laudationis argumentum. Vir ſingularis ſingularem plane laudem creat. pergamus ad reliquos.

Magiſter Vincentius de Leone ex Carmelitana familia vir omni omnium virtutum, ac ſcientiarum genere inſignis. Tanti ſapientis viri ab Hiſpaniarum, ac Sic. conſcio Rege delectus, vt Tridentino Concilio vna cum totius orbis terrę doctiſſimis viris SS. Pont. Pauli IV. tempeſtate peracto Theologus intereſſet. In Sardiniæ Regno Boſæ Ciuitatis Epiſcopus. Panormitani Carmelitani Cænobij Vicarius generalis. Deſiderij Vxentini Epiſcopi præceptor, quē non literis modo, ſed, quod caput eſt, ſanctiſſimis moribus, legibus, ac inſtitutis informauit. Summo cum totius Carmelitanæ religioſæ familiæ dolore, luctuque obijt. CIↃ CLVI.

M. Deſiderius Mazapica San Martin Carmelita Regis Catholici Philippi II. ſicut concionator egregius, ita ſingularis Philoſophus ac Theologus ad Tridentinum Concilium, Rege annuente, ablegatus. Vicarij generalis in Hiſpania perfunctus eſt munere. Vniuerſæ Carmelitanæ familiæ prudens curam geſſit. In quibus quidem omnibus obeundis muneribus ita huiuſce prudentiæ, ſapientiæ, ac ſanctitatis lumen eluxit, vt idem ille Rex ſapientiſſ. tantæ famæ ſapientiæ, ac ſanctitatis accenſus Deſiderium Vxentinæ Eccleſiæ Epiſcopum ſumma cum voluntate delegerit. Summum ſui ip-

ſius

sius Romæ desiderium Desiderius CIϽ CLXXXXIII. reliquit.

P.F. Alibertus Caccamus singulari Philosophiæ, ac Theologiæ gloria insignis. Illustriss. Castri Comitissæ, ex qua confessiones excipiebat, periucundus. Liparēsis electus Episcopus, vt viri sapientiam probaret electio.

P.F. Decius Aloysius Philosophus, ac Theologus eminentissimus, qui tam in Sanctum Thomam Aquinatem Religiosæ dominicanæ familiæ, Christianæquè Reip. singulare decus, & columen, quam in Caetanum scripsit, adeoquè accuratè, vt tempestatem omnem in disputationum fluctibus vno vnius Caetani verbo sedaret. Eius assiduis disputationibus ferè omnes sapiētia insignes intererant viri, ex quibus & religiosi viri modestia, humanitate, ac sapiētia doctiores, sanctioresque domum reuertebantur. Quandoquè maior a prudentibus viris ex disputationis, quam ex concionis fonte vnda pietatis hauritur. Hominis animum concionem detegit, (ea scilicet persona hominis est) totum contra hominem prodit disputatio.

Petrus Ranzanus e Dominicana familia, de quo sic Fazelus; *Floruit sub idem tempus* (quo scilicet tempore floruit Antonius Panormita) *Petrus Ranzanus ordinis Prædicatorum. Is Theologiæ professor clarus, oratoriæ facultati, ac poeticæ ita insudauit, vt in oratorem, & poetam celebrem euaserit, cuius eloquentiæ fama impulsus Ferdinandus Neapolitanus Rex Ioanni filio, qui postea Cardinalis effectus est, præceptorem eum adhibuit, ac subinde ad Lucerinum Episcopatum euexit. Fuit etiam Sanctæ Catholicæ fidei in Sicilia acerrimus defensor, & inquisitor. Scripsit annales omnium temporum, quod opus morte præuentus non compleuit, quod his eius verbis in lib. 40. constat. Gerborum, inquit, Insulam pons quidam lapide structus, turribus altis munitus continenter coniungebat. Fuisse vero structum eum pontem a Siculis constat, quo tempore eorum illi inclyti Reges a Normandorum sanguine ducti Tunisienses Reges varijs cladibus afficiebant, Africæquè partem possidebant.* Et paulo post. *In Aragonia,* inquit, *& in Sicilia, atquè in ceteris regnis, quorum sum mentionem facturus. Hæc ille. Et cum in decem alijs, quos postea tantum scripsit, libris, neque Hispanorum, neque Siculorum Regum, nec earum prouinciarum meminerit, opus eum non perfecisse constantissimum est. scripsit etiam de ædificatione Panormi opusculum, quod extat.* Hæc Fazelus. Dec. 8. l. p.

P. F. Petrus Anginus ex eadem familia vir religiosus duplici quidem, ac merito, & Theologiæ gloria, & Iurisprudentiæ laurea donandus. Hic iure ab omnibus I.C. excellentissimus est habitus, cui Siculorum Principum petitu a Summo Pontifice facultas data,

vt pro ijs in vincula coniectis ius diceret,supplices libellos sibi scriptos offerret, perorarent; itaquè planè Præsidibus omnibus, ac Iudicibus carus, vt in summo honore, pretioque haberetur. Cum forte quid ab Aringo conscriptum Iudici offerebatur ea nota, *Hæc scribebat Aringus*, confecta res erat. omnibus silentium indicebatur. vt iure in hunc illud Iob cadat *Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo*. Eius funus funebre, lugubre;cum Pauperes ope;detenti in ergastulis auxilio, Principes consilio, ciues ciuis auctoritate, atq; integritate destituti tantam tanti viri latam vno temporis puncto iacturam eluxerint. Modum alij in rebus obeundis, celeritatem nonnulli, solertiam non pauci, prudentiam plerique, charitatem, ac doctrinam omnes vnanimi consensione prædicabant.

P. F. Vincentius Bonincontro honestis parentibus Panormi ortus,hic Religiosæ Dominicanæ familiæ nomen dedit. In Philosophiæ,ac Theologiæ studijs ita profecit,vt Pauli V. Pontificis Max. Theologus extiterit,a quo,vt virtutem, ac sapientiã Vincentij probaret,ad Agrigentini Episcopatus euectus est apicem.

P. F. Vincentius Magis e dominicana familia sicut Concionator egregius,& Concionatorum, qui ea tempestate florebant, facile princeps, ita & primæ notæ Theologus. Cum omnibus totius Siciliæ Proceribus amicitiam sua singulari doctrina, ac virtute contraxit.Ad eum docentem non exigua doctiorũ hominum multitudo cõfluebat,eiusquè sentẽtiæ ac si de cælo delapsæ habebantur, cũ ex eius sapientiæ fonte pellucida doctrinarum vnda manaret. Vbi excessit e viuis, summus omnium animos dolor inuasit, illudque generatim de Vincentio repente percrebuit *nil iuuat esse magis, nil prodest esse minus*.

P. Nebridius a S.Nicolao de Tolentino non solum sanctitate conspicuus, sed philosophię, ac Theologiæ nota insignis. Illa Nebridium ad Religiosæ monasticæ disciplinæ munera, eaque grauia Romæ obeunda semper euexit; hæc vt ceteros, qui ad eum conuolarent, edoceret. Vtrinquè conspicuus, vtrinquè carus, vtrinquè amabilis. Sanctitas, ac Doctrina duplices Religioso viro sunt alæ, hisce euehitur. hisce prouehitur.

P.Vincentius a S.Ioseph ita Rhetoricis, ita poeticis, ita philosophicis, ita moralibus, ita disciplinis Theologis operam nauauit, vt excelluerit. Philosophiæ professor egregius. Eius doctrina a communi philosophorum consuetudine non abhorrebat. Peripateci peripateticus sectator, In Aristotile interpretando Aristoteli

Ari-

Aristoteles accedebat. Inter docendum nunquam certè pietatis oblitus. graui morbo corripitur, diuexatur acerrimè. tandem Dilectus Deo, & hominibus sicut singularis doctrinæ præcepta, ita & præcipuæ patientiæ documenta reliquit. Parum nobis, sibi satis vixit, & gloriæ. Vnius mors omnes omnium animos incredibili dolore confecit. Duobus hisce literarum gloria conspicuis panormitanis viris S. Nicolai a Tolentino Religiosa familia gloriatur.

P. Carolus Regius non Philosophus, ac Theologus modo, sed & etiam Concionator egregius. Eius conciones doctrina præclaræ, sanctitate insignes. SS. Patrum sectator, non blandientium verborum auceps. D. Pauli axiomatis semper haud immemor. *Christum prædicamus, & hunc cruci fixum*. Pietatem in omnium animis nauus insereret, non delectationem auribus catus afferret. Verba melle oblita ex christiani Oratoris fonte profecta auditoribus damnum creant, in lucro non ponunt. Si quis ad eum audiendum accederet, singulari in Deum Opt. pietate affectus excederet. librũ scripsit. quem ego totum legi. opus egregium, singulare. hoc illi nomen inscriptum, *Orator Christianus*. legant, qui hanc artem profitentur. Præceptorem optimum sequi non verecundentur. Ex strenuo duce miles strenuus, ex optimo Præceptore optimus auditor euadit.

P. Io: Baptista Carminata sicut a Theologorum numero non est remouendus, ita & in Concionatorum catalogum cooptandus. Concionatoris gloria insignis. Hunc in vitia declamantem Roma suspexit, dicentem Purpuratorum Patrum demirata Respublica, Concionantem venerata Sicilia. Eius dictio vehemens, efficax, grauis. Hoc munere vel in summa senectute perfunctus, qui quidem cum effætus annis seipsum regere vix posset, bacillo innixus suggestum ascenderet, vt concionando diem obiret. Ad eum audiendum singulis quibusquè festis diebus non exigua hominum, matronarumq; multitudo confluebat. Ceterum vir præcipuæ integritatis, ac prudentiæ nota præclarus. Nouem volumina doctrinæ, ac sanctimoniæ luce lustrata, quæ iam, vt dictitant, lucem aspiciunt, scripsit in omnia quadragesimę Euangelia ad concionatoris munus obeundum opportuna.

P. Ioseph Ragusa singularis Philosophiæ, ac Theologię professor. ętatem pænè omnem qua philosophiam, ac Theologiam docendo, qua in omnia totius Theologiæ argumenta scribendo consumpsit. laboris, vigiliæ, ac inediæ patiens. librorum assecla. Otij amator. Docentem Panormus vidit, vidit & Gallia. Suspexit

vtraque. Inter ceteros, quos scripsit, duplex typis excussus est liber. *Vterque in tertiã D.Thomæ partẽ.De Verbi Incarnatione.* pedetentim ceteri. Eius viuendi ratio a Societatis moribus non abhorrens. prudens, sancta. Vir eximiæ charitatis, ac prudentiæ. Non exigua reliquit obeundo documenta virtutis.

P. Petrus Gambacurta Theologus eminentissimus, & Casuum Conscientiæ professor eximius. vnico verbo omnes omnium dubitationum scrupulos euellebat ex animo. Mirus ad eum semper hominum, Equitumquè concursus. Qui conscientiæ stimulis adacti intestinum bellum patiebantur, repente è vestigio ad Petrum accederent. Petro dicente pedetentim bella conquiescebant. Singularis in conscientijs sedandis & Dux, & Auctor. Eius verba generatim oraculi loco habebantur. Nihil in eo non proficuum, nihil non graue, nihil non opportunum. Octo libri, quos scripsit, inscribuntur *Commentaria de immunitate Ecclesiarum in Constitutionem Gregorij XIIII. Pont. Max.* In manus sumito. euoluito. legito. digna tanto viro Commentaria.

P. Petrus Regius & Theologus, & Orator eximius. Hic in Germania sic Theologiam professus, vt eius doctrinæ lumen Germanię oculos perstrinxerit. Hunc illa summum est venerata Theologũ, demirata Oratorem. Fratres omnes doctrina, sapientiaque superauit. Eius memoria vel adhuc in Germania, in Italia, in Sicilia viuens euagatur. Nihil illi mors offecit. modum vitæ posuit, initium gloriæ. In tantæ sapientiæ fastigio sedit humilitas. Ergo sapientiæ luce conspicuus, humilitatis nota præclarus. Vtramq; singulari sibi studio consequutus. hanc illa fouit. hæc illam illustrauit. In sapienti viro euangelicæ humilitatis sectatore doctrina suspicitur. In sapientissimo homine elationem animi affectante despicitur.

P. Ludouicus Mansonius, qui summa Theologiæ laude non caret, scriptor egregius, elegans, rarus. Res ab S. Francisco Xauerio Indicæ regionis Apostolo, ac Euangelicæ sanctitatis Archetypo præclarè gestas sic multiplici eruditione conscripsit, vt, qui librum a Ludouico exaratum semel legit, continere sese non possit, qui ad eum perlegendum secundo, tertioue non accedat. Scriptionis genus graue, dilucidum, dictionis suauitate conspersum. Et appositè quidem hoc scribendi genere est vsus. Sanctorum .n. vita quo ad sublime scribendi genus accedit, eo lubentius lectores inuitat, qui lectionis dulcedine vel capti, vel delibuti sancti viri vestigijs imitando diligenter insistunt. Scribentis industria mellitos legenti laqueos parat; digna planè, quæ commendetur,

quam-

quamquè posteri scriptores in sanctorũ vitis cõscribendis imitētur.

P. Vincentius Regius Philosophię, ac Theologię professor ita pręcipuus, vt plerique in plerisquè Italiæ vrbibus, dũ hasce disciplinas edoceret, hunc tamquam celeberrimum philosophiæ, ac Theologię præceptorem acclamarint. Casuum Conscientiæ professor eximius. ad eum audiendum innumerabilis Panormi numerus accessit. In docendo grauis, in argumentando modestus, in respondendo humilis. Quo hic tempore Casus Conscientiæ profitebatur, operam ego Rhetorices facultati, artique nauabam, atq; a viro graui, & docto hæc id temporis accepi: Pergamus, inquit, ad S. Ambrosium audiendum. Ad eius ne doctrinam, an vero ad sanctitatem alluserit, haud satis scio. Vtramquè si innuisset, probe quidem innuisset, cum vir hic fuerit & doctrinæ, & sanctitatis insignis. tria volumina conscripsit eo nomine *Dilucidationes euangeliorum*. Duo olim ego vidi. legi. omnia SS. Patrum referta doctrinis. Sicut sapientiam, ita & sanctitatem olent.

Ab hoc demum numero non eximendus est P. Georgius Mercatus & Theologi gloria, & concionatoris euangelici laurea insignis. *Chron. Soc. Iesu.* Dum is concionem haberet, sic auditorum animos ad virtutem comparandam inflammabat, vt ad eam ij consequendam omnes industriæ languescentis neruos contenderent. In ea Ciuitate, in qua forte perorabat, repente è vestigio Concionatoris lux prauarum consuetudinum caliginem, noctemquè disiecit. sanctitatis dies affulsit. virtutum omnium iubar emicuit. Procerum animos, Præsulum voluntates, populorum plausus vbiquè summa cum sui ipsius, ac Societatis dignitate captauit.

Hosce panormitanos viros Societas Iesu e thesauro promit suo. Panormus horum nomina exteris offerat. exteri efferant. Nostrates admirentur. imitentur.

Religiosa Franciscana familia, quamuis possit haud exiguis glorię suę monumentis iure gloriari, ac singularem huiusce panormitani Cænobij dignitatem extollere; cum plane in hoc olim, vt omittamus ceteros, & Cardinalis Constantius Sernanus, & Sixtus IV. Pont. Max. literarum gloria insignes, Philosophiæ, ac Theologiæ præceptoribus præfuerint, rexerint; tamen hosce dumtaxat & Concionatorum, & Theologorum dignitate florentes, quos vna Panormus sinu protulit suo, quos aluit, quosquè aliquando vel concionãtes, vel docentes inspexit, proponendos operæpretium duxit.

P. M. Alexander Bonannus primæ notæ concionator, ac Theologus. hic adeo Senatui P. Q. P. in amore, ac delicijs fuit, vt non æris

signo,

ſigno, ſed dicentis fama conuocati ad Franciſcanum templum cateruatim conuolarent. Ex eius ore non melle oblita, non fuco, non aſſentatione, ſed doctrina, ſed ſanctitate manabat oratio. Non verborum, hominum auceps. Itaque Alexandri conciones ſic Panormitano Senatui arriſerunt, vt eas typis omnino mandari conſona voluntate curauerit. Et quidem aſpexerunt lucem ea nota PORTVS PANORMI.

P.M. Franciſcus Polintius adeo philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudio ſtudium, operamquè nauauit, vt breui tēporis interuallo & philoſophicas, & Theologicas diſciplinas publice, priuatimq; non mediocri cum laude docuerit. Scoti ſectator egregius. librum de Iuſtificatione conſcripſit, in quo plane haud ſcias quid prius admirere ſcientiam ne, an vero ſcribentis acumen. Summæ doctrinæ, ſummæque virtutis ſpecimen dedit. ex religioſæ Franciſcanæ familiæ ſinu in Cephaludenſem Epiſcopatum magna cum ſui nominis, ordiniſque dignitate translatus.

P.M. Iacobus de Fullonibus Philoſophiæ, ac Theologiæ profeſſor eximius. Eius exortu lætata Panormus, cum non vulgarem ſibi gloriam ſapientiæ fama pepererit, ac moderatoris luce luſtrarit. Fuit .n. Siculus Prouincialis. Extinctum Peruſia defleuit, quem argumentatem aliquando lætitijs excepit, ac plauſibus. Eius ſepulchro, quod in S. Franciſci æde maxima Peruſiæ eſt, adiecta Epigraphe, (ſ. tanti viri ſingulare monumentum) quæ huiuſce docti hominis dignitatem non ſilet. Non exſcripſimus, quia nobis prolata non hactenus. Ex eadem religioſa familia vir & integer, & grauis, & doctus autumat legiſſe ſeſe. ad rem eſt. habui tanti viri dictis fidem.

P.M. Leonardus de Vigintimillijs ſicut ſingulari nobilitate, ita Theologiæ laude præclarus. Huic dumtaxat vni totius ordinis *S*eraphici Sanctimonialium omnium demandata prouincia. Bonam S. Franciſci templi partem hic extruxit, auxit, locupletauit. Clementi VII. *P*ont. Max. periucundus, a quo S. Franciſci Catanenſe Cænobium Reginæ Eleonoræ S. Ludouici Epiſcopi Toloſani ſororis cadauere opulentum, inſigne; obtinuit, vt religioſi S. Franciſci homines, dirempta iam lite, fruerentur. tanti viri virtus neminem latet, ſatis impreſſa vbique veſtigia proloquuntur.

P.M. Lucianus Riccardus ſic Theologiam profeſſus, vt ſummum ſummi ſibi Theologi nomen compararit. In diſputando acutus, in defendendo alacer, in reſpondendo religioſus. Eius diſputationes ſchola virtutum. Nequè profecto hac dumtaxat vna Theologiæ

gloria

gloria insignis, concionatoris laurea præclarus. Vtriusquè dignitatis testis locuples & Concionum liber,& in sententias typis volumen excussum. Legant vtrumq;. In vtroque & concionatoris dignitas,& Theologi maiestas inspicitur. Suspicitur.

Franciscana Familia illustres hosce panormitanos homines, qui literarum gloria florentes & Religiosæ familiæ dignitatem extulerunt,& æternum sibi nomen in toto terrarum orbe compararunt, in Illustrium virorum numerum adscribit. legito. plaudito.

CAPVT VII.

De Militibus Panormitanis.

NON boni nominis auctor Panormitano Ciui turpem effæminati, ac mollis notam non verecundatur inurere. Sed contra ius, ac fas. Et quamquam hanc opinionem ex praua animi affectione profectã multis supra sine vlla difficultate reiecimus, ex ijs tamen, quæ nunc proponimus, ipsa luce clarior nostra confutatio constabit. Res præclarè gestæ terra, marique a Panormitano Ciue loquuntur.

F.D. Antonius de Bononia Panormi ortus miles Hierosolymitanus, Melita graui bello laborante, atq; in dies cum Turcharum exercitu signa conferente,vna cum F. D. Hieronymo de Grauina Catanensi Patritio Melitæ suppetias tulit. In quo quidem bello sic Antonij virtus eluxit, vt & Turcharum manus Panormitani Ciuis experta virtutem,ac funditus profligatam, prostratam,perditamque se viderit. Id effusus hostium sanguis eloquitur. terra cadaueribus oppleta non silet, direpta castra, disiecta turcharum signa testantur; ipsumquè mare, quod explicatis velis turcicam classem ad Melitæ maritimam oram appellentem vidit, fractam secundo marte, ac terga vertentem vnius pænè virtute conspexit,conduplicantium fluctuum fragore quasi voce confitetur. *Iacobus Boss. l. 28. f. 586.*

D. Antonius Spinola Panormitanus Patritius cum in Flandriam se se volens, lubensquè contulisset, vt Hispan. ac Siciliæ Regis gloriam rebus præclarè gestis amplificaret, ita præclarè se habuit, vt masculam eius animi virtutem in quouis prælio semper exhibuerit. Periculorum immemor,gloriæ auidus, mortis contemptor, cum eum generis claritas, & patriæ amplitudo, & Regis studium sic incenderet, vt non modo non parum sibi gloriæ, sed & etiam singu-

larem patriæ, Regiq; dignitatem vel in aggrediendis, vel in arcendis hostibus procrearit. Ioannis Thomæ Spinæ characteres de Antonij Spinolæ virtute nullum relinquunt dubitandi locum. Ii sic.

Ioan Thomas Espina del Consejo Colateral en este Reyno.

Certifico, y ago fe como el año de 1589. *que io estaua en Flandes siruiendo con vna compagñia de Infantaria conoci en a quellos estados a D. Antonio Espinola Cauallero Palermitano, que seruia co nosotros caualleros dela dicha Ciudad de Palermo en la Compagnia del Maestro di Campo D. Gaston Spinola su primo Hermano, y con occasion de que el enemigo pasaua a socorrere ala Villa di Briberga, se salio de su presidio con otros Caualleros, y vinieron a seruir en mi compagnia, que staua en campaña para estorbar el dicho socorro, y en vn reencuentro, que se tubo con los enemigos peleando, el dicho D. Antonio como muy honrado, y valiente cauallero le trataren con otros quatro Caualleros ciciliaanos, que todos seruian en mi compagnia en aquella ocasion. y por ser esta verdad apedimiento de Don Diego de Olibera Sobrino del Dicho D. Antonio Spinola edado la presente firmada de mi mano, y sellada con el sello de mis armas dada en Napoles a primiero de Maio de* 1619. Plura innuit hæc Epistola, quam requirimus. Fæta viris virtute præstantibus. Hosce non secus ac si Troianus Equus hæc Vrbs parit. Perenne quidem erit vrbis panormitanæ monumentum. legito, perpendito, iudicato.

Guilelmus Albamonte, ac Franciscus Salamonius viri Panormitani Patritij cum contra Gallos pro Hispan. ac Sic. Rege pugnarēt, ad subeundam singularis certaminis aleam eliguntur. Duobus hisce vndeni itali adiecti sunt viri; vt cum totidem Gallis ferocientibus in aperto campo prælium inirent. Vtrinque inuitati Equites ad victoriam aspirant. Regis gloria animos acuit, Patriæ decus martiales spiritus accendit, æternum familiæ ornamentum ad mortem contemnendam vel suadet, vel impellit. tandem concurritur. egregiè decertatur vtrinque. Mars dubius. Spectatores qua metu, qua lætitia affecti. Sanguis ex vulneribus fluit. hastæ minutatim discerptæ prosiliunt. Galli cum diutius Italorum Equitum impetum sustinere non possent, arma deponunt. Captiui superstites catenati præeunt. triumphantes Itali Barlettam adeunt. Et quamuis Italorum omnium in hoc prælio non desideratus est ardor, Panormitanorum tamen Equitum, militumque singularis virtus sic eluxit, vt hisce dumtaxat tantam, ac tam gloriosam victoriam plerique adscribendam putarint. Audi Guicciardinum de hoc ipso prælio late disserentem, qui sic Italo sermone conscripsit.

Frāc. Guicciard. lib. 5 Hist. Ital. f. 153. mihi

Es-

Essendo l'vna delle parti fermatasi da vna banda dello steccato opposta al luogo, doue s'era fermata l'altra parte; come fu dato il segno, corsero ferocemente a scontrarsi con le lancie; & paulo post. *accadde, che Guilelmo Albamonte vno de gl'Italiani fu gittato da cauallo da vn Francese, il quale, mentre che ferocemente gli corre col cauallo addosso per ammazzarlo; Francesco Salamone correndo al pericolo del compagno ammazzò con grandissimo colpo il Francese, che intento ad opprimere l'Albamonte da lui non si guardaua; e dipoi insieme con l'Albamonte s'era folleuato, e col Miale, ch'era in terra ferito, presi in mano spedi; che a questo effetto portati haueuano, ammazzarono più cauai de'nemici. Donde i Francesi cominciati arrestare inferiori*(quasi vero ante hoc facimus æquo marte pugnaretur)*furono chi da vno, chi da vn altro de gl'Italiani fatti tutti prigioni, i quali raccolti con grandissima letitia de' suoi, e rincontrando poi Consaluo, che gli aspettaua a mezzo il camino, riceuuti con incredibile festa, ed honore, ringratiandoli ciascuno come restitutori della gloria Italiana, entrarono come trionfanti conducendosi i priggioni inanzi in Barletta ribombando l'aria di suono di trombe, e di tamburi, di tuoni d'artegliarie, e di plauso, e grida militare, degni che ogni Italiano procuri quanto è in se, che i nomi loro trapassino alla posterità mediante lo strumento delle lettere. Furono dunque Hettore Fieramosca Capuano; Giouanni Capaccio, Giouanni Bracalone, & Hettore Giouanale Romani; Marco Carellario da Napoli, Mariano da Sarni, Romanello da Forlì, Ludouico Aminale da Terni*, FRANCESCO SALAMONE, E GVILELMO ALBAMONTE Siciliani. (Panormitanos intellige, hic enim auctor regionem apposuit, non patriam sibi fortasse certo nec perspectam, ac exploratam satis; cum certum omnino sit hosce Panormi procreatos. Albimontis familia Panormitana est, atq; in Panormi luce versatur, Salamonis vero ad incitas redacta, de quibus suo loco) *Miale da Troia, e'l Riccio, e Tansulla Parmigiani nudriti tutti nell'armi o sotto i Re d'Aragona, o sotto i Colonnesi, ed incredibile quanto animo togliesse questo abbattimento all'essercito Francese, e quanto n'accrescesse all'essercito Spagnuolo facendo ciascuno presagio da questa isperienza di pochi del fine vniuersale di tutta la guerra*. Hactenus Franciscus Guicciardinus.

D. Octauius de Aragona Terræ nouæ Ducis filius, cuius certè res præclarè gestæ terra, marique ita singulares, vt in bellis omnibus animum mascula virtute præstantem exhibuerit, & Christiani nominis hostibus solo nomine metum incusserit, profligarit, perdiderit. Vel ipsum mare, quod pugnas aspexit, quod victorias suspexit, Octauij nomen sonat, ac turcicæ arces, quæ Octa-

uij nomen sonat, ac turcicæ arces, quæ Octauium vel equitum, vel peditum manus dirigentem, depræliantemquè viderunt, victorem Octauium dilaudant. Quot Turchæ, hoc Duce, enecti? quot captiui? quot profligati duces? Quot triremes captæ, quot incensæ naues, quot pyratæ trucidati? Id orbem terræ non latet. Hispania confitetur. Panormus vidit, Orientis, ac Africæ plaga testatur. Dux singularis, prudens, magnanimus, quem Turcharum regio expauit, ac Pyrata exhorruit. Eius edita, Ossunæ Duce Prorege, facinora typis impressa lucem aspexerunt, quæ panormitanæ vrbis gloriam, ac historici lucem attulerunt. Omnium princeps hæc F. Marcus de Valdalaxara, & Xauier impressit. In V.I. D. Io: Baptistæ Oddi viri doctrina, & virtute præstantis (cuius doctrinam Hispan. Rex persæpe probauit, cum vel etiam nunc, dum hæc scribo, Quartum iam Prætorianæ Curiæ iudicem iussit, cuius virtutem Eminentissimus, ac Reuerendissimus D.D. Ioannettinus Doria quinquennio in Assessoris sui munere obeundo perspexit) bibliotheca asseruatur tamquam singulare Octauij de Aragonia Ducis inuictissimi gloriæ monumentum. de quo hæc ille. Teniendo notiçia el Duque de Ossuna Don Piedro Giron Virrey de Siçilia, que Mameth Baxa, cunado del gran Turco Ameth, y General del mar, auia salido de Constantinopla con vna poderosa armada: mandò a paregar la esquadra de las ocho galeras, y nombrando por Capitan dellas a Dõ Octauio de Aragon valoroso Cauallero. partio para Leuante, nauegando con juyzio, y teniendo auiso en el viaje de que la armada Turquesca auia passado los Dardanelos, con brauo coraçon passo adelante, y en el camino tomo vn vaxel, que venia de Modon cargado de ropa, y con los esclauos que hizo lo remitio a Palermo: auisando de que cerca de xamo, y Naquena nauegauan diez galeras, se resoluio de enuestirlas el dia de la degollacion de San Iuan Baptista: y le suçedio a pedir de boca. Afrontandose las dos esquadras, y disparando su artelleria, llegaron a abordarse: però señalaronse tambien los Españoles, que en espaçio de vna hora rindieron la Capitana, y seys Galeras de fanal. Et paulo post. Quod certè ad Octauij de Aragona ducis amplissimi gloriam maximè confert amplificandam. Lo que tuuo de grande en esta vitoria, fue auerse a cometido, y vencido a vista de la armata Turquesca: y traydo en saluo las galeras enemigas, saliendo en socorro destas treynta, y tres del Turco, bien tripuladas, y reforçadas. Et infra.

Boluiendo otra vez Don Octauio con la esquadra a correr las costas de España tomò vna Galeota, tres barcos grandes, y quatro

L.x. Quintæ partis de Hist. Pont. Gen. & Cathol. f. 266. 67. 68. mihi.

fragatas

fragatas de Moros, y peleò con ocho nauios de guerra, armados „
por los Moriscos expelidos de España, casi nueue horas, que los
vencio, y dio libertad a muchos Christianos, que lleuauan cõ sigo. »
hactenus ille. Virtus itaque Octauij de Aragona ex nobilissima Aragoniæ familia omnium ore, omniumque scriptione laudetur, cũ res ab eo praeclarè gestæ dignæ quidem videantur, quæ gentiũ linguis, ac literarum monumentis commendentur. In immortalitatis templo statuã Octauio locet fama, vt huiusce memoria nulla vnquam obliuione obruatur. In base sit hæc Epigraphe.

Octauius de Aragona Terræ nouæ Ducis filius & generis nobilitate conspicuus, & rei militaris virtute præclarus, totius Siculę classis Præfectus, nemini secundus, septem triremibus Classis octomanicæ in freto, quod Samum interiacet, & Ioniam, nobilissimis, alijsquè nauigijs nauali prælio captis, in ipso maris sinu æterna comparatæ gloriæ signa defixit; mortis immemor belli, memor domi ex maris sæuientis, bombardarumq; strepitu in PP. Cappucinorum otium se recepit, vt subdolas Dæmonum manus sub tantis Ducibus in fugam conijcere catus edisceret, qui christiani nominis hostes secundo semper marte subegerat.

D. Gastonius Spinola nobilissimis ortus in panormitana vrbe parentibus martiali virtute prænobilis, quem Flandria pugnantẽ exhorruit, quem Equitum Ducem hostium manus expauit, ad quem vel aciem dirigentem, vel signa conferentem inimicus exercitus suplex accessit. legionum Italarum primum Ductor, tum vniuersæ militiæ Præfectus. Eius res præclarè gestas Flandriæ regio eloquitur, effusus sanguis non silet, cadauera ferro intersecta confitentur, Historicorum monumenta testantur.

D. Carolus del Voglio, D. Caroli del Voglio Senatoris egregij, optimi, pij Auus belli gloria conspicuus, qui cum vel ab ineunte ætate pro Hispaniarum, ac Siciliæ Regis amplificanda gloria sanguinem, vitamquè profundere gloriosum putaret, Militiæ nullo stipendio affectus nomen dedit. Masculam semper animi virtutem in periculis adeundis prætulit. In aggrediendis hostibus omniũ princeps. in congrediendo strenuus. In Neapolitano Regno ducentorum Equitum præfectus ab Ferdinando Spinello delectus, vt, quẽ strenuum, industriumq; natura produxerat, strenuis militibus Ducis optimi prudentia præficeret. *Ex lit. Ferdin. Spin. dat. 1560.*

Ioannes Vigintimilliorum Comes hoc loco omittendus non est, cuius præclara facinora vnaquæque orbis terrarum plaga suspexit, quem turcharum manus exhorruit, cuius gladium e vagina eductum

ho-

hostis expauit. Dignus, plane, qui ab oratorum linguis, ab scriptorum monumentis, ab Historicorum annalibus illustretur. In eius tumulo, quem Castrum Bonum seruat, inscriptum elogium, quod res omnes ab Ioanne præclarè gestas vbiq; complectitur. hocce est.

Habes in Georgio Gualt. f. 98 tit. Castrũ bonum.

Hic situs est Ioannes Vintimilliorum Comes Hieracensiũ primus Marchio nonum agens annum vitricum, eiusq; præsidium ex bonorũ suorũ possessione, in quam tutoria auctoritate dolo malo inuaserat paucorum comitatu deiecit, propulitque. In Sicilia nondum XIII. ætatis annum prætergressus cum Martinus Rex munitissimarũ Ciuitatum, Optimatumq; pluriũ defectione premeretur, princeps ipse tuendæ Regiæ Maiestatis eorum furori restitit, progressusque refrenauit. XXIIII. ann. agens cum in Sardiniam cum Martino Rege Martini Fil. traiecisset imperio in exercitu regio sibi delato & viuo, & mortuo Regi suo operam dedit, rebellesq; omnia euertere, ac diripere cupientes deleuit, regnumquè pacauit. Alphonsum V. in Neapolitano bello sequutus Sfortiam Cotonialam ad flumẽ Claniũ disiectis eius copijs fugauit post maritimam cladem a Rege acceptam semel, atquè iterũ Iacobum Caudolam Reginã Isabellã eius equitatu funditus deleto, & Patriarchã Aquileiensem ab obsidione Capuæ arcuit, pluribusque Ciuitatibus captis Capua defensa solus in maximis angustijs regnum Regi, Maiestatemq; conseruauit. Renatum Andegauensem ab oppugnatione Neapolitanæ Vrbis, ad quam paratissimis copijs contendebat, auertit, terruitque. In prælio ad Troiam commisso Alphonso dextrum cornu in acie occupante, ipso Locumtenente, communicataque secum regia gloria nõ minimam victoriæ partem eius virtus sibi vendicauit. Vexillifer S. Ecclesiæ non semel diuersis temporibus creatus Franciscum Sfortiam, & Iacobum Piccininum, aliosq; duces fortissimos, virtute, & scientia rei militaris superauit, sæpiusq; fusis, ac profligatis eorum copijs, viribus fractis, afflictas fortunas, opesque Pontificum Rom. subleuauit, Agrum Picenum, ciuitatesq; plures ijs restituit, libertatemq; Ecclesiæ Rom. ac dignitatem tutatus est. Iterum in Sicilia Syracusanæ Ciuitatis motus fortiter, consideratè, sapienterq; sedauit, paucorumquè factionis principum supplicio nobilissimæ Ciuitatis, totiusquè fere regni perniciem auertit. In Oriente instructissimo Turcarum Imperatoris exercitu Carolum Principem Acarnaniæ Generum suũ auito, ac patrio principatu spoliare contendentis paucis cohortibus, pluribus prælijs, dissipato, ac deleto eius Imperatoris conatus repressit, Carolum prope perditum in pristinum statum dignitatis confirmauit, erexitque. In Africa eius opera virtute, consilio Alphonsus vsus ad Gerbinorum pontẽ Rege Maurorum Bopberio turpissimè pulso innumerabiles pæne eius copias profligauit, aditumquè ad illius regnum patefecit. Regnum Siciliense, in quo etiam Magni Admiratus munus amplissimum gessit, regnumquè Neapolitanum pro regia di-

gni-

gnitate rexit, gubernauitquè. lx. cum hoste conflixit, totidemq; victorias reportauit. Quæ omnia salua, atq; integra suorum Regum maiestate eorumq; Socijs, atq; amicis integris scientia, virtute, auctoritate feliciter administrauit, gessitquè suis opibus, patrimonioquè pluribus oppidis suis diuēditis regios exercitus in bellorum angustijs sustentauit. Vix. an. XCI.

Ex pluribus hosce paucos ipse decerpsi; cum me profectò, si vellem omnes percensere numerando, deficerent dies. ceteros ex occasione cognosces.

De Præsulibus, ac Pontificibus Panormitanis.

CAPVT VIII.

EOrum hic ego nomina, nequè planè omnia, percensere dumtaxat meum ipse decreui, vt panormitanæ Vrbis dignitas elucescat, & Ciuiū dignoscatur amplitudo. Sic iure quis dixerit, quod sicut olim Imperatorum, ac Regum, ita nunc illustrium virorum Panormus est procreatrix. Primum ergo Episcopos, deinde Archiepiscopos, tum Purpuratos Patres, Sanctæ demum R.E. Pontifices mea breuiter proponet oratio. Alphabeticus ordo dux erit.

D. Annibal de Afflicto Regij Episcopus, vir singularis in omnes charitatis, humilitatis, abstinentiæ, orationis, nemini iniucundus, ad perfectiorem viuendi normam non tam verbo, quam exemplo sibi creditas oues adhortatur. Vel adhuc viuens sanctitatem spirat.

F. Alibertus Cacamus è religiosa dominica familia Liparensis Episcopus vitæ Sanctitate, sapientia, morumquè facilitate conspicuus.

D. Bernardinus de Bononia 1505. Melitensis Episcopus. 1512. Messanæ Archiepiscopus tum virtute, cum literarū gloria insignis.

M. Desiderius Mazapica Vxentinus Episcopus Carmelita præcipua quadam sapientiæ nota decoratus.

D. Hieronymus de Bononia primum Theutonicorum Mansionis Abbas, tum 1559. Syracusanus Episcopus a nobilissima Beccadellorum, ex qua duxit originem, familia non degener. nobilitate præclarus. Sanctitate præclarior.

D. Hieronymus de Termini Episcopus Mazariensis doctrina, vitæquè integritate singularis. Panormitanus electus Archiepiscopus excessit e vita.

D. Ioseph Saladinus Episcopus Syracusanus. de quo suo loco.

D. Ioan-

D.Ioannes Omodei ex nobilissima Amodæorum familia,quę hodierna luce pæne est ad incitas redacta. literis conspicuus,virtute singularis. Mazariensis Episcopus.

M.Paulus de Visconti ex religiosa Carmelitana familia vir eruditissimus, idemq; doctissimus. vt Carmelitani ordinis decus, ita panormitanæ vrbis splendor fuit. Primum Mazariensis Episcopus. deinde Panormitanus Archiepiscopus.

D.Marcus la Caua Mazariensis Episcopus, qui pauperes beneuolentia quadam sic complexabatur,vt eleemosynas in hosce plena congereret manu.eius in pauperes auxilio destitutos 1624. peste in Sicilia bacchante pietas quasi lumen eluxit.

D.Matthæus Gibertus Veronensis Episcopus, quem suis carminibus Bembus illustrat. Bembum consule.

F.Vincentius de Bonincontro Pauli V. Pontificis Max. Theologus, ex cuius dignitatis gradu ad Episcopatus Agrigentini apicem euectus. Huiusce honoris fastigium,doctrina duce, suspexit.

Magister Vincentius de Leone Carmelitanæ Religiosæ familiæ vir omni litterarum gloria insignis. In Sardinia Bosæ Ciuitatis Episcopus.

D.Andreas Mastrillus Pan. Archiepiscopus Messanensis morum facilitate, ac vitæ probitate inter Archiepiscopos non postremus enumerandus.

Iacobus Grassus in sua Collec. Henricus Archiepiscopus Achirontinus vir optimus sicuti philosophiæ, ac Theologiæ laurea insignis, ita insigni sanctitate conspicuus.

Nicolaus de Tudisco Panormitanus Abbas, idemq; Archiepiscopus. Suum hunc Catanenses dicunt, Panormitani vero suum esse cōfirmant. Rationum momenta libremus.Et quidem Catanensium ratio ea scribēdi ratione innititur primo quod in proem. rubr. extra de iudic.idem ipse Nicolaus sic habet. *Quapropter ego Nicolaus de Tudisco Catanensis Siculus inter DD. minimus*. Secundo. In cap. nouiter de iudicijs num.13. *Aetna*, ait, *quæ distat a Ciuitate mea fere* 14. *milliaria*. demum tertio in eiusdem tumuli inscriptione perlegitur. *Panormi Antistes, & Catanensis eras*.

Verum nisi forte me mea fallat opinio, hæc argumenta non conuincunt. Et illud quidem tam in Proe.rubr. quam in Cap. nouiter hoc elicit suo sibi iure responsum. ad eam.n. consuetudinem respexit Abbas, quam ad hanc vsque diem retinet, seruatq; Cassinensis Religiosa familia,quæ ijs ab vrbium nuncupatione,in quibus monasticæ vitæ inchoamenta locant,nomen imponit.Quare cum Catanę

reli-

Religiosum vitæ genus fuisset Abbas amplexatus, ibique prima Sanctitatis fundamenta iecisset, de beneficio accepto non ingratus ortum Catanæ, non Panormi adscribit suum, cum ea cæli regio vera vnicuiq; patria dicenda sit, in qua (vt infra de D. Agatha latius) vel quis Deo nascitur, vel Dei opt. cognitionē assequitur. *In Sicilia,* inquit idem ipse Nicolaus, *duæ sunt Ecclesiæ Cathedrales regulares, vna est Archiepiscopalis vt Panormi Ecclesia Montis Regalis; alia est Episcopalis, vt Ecclesia Catanensis, vbi habitum a pueritia sumpsi S. Benedicti, & Episcopus est loco Abbatis.* Quod autem id in eius tumulo legatur inscriptum. *Panormi Antistes, & Catanensis eras.* Nihil planè creat difficultatis, cum scriptor ille monasticæ disciplinæ olim susceptæ rationem, non vero diem natalis inspexerit. cap. c ausam de iud. nu 8

Cæterum ea plane res hac probatione perspecta sic est, vt nemo certe ire possit inficias. In consilio num. 52. 72. 74. 75. & 77. parte 2. sic idem ipse subscribit. *Nicolaus Abbas Siculus Panor.* Nequè dicas velim hoc ab Nicolao confectum, quia id temporis Panormitani Episcopatus culmen ascendit, itaquè ex adepta dignitate Panormitanum nomen vsurpat: Ne, inquam, id dicas, Eum enim Martinus V. Pont. Max. Maniacēsis Cænobij intra fines Messanēsis Diœceseos existentis Abbatem cum creasset 10. Ian. 1435. iam tum Panormitani sibi nomen Abbatis imposuit, vt hac ratione demonstraret se Panormi vsuram lucis accepisse. Anno vero 1434. ab Alphonso Rege Panormitanus fuit electus Archiepiscopus. Quare sic ipse subscriberet. *Vidit electus Panormitanus.* In prot lib. an. 1441. f. 340.

Octauius de Labro Panormitanus. Hic primum Theobaldi Archiepiscopi Pan. Vicarius 1338. tum ab Regio Capitulo Agrigentinus Episcopus eligitur, demum Clementis Pont. auctoritate, rem Panormitano Senatu perurgente, ad Metropolicum Panormitanæ vrbis Archiepiscopatum euehitur. Ex tab. vrbis eo ann. f. 178.

Illud autem hic obiter aduertas velim, quod tanta huic Regio Capitulo olim inerat auctoritas, vt non Episcopos modo, sed Archiepiscopos nominare ex voluntate valeret. Qui callet historias, huiusce rei probationem non desiderat.

Petrus de Sancta fide Panormitanus nobilissimis parentibus ortus Panormitanam Archiepiscopi dignitatem consequutus. Hic pro populo Panormitano Regnique Proceribus ad Martinum IV. Pont. Max. orator accessit, vt Panormitanis, ac Siculis, qui ab Gallorum impudentia irritati meritò in Gallos exarserant, atq; ad vnum omnes ea inaudita internecione deleuerant, lubenter ignosceret. Qui literas ad Pontificem ab Panormitana Vrbe exaratas attente

perlegerit, cũ miris ſint iniurijs refertæ Gallorum,lacrimas tenere vix poteſt. Eas integras in prima Panormitanæ Eccleſiæ notitia laudat Abbas D. Rocchus Pyrrhi. Si lubet, conſule.

f.181.182. 153.

Petrus de Tagliauia, & Aragona Ciuis Panorm. Ioannis Terræ nouæ Marchionis,Caſtriquè Veterani Comitis Magni Admirati,ac Regni tunc temporis Præſidis frater natu maior non in Archiepiſcoporum modo Pan. catalogum, ſed in purpuratorum etiam Patrum numerum a Iulio III. 1553. XI. Kal. Ian. tit. S. Calixti cooptatus. Plura eius animi magnitudine digna geſſit, pro Præſulibus plura decreuit. Tridentino Concilio interfuit. Vega Prorege abeunte,Regni clauum tenuit.De Petro hæc Ciacconius. *Fuit Ciuis, & Archiepiſcopus Panorm. ex celſa Aragonia ſtirpè, & nobiliſſimo Heroum ſanguine genitus, vir præſtantis ingenij ad omnia quamuis ardua expedienda, fide ſincerus,labore conſtans, iuſtitia incorruptus, moribus modeſtiſſimus. obijt Panormi Aug.*1558.

Ex reg. tab. an. 1445. f. 1007.

Ex eodem Conc. Tom. vlt. Conc. general. In vita Iulij Tertij PP.

Simon de Bononia Panormitanus Archiepiſcopus nõ omni modo virtutũ genere,ſed etiam iuris Pontificij laude præclarus.Quænam, quantaquè is ediderit, non eſt cur bis eadem repetantur. In Bononia familia totũ adamuſſim deſcriptum Simonem iam habes. Hoc dumtaxat vnum te monitum volo Simonem ſic in ſiculorum Dynaſtarum,Regumquè ſemper habitum fuiſſe delitijs, vt ſæpe ad Siciliæ Reges ſiculorum nomine Orator acceſſerit, Regum vero non raro in adminiſtranda Sicilia vices impleuerit.

Vbertinus de Marinis Panormitanus Archiepiſcopus, & generis nobilitate, & virtutis, ſcientiæquè gloria conſpicuus. Hic vna primum cum Philippo de Ferrara Pactenſi Epiſcopo ad Aragoniæ, ac Siciliæ Regem Ferdinandum legatione perfunctus, vt quempiam e liberis Siciliæ Regem conſtitueret. ſecundum vero ab ipſo Rege ad Conſtanſienſe Concilium cum Sclafanis Comite ablegatur. Vir prudentiæ laude ſingularis.

Surd. lib. 3. c. 36. tom. 3

Eos omiſi,qui licet Epiſcopi,vel Archiepiſcopi delecti, antequã tamen tantæ dignitatis apicem aſcenderent,obierunt. Qui ſequuntur cæteri partim Epiſcopi,& Archiepiſcopi, partim Pontifices ter opt.terquè max.in Sanctorum numerum relati nõ ab Eccleſia modo Panormitana,ſed ab vniuerſo terrarũ orbe ea,qua par eſt Duliæ veneratione percoluntur. Ij ſunt,& quidem Panormitani Ciues.

S.Coſmas Epiſcopus Pan. S.Sergius Pontifex, Panormitani.
S.Mamilianus M.Archiep.Pan. S.Agatho Papa,

Qui profecto,ſi forte fortuna deſiderarentur ceteri, non vnam dumtaxat Panormi vrbem,ſed mundum vniuerſum poſſent Pontifi-

ciæ

ciæ dignitatis, ac Sanctitatis luce collustrare. Panormus recensitis omnibus iure fruatur, hisce merito glorietur.

Deueniendum nunc breuiter est ad Iosephum Saladinum S. Philippi Abbatem, ac Syracusanum Episcopum. Dignus planè, qui & auita generis nobilitate, & vitæ sanctimonia immortalitati scriptione commendetur. Vtrinquè conspicuus. Is enim Regentis Francisci Saladini filius, cuius maiores ante trecentesimum annum in Panormitana vrbe domicilium, sedemque posuerunt; cum in Frederici Tertij diplomate anni 1303. de Roberto Saladino Viccarensi Canonico mentio habeatur.

Porrò hæc familia, vt constans fama est, ex Herruria suam ducit originem, vbi & nobilitatis, & sanctitatis suum protulit iubar. Fæcunda sanctorum prosapia. Nihil hoc plane ad familiam illustrandam vel magnificentius, vel gloriosius. Non modo enim F. Leander Alberti in Italiæ descriptione, sed etiam Volaterranus de Vgone Saladino sic præclarè conscribit. VGO *Præsul Sanctissimus. Hic ex Agnani vicini castri nobili* SALADINORVM *familia, cum Volaterranus simul, & Paduanus esset Canonicus ob vitæ modestiam, ad iuris Pontificij scientiam promotus, varios labores, ac ærumnas ab infestis ciuibus ob Ecclesiæ libertatem, & res conseruandas est passus, quæ omnia patientia superando ad senectutem sine quærela peruenit. decessit ann. M. CCCCLXXXIII. inhumatus diebus decem, a populoque adoratus ob visa ex eo prodigia, deinde conditus in eius vrbis Basilica fuit.* Hæc de Vgone Volaterranus.

F. Leand. Al. f. 54. in descrip. Ital. lib. 5. Geog. f. 52. mihi.

Multa mihi de hac familia & illustria, & præclara dici, scribiquè hoc loco possent; cum certum omnino sit huiusce familiæ Proceres præclarioribus semper in Panormitana Vrbe muneribus fuisse perfunctos. Sed hæc recensere superuacaneum est. Scatent publicæ tabulæ. Vnum, aut alterum hic breuiter attingendum, quod ad nostri Iosephi gloriam, ex cuius occasione de eius familiæ dignitate pauca libauimus, maximè faciat amplificandam.

Squarcialupus in Panormi perniciem coniurauerat. Panormū mirus inuaserat timor. Ciues coniuratorum manus, qui ad exitium ruerent voluntarium, pertimescebant. Pauci vrbis primores Patriæ, ac Regis amantissimi, pro Rege, pro Patria, pro liberis, pro aris, pro focis molitum iamdiu facinus aggrediuntur. *Igitur*, sic Fazelus, *sub lucem diei octaui Septembris Squarcialupus, Alfonsus Rosa, Christophorus Benedictus coniurati, atque ex plebe sexcenti prope viri ad ædem Annunciatæ, atquè ad eam partem, vbi concio sacra haberi solet, accedunt. Guilelmus item Vintimilius, Franciscus, & Nicolaus Bononij, Pompilius*

lib. 10. post. Decad. f. 607. mihi.


Imperatorius, ALFONSVS SALADINVS, *Imbonettus, Afflictus, & cæteri eiusdem factionis adsunt*. Et post paulo. *Vix Sacerdos rem diuinam inchoarat, cum Guilelmus dato signo socios ad facinus aggrediendum hortatur*. Tum repente omnium primus Nicolaus Bononius &c.& demum sic. *Pompilius*, SALADINVS, *Bononij, Afflictus, & ceteri, qui coniuratores interfecerant, muneribus decorantur. Hoc pacto motus siculorum, quos vidimus, post annos tres, & menses sex sunt sedati*. munus innuit in suo diplomate Carolus V. Imperator de accepto munere non immemor. Sic ergo Imperator. *Cum vos Præfatus* ALFONSVS SALADINO *vna cum paucis alijs nobilibus viris Zelo Dei, nostrique seruitij, & patriæ libertatis ausi estis promtissimè mori, ac illos penitus perdere, atque profligare decreuissetis &c*. & post. *In horum autem seruitiorum recompensas, nec non laborum respectum, quos cum in accessu vestro ad Curiam nostram tunc in Hispania residentem, quam etiam ad hos Flandriæ Status, ac Germaniæ Imperium in seruitio, & Comitatu nostro pertulistis. Tenore igitur præsentium de nostra certa scientia, Regiaque auctoritate nostra deliberate, & consulto vobis alfonso de Saladino antedicto ducatus auri centum quinquaginta &c*. Atque hoc præclarum facinus ad patriæ, Siciliæque libertatem comparandā facit; accipe & aliud Ludouici Saladini ad vrbis Panormitanæ decus amplificandum. Hic enim, vt Panormitanam animi pietatem ostentaret, atque Puellulis egestate depressis, sed Panormitanis dumtaxat ex certo, nobilique patre iam natis cænobium pararet, Gubernatoribus Montis Pietatis millenos supra centum viginti aureos sibi quotannis ab Senatu Panormitano soluendos legauit, vt, empto domicilio, hisce cænobium excitarent, in quo sese Deo opt. max. toto pectore deuouerent. Hæc tam præcipua in huiusce animo vestigia pietatis impressit Ioseph Saladinus Panormitanus Patritius, ac Syracusanus Antistes, cuius vitæ sanctimonia, teste locuplete Syracusana vrbe nobilissima sic eluxit, vt omnes omnium siculorum oculi in vnum Ioseph sese conuerterint, omnesque Iosephi sanctitatem luculenta prædicatione celebrarint. de quo hæc. Is claritate conspicuus, animi submissione præclarus, vaticinandi munere singularis, pœnitentiæ sectator, Pauperum parens, vt iure inscriptum in huiusce simulacri coronide legatur hoc elogium. D. IOSEPH SALADINVS Panormitanus Abbas S. Philippi, Episcopus Syracusanus sanctitate, & miraculis clarus. Obijt Syracusis 22. Nouembris 1611. ætatis LV.

Dat. Pan. 7. Mart. 10. Ind. 1522. fol. 363.

GA-

CAPVT IX.

De Hominibus fama Sanctitatis Illustribus.



NON ego hic vitas Hominum fama sanctitatis illustrium describendas suscepi, sed eorum dumtaxat nomina percensere numerando. Si enim res ab hisce præclarè gestas meæ orationis adumbrare penicillo cogitarem, nullus operi terminus, nullus modus. Vnum ergo, aut alterũ ab his editũ facinus breuiter attingam.

Octauius Corsettus sicut & Philosophus, ita & Iurisprudentiæ Doctor eximius, litium hostis acerrimus, Iustitiæ cultor egregius. Quintum supra quadragesimum cum agitasset annum M. R. C. togam cum togæ luctu suapte sponte deposuit. Sic enim altè de diuinis rebus, sic demissè de mundi sentiebat honoribus, vt quæ ad mũdum spectarent, intestino quodam odio inflammatus refugeret, dedignaretur. Austerum sectatus vitæ genus. Identidem humi cubare. Saxo pro puluinari, tabulis pro lecto vti. Flagris creberrimè ad sanguinis vsquè effusionem cedere sese. Ferro contextum tegmen corpori aptatum suo summa cum animi gestientis voluptate gestare. Corpori indiuiduus comes. Hoc supra quam cuiquam credibile est male affectus Kal. Ian. suscepto Dominici corporis Sacramento proxima nocte mortuus repentino est. Quod plane mortis genus ante horas aliquot sibi prædixerat. Et vaticinio quidem respondit euentus. Sibi.n.è Sanctę Citæ æde maxima domum redeũti forte fortuna R.P.M. Vincẽtius Magi ex Dominicana familia vir spectatæ virtutis occurrit; verbisque vltro, citroque de more prius habitis hæc Octauius ad Patrem. *Paratum cor meum, mi Pater dulcissime, paratum cor meum. vocantem præstolor Deum in cæli requiem me quam citissime vocaturum.* In S. Citæ templo sepulturæ mandatus. tumulo hæc inscriptio. rem pœne omnẽ breuibus ponit ob oculos.

D. O. M.

Octauius Corsettus Illustris ille iuris, & iustitiæ consultus cum supremi æquè Patroni, atquè Iudicis fastidiens dignitatem ad sancti se tranquillitatem otij retulisset repentina morte vt animus rectè constitutus nullam sentiret ex diuulsione molestiam ad cæli sublatus est requietem. Kal. Ian. 1587. *Vixit annos X L I X.*

Tanti

Tanti Patris imaginem a tanto Patre non degener Filius D.Don Petrus Corsettus supremi Consilij in Hispania Regens, ac Regij Patrimonij in Sicilia Præses in Musæo asseruat suo,ex cuius intuitu nonnihil sibi & voluptatis capit, & boni. Ille nudato capite, manibusquè compositis Christum Dominum cruci affixum gemebundus intuetur, ex cuius ore melle dulcior illa promanat oratio sibi identidem vsurpata,dum viueret,Sãctum Augustinum consectatus.

Da quod iubes, & iube quod vis.

Angelica Cauaretto sic vitam vixit,vt,preterquam quod assiduæ orationi vacaret, ac Christi Domini flagris affecti in dies,horasque memoriam secum ipsa repeteret, non mediocre sibi nomen sanctitatis obeundo compararit.

Eleonora Ruuolo Abbatissa,dum lecto ægra decumberet,& magnum inuictæ patientiæ,humilitatisq; specimen præbuit,& S. Nympham, quam viuens vnicè dilexerat, & S. Franciscum geminis circumseptum senibus vidit, coluit, conuenit, In cælum triduo mira quadam alacritate perfusa migrauit.

Iulia Sala orationi dedita Christi Domini in crucem acti effigiem die,nocteque sedula contemplabatur,& vitam ad perfectiorem viuendi normam vsquequaquè dirigeret. Inter mira,quæ vidit,Christum Iesum indutum purpura,spinis coronatum, flagris cæsum in triclinio inspexit.

Lauria Ruuolo Euangelicæ Sanctitatis,ac simplicitatis insignis. Virginum laurea non caruit. tantum Christianæ perfectionis apicem ascendit, vt accersitæ aues in eius gremium conuolarent, ibiq; quidquid sibi erat appositum depascerentur.

Hasce dumtaxat Panormi ortas ex Repentitarum monialium albo delegimus,earumque thesauro deprompsimus.

Anna Gazzi,quæ licet quattuor annos Ptisi laborasset,nunquam tamen monasticæ perfectionis studium prætermisit. Silentij Mater, Patientiæ cultrix,Mortificationis amica,Caritatis sectatrix, Regularum omnium studiosa. Obijt. 2. Iul. 1611.

Christina de Bononia monasticam disciplinam miro semper amore prosecuta;ter in hebdommada sola aqua, & pane contenta. pro puluinari tegula vti, lecto non decumbere, cilicium non deponere. Sicut humilitate, ita & charitate præclara. decessit 3.Ian. 1598.

Dulciora de Stefano ægrota semper, semper patiens. herbis fere semper, raro carne vescebatur. Christi cruci affixi assidua contemplatrix. Caritati, ac mortificationi dedita. Ex eius sepul-

ſepulchro mirus poſt dies aliquot afflatus eſt odor, in cœlum abijt 2.Mar. Hiſce Marturanenſe Cœnobium gloriatur.

Cæcilia Faui AEtiopiſſa quantum oris pulchritudine minor cæteris tantum animi candore maior. Ita Dei opt. Zelo ſuccenſa, vt præ tanti amoris incendio vix apud ſe eſſet. Sanctè vixit, ſanctiſſimè obijt.

Dorothea la Grutta vitæ ſanctitate mirabilis, mortis genere mirabilior.

Eliſabetta Criſpo ſic fuit eximia charitate ſuccenſa, vt nihil illi arduum, nihil magnum ad Moniales ſubleuandas, adiuuandaſque videretur. Charitas nihil alienum putat.

Eufraſia, & Febronia à Monteleone. Illa patientiæ ſingularis: hæc ſilentij cultrix ſolitariam ſemper vitam duxit. Illud ſibi familiare: *In ſilentio, & ſpe.*

Reparata de Paula Pan. animi candore ſingularis, cuius corporeis oculis humana ſpecie Chriſtus Dominus in ſacra Synaxi ſeſe contemplandum obiecit. Has offert Cœnobium Septem Angelorum Panormi natas, Panormi ſanctitatis fama denatas. Hiſce hanc & adijce Sigiſmundam Panormitanam S.Franciſci de Paula Tertiariam miraculorum dono conſpicuam.

Clemētia Manſone Cœnobiticæ diſciplinæ ſemper Sectatrix. inter ceteras humillima, præ omnibus obediētiæ dedita, ſupra omnes charitate ardentiſſima. Auguſtiſſimæ Synaxi ſacra, quam ſemper venerabunda percoluit, vt mirum plane non ſit, ſi Chriſtus Dominus ſeſe aliquando Clementię. Confeſſario teſte, videndum obtulerit. Orationis ſtudium, vel morbo ingraueſcente non intermiſit, ſæuiente frigore, ante Chriſtum Dominum in crucem actum precibus inſiſteret, vt amoris flammas ex eo charitatis incēdio conciperet, quæ poſtea ex eius ore, ac oculis emicarent. Nunquā letali ſeſe ſcelere obſtrinxit. Vbi extremā vitæ metam attigit ita graui morbo affecta eſt, vt, dum Medici ferro carnem in fruſta cōſcinderent, nullum in ea carnificina doloris ſenſum exhibuit. Interrogata vero reſpondit ſe Dominici corporis verbera, plagaſque tunc temporis ſecum animo cogitaſſe. annum agitans 76. 1614. exceſſit è vita.

Maria de Afflicto auſterum vitæ genus ſectata cum eſſet qua cilicio ſeſe induere, qua catenis, calcaribuſque ſe cedere, qua duro ſtramine ſomnum capere, vt ad preces diligentior ſe conferret. Monaſticæ vitæ leges vnice dilexit. Mercurij, ac Veneris die, omnibuſque omnium cælitum peruigilijs ſola aqua, & pane contenta. Humilitatis ſtudioſa, honorum inimica, Charitatis ſectatrix. Carne,

ne, vinoq; semper abstinuit. Eius vltimus vitæ insignis modus. graui enim morbo cum laboraret, atque Christi Domini mortis genus ab S. Ioanne descriptum cum exciperet, eo temporis puncto decessit, quo accepit, *Et inclinato capite emisit spiritum*. Obijt 62. agens annum 1620. miris, varijsquè post mortem claruit miraculis. Michaela Milazzo, quæ licet locuples, vt tamen animi submissionem sectaretur, Côuersæ, vt aiunt, habitum suscepit. Religiosæ paupertatis, ac obedientiæ exemplar fuit. Cilicium nunquam fere deponere, scuticis corpus afflictare, sæpe solo pane, & aqua reficere sese, die Veneris cibum cum absynthio miscere, asperrimo stramine quiescere, precibus ferè semper insistere, ac domi abiectiora quæquè munera obire. Vel viuens miraculis illustris. Nauigio enim cum in graui discrimine versaretur, ac reciprocantium fluctuum agminibus impeteretur, extitit illa diuinitus. Nauicularium conuenit. Funiculum, vt excipiat, monet. tempestate exanimatus, animatus oratione suscepit. vim tempestatis euasit. Nomen rogat. Michaela, ait, sum ex Montis Oliueti cænobio Panormitana Monialis. Nauta Panormum aduolat. recta ad cænobium maturat. Abbatissæ rem exponit. De beneficio non immemor munus cænobio, & obtulit, & detulit. Antequam hæc animam efflaret, ad eam inuisendam D. Vrsula Angelorum circumsepta manipulis accessit. Ea cælitum societate cæli capitolium de mundo triumphatrix ingressa. 1624. His Montis olìueti Cænobium noui Cænobij nomenclatura vulgatum, & cognitum perfruitur, illustratur.

Felix Bisso Religiosa paupertate insignis, humilitate præclara, charitate singularis, Deiparæ Virgini deditissima. Somniauit, somnij est vsa vocabulo, se primo Martij die Cælitum Reginam vidisse, accepisseque ab ea ipso Virginis Annunciatæ festo die sese morituram. Paulo post in febrim incidit, morbus ingrauescit. de ea actum Medici autumant. Eius itaque festo illucescente die, ac Monialibus, Te Deum laudamus, hymnum recitantibus, vbi ægrotantis aures eorum verborum perculit sonus, *In te Domine speraui*, ad Deum suum, cui se totam viuendo tradiderat, euolauit. Hac præsertim vna Cænobium S. Mariæ a Monte Virginum gloriatur.

P. Dionysius Martina miro humanæ salutis igne succensus. Nihil omnino prætermitteret, quod ad homines flagitijs irretitos e vitiorum gremio abripiendos faceret. Ingens ad eum vel quouis temporis puncto Matronarum, hominumque concursus. humilitatis studio deditus semper fuit.

P. Io: Antonius Zizo omni omnium virtutum genere florentissimus,

mus. Parochialis dignitatem constanter abiecit, vt Dei Opt. seruiret seruitutem. Recti amator, auri contemptor, honorum hostis, iustitiæ cultor, a qua ne transuersum quidem vnguem discessit. Hieracensium Marchione Præside ad summum Pontificem, Panormitano Senatu annuente, de Parochiarum reformatione orator accessit. quod erat Senatui inoptatis, assecutus. Nihil illi antiquius, quam pietas in proximum, quam amor in Deum. hisce quasi pennis euectus in cælum, vt confidimus, euolauit.

P. Petrus Catena & diuino cultui sacer, & pœnitentiæ deditus. carne ferè semper abstinuit. singulis quibusque noctibus ad sanguinis vsquè effusionem in sui ipsius membra sæuiret. Cilicium indiuiduus Comes. hoc eo tandem temporis puncto deposuit, quo eum febris inuasit, atquè è corporis ergastulo lætus euasit.

P. Petrus Puteo singularis vir prudentiæ, ac præcipuæ charitatis, qui, cum hæreditario sibi iure quamplurima aureorum millia obtigissent, in pauperes munificus erogauit. Qui ad eum indigus semper accessit, ex eo voti compos, lætusquè recederet. Animarum Zelo succensus quid non arduum aggrederetur? Pestem non timuit. Hoc exitiali morbo affecti homines, peste bacchãte, sibi curæ. E viuis peste correptus excessit. Ne tanti viri cadauer merito honore priuaretur, inuentus ab Congregationis Oratorij Patribus locus, qui cadaueris dignitatem seruaret, ac viri memoriam hoc adiecto elogio retineret.

D. O. M.

Patri Petro Puteo Congregationis Oratorij Præsbythero, ac vni ex Fundatoribus vitæ integritate, ac in pauperes liberalitate insigni, pestifero functo morbo, vita functo eiusdem Congregationis PP. pietate hic sepulto, ne longe ab eis, ac ne sub Dio eius humarent ossa, qui eis sub altari Sacratius parauerat Sepulchrum.

D. Petrus Nicolaus Bononia, & D. Andreas de Sylua amantissimi meritissimo Auunculo magno amoris, & posteris animaduers. monumen. PP. obijt vltimo die Iulij ann. 1624. ætatis suæ 64. Peste in vrbem grassante. Hisce quattuor congregationis Oratorij Patribus quasi quadriga inuecta Panormitana maiestas gloriabunda spatiatur.

F. Alipius primus a Iesu Maria vel è crepundijs mirum Sanctitatis sparsit iubar. Orationi deditus, humilitate præclarus, vaticinij munere insignis, moderatorum dictis audiens, sui ipsius hostis. miraculis clarus. *Ex eiusdẽ cæn. monum.*

F. Alipius Secundus a S. Francisco, cui nihil antiquius, quam

ſemper ſeſe cum Dei Opt. voluntate conformandi. animi candore ſingularis,religioſi muneris ſectator egregius, rerum omnium patiens,algoris,frigoris,inediæ. Nihil erat,quod illi moleſtiam pariebat. Orationi ita ſemper inſiſteret, vt fuerit quandoque viſus a terra ſublimis. Deiparæ Virgini deditiſſimus. Miraculorum gloria conſpicuus. In cænobio deſideratus eſt ignis. Cineri digitum admouet. Hunc repente e veſtigio non ſecus ac ſi cereum accendit, domum luce luſtrat, & complet. Neapoli obijt. tota Neapolis ad huiuſce deoſculandos pedes cateruatim acceſſit.ex quampluribus, qui ſunt fama ſanctitatis illuſtres, hos dumtaxat e Fratrum Eremitarum diſcalceatorum congregatione decerpſimus.

Ex Frãciſ. cænob.monum.

F. Paulus Amodeus ex Religioſa Franciſca familia, qui virginitatis gloriam cum mira vitæ Sanctitate coniunxit. hominibus carus.Deo iucundior.

Pius Bononienſ. in 1.par. de vir. Illuſtrib.S.Domin.

P.F. Hieronymus e Dominicana religioſa familia ſicuti doctrina præclarus, ita humilitatis nota conſpicuus. Infulas a Paulo V. oblatas ſemper abiecit. Legum S.Dominici cultor, æris ſigno audiens,paupertatis ſectator. Neapoli Sanctiſſimè deceſſit 1595. PP. F. Antonius,ac Saluus Caſſetta totius religioſæ dominicanæ familiæ trigeſimus tertius moderator,ac Parens. Vterque ab B. Petro Hieremia Religionis habitu donatus, vterquè ſanctè vixit,vterquè obeundo migrauit in cælum. Vtriuſquè vitæ genus a P. M. Thoma Schifaldo in Prouinciæ Siculæ Chronicon a me quõdam in bibliotecha Andreæ Hortulani Doctoris Eminẽtiſſimi,eloquentiſſimi, ac viri in ſuſceptis prouincijs,obitiſquè M. R. C. muneribus integerrimi,de Illuſtribus S.Dominici viris exactè deſcribitur.eum cõſule.

Thomas Schiſ.

Multos *ex ceteris religioſis familijs* omiſi. fateor. Ego quidem omnem adhibui diligentiam, omnemque moui lapidem; vt plerique Religioſarum Familiarum Moderatores aliorum exemplo vel permoti, vel ſuccenſi eorum ad me, qui vitam ſanctè vixere, ac diem ſanctiſſime obiere, nomina transferrent. Sed ea nunquam peruenerunt. angor, ac vehementer doleo. cuinam adſcribenda ſit culpa; lector arbiter. Hoc à me dictum, vt teſtes veritatis ſint, qui meam in huiuſce rei indagatione diligentiam nouerunt.

In ui op. Id.

Plures alios in ſui operis Idæa recenſet P. Octauius Caetanus Societatis Ieſu decus,ac Syracuſanæ Vrbis ornamentum: videlicet, ceteros infra, Benedicta e Regiorũ familia Panormitana Abbatiſſa ordinis S. Benedicti ſita Panormi in Cænobio Sanctimonialium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ.

Eliſeus

Eliſeus Panormitanus, ordinis Carmelitarum. corpus eius in cœnobio Prizzij requieſcit.

Ioannes Baptiſta Tuballinus Panormitanus e Societate Ieſu Panormi ſitus eſt, in Eccleſia domus Profeſſæ eiuſdem ſocietatis.

Vincentia de Luna Panormitana condita eſt in Cænobio Patrum Cappuccinorum iuxta Panormum. Horum omnium res præclarè geſtas breui (Deo benè adiuuante) ſtylo feliciore cognoſces. hinc eorum hic adiecta elogia non ſunt. Præſtolatur Octauius Caetanus. tanto viro mea ſcribendi ratione præire non debeo.

CAPVT X.

De Beatis, ac Sanctis Panormitanis.



Meum hic non eſt Sanctorum vitas oratione deſcribere, cum ſit, qui eorumdem ſanctum viuendi genus æternitati ſcribendo conſecrabit. Et quidem, vt audio, breui. Solum hic eorum ego nomina mihi percenſenda operæ pretium duco, vt hac etiam ex parte meum opus vndequaquè perfectum, ac ſuis omnibus abſolutum numeris eſſe videatur. Quos in ſui operis Idæa Panormi ortos in Beatorum, Sanctorumquè numerum relatos nauus ille Hiſtoricus P. Octauius Caetanus enumerat, hi ſunt. *In op. Id.*

Agatha Virgo, & Martyr, Agatho Papa, Euſtachius, Gerardus Confeſ. Golbodeus Mart. Ioannes Monachus, Mamilianus Epiſc. & Mart. XXXIV. Oliua Virg. & Mart. Philaretus Monachus, Philippus Diaconus, Proculus Mart. Roſalia Anachoretis, Sergius Papa I.

Benignus Romanus. Chriſtophorus Galuanus. Chriſtophorus Arena. Elias Monachus. Eliſabetta Homodea. Hieronymus ord. Præd. Ioannes Buta, Ioannes Theriſtes. Ioannes ordin. minor. B. Petrus Hieremias.

Contendunt nonnulli vel patriæ affectione pellecti, vel alicuius dicti ratione permoti D. Agatham Catanæ ortum habuiſſe, non Panormi. Quodnam eorum in hac re ſit Achillæum argumentum, infra proponetur. Interim iuuat hoc loco propoſitionem illam in Breuiario Clementis Oct. Pont. Max. auctoritate exaratam breuiter

exponere, *Quam Panormitani, & Catanenses ciuem suam esse dicunt*, vt veræ, germanæquè interpretationi innixa huiusce dicti, ac totius rei veritas elucescat.

Quam Panormitani, & Catanenses suam esse dicunt. Illi, quia Agatham pepererunt. Isti, quia supplicio affectam, ac pro Christo Domino morientem, Quintiano Præside, viderunt. Illis Agathæ natalis adscribitur dies, quo Panormi est orta, istis natalis itidem alius tribuitur dies, quo Catanæ torta orta cælo est. Atq; hanc certè vim illa vox Angeli in Agathæ elogio iure sortitur, *Patriæ liberationem*. Ea enim illi patria est, Tertulliano auctore, non qua quis mundo, sed qua nascitur Deo. Atque hunc ait Eusebius, non adeo maiores nostri suppliciorum, ac mortis, sed beatissimum vitæ diem, natalemquè dici, religioseq; coli voluere. intelligebant. n. quibus pro Christo moriendum esset, maiore beneficio vitam eripi, quam dari; multoq; verius nos mori, cum ad mortalitatē istam ærumnarum plenam nascimur; felicius vero nasci, cum ad immortalē illam vitam breui dolore progignimur. Respexere nimirum illud axioma philosophicum, cuiuslibet rei nomenclaturam ex potiori parte desumi, & potior quidē pars est Deo nasci, quā mundo. Rectè ergo *Quam Panormitani, & Catanenses suam esse dicunt*. Atque sic intelligenda illius inscriptionis pars est f. 122. mihi libro primo adiecta. *Panormitanæ vrbis vrbs altera proponitur. Altera vero vrbs sese nunc offert mihi dictione demonstrandam S. Agathæ tum Panormitanæ, tum Catanæ vrbis Ciui Sacram.* Vt scilicet Panormus de Ciuis Agathæ natalis die, quo nobis est orta, & Catana de eiusdem natalitio die, quo migrauit in cælum, glorietur. Vtraque vero hac explanatione suam esse Ciuem iure confirmat. Nequè vero abs re est hæc pontificij axiomatis interpretatio vel ipsa certe D. Agatha se Panormi ortam profitetur, eamq; prius expositionem, quam proferretur vel innuit, vel probat, dum cum Lucia Syracusana Virgine loqueretur. *Sicut*, inquit, *per me Ciuitas Catanensium sublimatur a Christo* (in qua scilicet me mors peperit Christo) *ita per te Syracusana Ciuitas decorabitur*. Enim vero hęc Agathæ dicentis oratio vrbem Catanam haud suam esse natalitiam vrbem non obscurè declarat. vsurpatum. n. vocabulum illud, Catanensium, Agathæ exterum quid, non patrium, ac natalitium sonat. quasi vero Ciuitas Catanēsium a Christo Domino illustrerur, quia Agathæ supplicio illustris fuit. Ceterum quod Panormi sit orta nō Metaphates modo auctor antiquissimus, idemquè vir eruditissimus ac omnia pœne Menologia græca, sed scriptores omnes cū veteres, tum recensiores luculenta oratione testantur. Consule P. Petrum Riba-

De cor. milit. lib. 4. hist. Eccl. c. 15.

Ribadeneiram ac Lypomanum tom. 4. Adonem Treuirorum Epiſcopum pro Agatha Panormitana ciue laudantem. Et certè hac de re cum ſerio P. Io. Baptiſtam Giattino perfectiſſimè græcis literis informatum nuperrimè conueniſſem, ex eo accepi ſeſe omnes ferè Menæorum græcorum Codices Romæ euoluiſſe, didiciſſequè Agatham ſemper Panormi natam, Catanæ denatam. Vterquè vero ſenſus mihi iam propoſitus vel ab ipſa Catana Vrbe comprobatur; quæ cum anno 1325. ad Panormitanam Vrbem ab Caroli Roberti Regis Filij obſidione liberatam ſcripſiſſet, ita ſuam exorditur epiſtolam omnium primo in vendicata veritate mihi typis excuſſam ab eruditiſſimo viro Philippo Paruta delatam, ac ſuapte ſponte oblatam. Ea eſt.

tom. 1. Met. in vit. S. Agath. Conſt. laſcari, qui S. Agathæ vna latinitate donauit.

Panormitanæ Vrbi Ciuitas Cataniæ reuerentiam, & ſalutem. Felix, & inclyta vrbs, nobilis, & præclara, Caput Regni, Exemplum Fidei, Patria Principum, Sedes Regum. Leua in cælum oculos tuos, & vide, quæ, & quanta prouidit Altiſſimus ab æterno, qua felicitate, & gloria te beauit. Et vt reliqua prætermittam, quæ ad exornandam Panormitanam Vrbem non parum conferunt, ſic in coronide. *Nec obliuiſcaris inter omnes tua virtutis actus laudabiles ad defenſores inſigni pro tutela tuorum illius Sacratæ Virginis* AGATHAE, *quam in te ortam fama prædicat, & ſcriptura declarat, vexillum erigere, quæ in Chriſto Ieſu martyrio coronata liberationem patriæ impetrauit. Dat. Catanæ anno* 1325.

in Chron. rerum Siciliens. M.S. penes P. Antonium de Fredericis Cong. Oratorij Ciu. Mazarien. ex ſcrip. ex theſ. maior. Eccleſ. Agrig. c. 94.

Et ex his ipſis characteribus quidnam dictum mihi ſit hactenus, habetur, duplici. n. in loco de Agathæ patria commonemur: de Panormo quidē, quæ ortam vidit, de Catana vero, quæ tortam eluxit.

At quid ſibi vult, inquies, id dicendi genus, quod in hac re potiſſimum eſt, *Patriæ liberationem*? Et certè hoc ab ipſo Metaphraſte primum omnium ſumpſit exordium, qui cum conceptiſſimis verbis Agatham Panormi natam exordiretur, in ipſo orationis decurſu Angeli elogium adiecit, *Mentem Sanctam, Spontaneam &c. & Patriæ liberationem*, vt ſcilicet Angeli dicentis oratio Catanenſibus demonſtraret, vel patriæ veſtræ liberationem, vel patriæ, quæ Agathā cælo produxit, quæq; vere etiam patria dicenda eſt, liberationem. Neque enim credibile eſt Metaphraſtem breui orationis anfractu pugnantia & ſcribere, & loqui; cum is Agatham prima fronte Panormitanam ciuem nominet; ſcriptitationis oblitus in calce Catanenſem appellet? niſi forte vtramq; patriam nuncupet, & quæ obtulit mundo, & quæ peperit Deo. Quod ſi vrgeas ab Agatha Catanenſem vrbem a periculis fuiſſe diuinitus ſeruatam, ſibique reſtitutam; ab eadē itidem turbulentiſſima tempeſtate Panormū ereptam,

ac

ac in ipsis mænibus pro patria vrbe propugnantem loquuntur historiæ. Latè hac de re in S. Agathæ panegyrico P. Iulius Mazarinus. eum consule. Ceterum de D. Agatha cum Romæ quæreretur ad Panormitanæ vrbis amplitudinem proponendam, ac veritatem vel propugnandam, vel demonstrandam tres MM. SS. ante sexcentos, aut septingentos etiam annos scripti, qui sæpissime Agatham Panormi ortam fatebantur, prolati sunt codices: Alter è Cryptæ ferratæ, alter e Cardinalis Sfortiæ, tertius e Bibliotecha Vaticana desumptus; quibus certe, si velis, addas & quartum, quem Panormus seruat diligentissimè, vbi legimus Quintianum, supplicio iam affecta, confectaq; Virgine Agatha Panormum ad inuadenda Agathæ bona conuolasse. Allatum etiã est Basilij Imperatoris Constantinopolitani Martyrologiũ, quod olim penes Ludouicũ Sfortiam Mediolanũ Ducem fuit, ab Cardinali Sfrondato habitum in pretio, tum quia, vt opinor, veritati lucẽ afferret, tum etiã quia vt ex eiusdẽ præfatione deducitur apertissimè, ante octingentos fere annos exaratũ. Quare legenda vnicuiq; offerebantur id tẽporis non Martyrologium modo, ac Breuiariũ Græcorum e typographia Vaticana, sed græcum etiã Breuiarium sub Clemente Octauo typis excussum, ac Menologiũ grecum, in quo hec. *Agatha virgo, & Martyr ex vrbe Panormo apud Siciliã.* quod plane eo maiorẽ sortitur vim, quo ea tẽpestate, qua tempestate Agatha lucis vsura fruebatur, siculi græco sermone vtebãtur. Nolo hic ego in mediũ afferre saxum illud iã celebratũ alibi, in quo, dũ equum Agatha ad Quintianũ deducenda cõscenderet, vel hodierna luce impressum Virginis vestigiũ in tẽplo, cui Agatha nomen fecit, prope australẽ Vrbis portam religiosissimè veneramur; ex quo plane superioribus annis ipso die S. Agathæ sacro liquorem ægris salutarẽ in laudato M.S. Bibliotechæ Vaticanæ codice legisse sese græcis literis apprimè eruditus vir ille, qui pro dignitate laudari nõ potest, Marianus Valguarnera testatur. Vere id Panormitanæ Vrbis locuples testis, quod, etiamsi sensu, ac ratione destitutũ, ea nota quasi aperto ore ferret de veritate suffragiũ. Verè, inquã, locuples testis; ea. n. saxa, quæ nascentẽ exceperant, fouerant, educarant, decedentẽ expresso liquore quasi lacrimarũ imbre faterentur olim fuisse tãto virginis spoliata thesauro; monerentque inposterũ, vt si forte rescripta, actaq; veritatis conscia desiderarentur, in saxi iam Ciuis pietate emolliti fronte legeretur Agatham nõ alibi, quam in ea ipsa vrbe, in qua natalis sibi fuerat dies, fuisse deprehensam, atquè in cælum supplicio affectam Catanæ euolasse. Atque hæc de pontificiæ orationis explanatione dicta sint satis.

p. par.

Lege D. Rocchum Pir. in not. prim. Eccl Panor. fol. 56. 57. vbi rectè.

CA.

CAPVT XI.

Pars altera nobilitatis exponitur.

SCripturo de Panormitanorum Equitum nobilitate, quæ, vt loquar cum Gregorio Nanzianzeno, consistens in sanguine pars altera virtutis est, non mediocris mihi campus aperitur, in quo nostra excurrere, cognosciquè possit oratio. Multarum. n. rerum varietas, ac multitudo mihi offert sese, quæ profectò licet historiæ lucem non desiderent, vnam tamē Typographi lucem optimo quidē iure requirunt. Sic. n. clara sunt omnia, sic constant, sic mihi suis librata momentis, vt Criticis certè nullus inquirendi, non calumniandi relictus sit locus. Satis scio opus hoc meum ea, qua potui diligentia elucubratum, eademquè conscriptum a plerisquè desiderari non vt veritatē operis dilaudent, sed vt Auctoris calamum dignoscant ex veritate ne, an ex assentatione scribentis. Nullus in mea scriptitatione fucus, adulatio nulla. Veritatē olent omnia. Legant, ad oram oculos intendant, videantquè an, quæ scribo, cum diplomatibus, quę laudo, cum Auctoribus, quos testes voco, rectè consentiant. Si Regium tabularium mendax, si mendacijs scatent & libri, mendacijs opus scatet & meum. Hisce ducibus soluit è portu, atquè hoc nouum, ac ingens mare enauigauit oratio. Illud Cynosura mihi. Hi Elice. itaquè scopulum mihi persuadeo euitasse, in quem nonnulli fortasse de nonnullorum nobilitate scribentes offenderunt. Scribo non auro corruptus, non precibus amicorum permotus, non pollicitationibus allectus (scriptorum infames Scopuli, Acroceraunia) sed veritate compulsus. Nebulosa Poetarum figmenta cum luculenta Historici veritate non conueniunt. Sol Historicus. Historia dies. Ille omnia sua luce lustrat, & complet. hæc vel mendacij, vel assentationis tenebras non patitur. *Orat. 18.*

Huc & alia difficultas accedit, quæ non ad auctoris dignitatem, sed ad Panormitanæ vrbis gloriam imminuendam sic facit, vt plerisquè non exiguum facessere negotium Panormitanæ Reip. videatur. De nobilitate itaquè conscribitur maximè. At de qua? De ea nè, quæ Panormi orta est, an quæ ex tota Sicilia in vnum Panormi gremium, tanqnam in Regiam confluxit? Prima quidem ita rara, ita exigua hoc tempore, vt recenseri percommodè possit. Altera verò Panormitanæ Vrbis gloriam non amplificat, cum alterius bo-

no glorietur. Alienum bonum vt nihil,cuius non est,bono,ita nihil dignitatis creat,ac laudis.

De vtraque planè habetur oratio, cum ex vtraquè non vulgaris enascatur Panormo laus. Ac de ea quidẽ,quæ ex Panormitana Vrbe ducit originem,cum ea generis nobilitas possit in totius orbis terræ nobilitatis luce versari. Neque .n.ea exiguũ quid,ac paruũ præfert. Habet nõ vulgaris ornamẽta gloriæ, insignia dignitatis,quæ cũ suo loco recẽsenda iam sint,nõ est, cur hic nostra oratione proponãtur.

Ab ea vero,quæ pulchritudine,amænitate,splendore, gloria,Regiaque Vrbis Panormitanæ pellecta Panormum cõuolauit, ac in ea sedem fixit, sic Panormi seruata dignitas,sic approbata nobilitas,vt supra ceteras Siciliæ Ciuitates euehenda videatur. Videre nimirum horum Equitum Panormi nunc Ciuium maiores PANORMVM Vrbem esse Dynastarũ Altricem, Procerum Cunam, Imperatorum Matrem, Regum Regiam, ac totius Siciliæ, nedum orbis terræ vnicum, ac singulare delitium; quam dumtaxat vnam Vrbem Natura delitijs ornauit, montibus quasi mœnibus sepsit, Imperatoriæ imaginis vexillum è mortis arce sustulit,cæli clementia insigniuit, fontium diuitijs cumulauit, ac omnium omnibus arborum, fructuũque generibus euexit; Regum vestigijs insistentes hanc vnã sibi Vrbem deligendam putauerunt, quam Reges vnam omnes inter omnes Sicilienses Ciuitates sibi iure delegerunt. De hac itaque nobilitate tam Panormi orta, quam in Panormi luce versante, quæ sic Panormi hodierna luce est, vt ea Panormus vnica possit iure gloriari, nobis agendum inposterũ. In hoc priori volumine nõnllas Equitum, Procerumque Familias proponimus; reliquas in posteriori, Deo bene adiuuante prosequemur. Præmissis itaque Patrum Patriæ, & Prætoris, & Senatorum omnium nominibus, suoque ordine distributis, seruabitur in cæteris Alphabeticus ordo, ne mihi plus vni, quam alteri cõcedatur. Panormitanus Senatus,qui hoc anno 1631. Panormitanæ Reip. clauum moderatur, ac regit; is est

Illustriss. D. Don Franciscus Valguarnera. del Carretto Assori Comes,ac Principis Valguarneræ Prætor. Cap.D.Petrus Palaçio. Horatius lo Mellino. Don Carolus del Voglio, Campisciano. Andreas Vespasiani Agliata. Franciscus del Colle. Simon Bonaccolti Senatores PPQ. Conscripti.

Age iam suo ordine pedetentim progrediamur.

DON

In hisce familijs, quas Typographia vides immortalitati commendatas, hic Alphabeticus ordo seruatus.

D. Franciscus Valguarnera Assori Comes, ac Princeps Valguarneræ Prætor. D. Petrus Palacio, Horatius lo Mellino, D. Carolus del Voglia, Campisciano PP. CC.

A.

D. Marianus Alliata e Baronibus Soloenti.

B.

D. Ioseph Antonius de Ballis Baro Calatuui.

D. Vincentius Bardi, Centelles Marchio Sambucæ.

D. Gerardus de Bononia Putei Baro.

C.

D. Hieronymus de Caluellis.

D. Ioannes del Carretto Racalmuti Comes ex Marchionibus Sauonæ,

D. Gratianus Castronius.

F.

D. Ioseph Filangerius.

H.

D. Horatius Giglio.

D. Fabritius Grauina ex Marchionibus Francofontis.

M.

D. Dominicus Marino Dux Gualterij.

D. Aloysius Mastr'Antoni, ac Bardi.

D. Antoninus Morso Marchio Gibellinæ.

N.

D. Aloysius Naselli Comes Comisi, ac Princeps Aragoniæ.

D. Didacus Oliuerius.

P.

Vincentius Pilo, & Caluello Comes Capacij, ac Marchio Marinæi.

D. Agnes de Platamone.

Agatho Porto.

R.

D. Antonius de Requesens Bussemi Comes, & Cosyræ, seu Pantellariæ Princeps.

D. Franciscus de Requesens S. Iacobi Baro,

S.

Familia Salamonis.

D. Iaimus Sala.

D. Aloysius Sylueria.

D. Franciscus Staiti Chiusæ Baro.

D. Petrus Speciali, ac Rossel.

V.

D. Antoninus Vassallo, Paleologo.

Horatius Vanni.

Quas, amice Lector, Typographiæ cælo diuagantes intuere familias, legito, perfruitor. ac scias velim earum omnium omnia pæne rescripta fuisse ad me tempori perlata; & cum libris, quos testes voco, cum Regio tabulario, quod sæpe laudo, collata diligenter.

Veri-

Veritatem olet, non assentationem scriptitatio. Esto ergo arbiter. Sic profecto nullus admirationi dabitur locus, cum hisce dumtaxat vel contenta, vel circumscripta familijs Maiestas Panormitana videatur.

Quorum vero Procerum, Deo bene adiuuante, bonisque fauentibus, cum iam in ordinem digestæ familiæ posteriori Volumine lucem aspicient, vniuscuiusque nomen inscribitur. Hic idem Alphabeticus ordo seruatur.

D. Marchisius Afflicto Princeps Belmontis. D. Franciscus Alliata, & Paruta Princeps Villa francæ. D. Aloysius Aragona, & Moncada &c. Princeps Paternionis, ac Dux Montis Altii D. Didacus Aragona Dux Terræ nouæ. D. Ioseph Brancifortius Comes Mazarini Ioannis filius, vnaque cum eo Comes Raccudiæ, & Princeps Leonfortis; nec nō Scordiæ Princeps, & demum Dux S. Ioannis. D. Marius Bellacera Marchio S. Nymphę. D. Vincentius del Bosco Dux Misilmeris, & Catholicæ Princeps. D. Cæsar Caetanus Marchio Sortini. D. Ioannes Baptista Cælestri Marchio S. Crucis. D. Io. Franciscus Fardella Princeps Paceco. D. Franciscus Ferreri Baro Pittinei. D. Marius Gambacurta Marchio Mottæ. D. Guilelmus Graffeus, & Vigintimillius Princeps Partannæ. D. Vincentius la Grua, Toch, & Marriquez Princeps Hiccarensis. D. Laurentius de Ioenio Marchio Iulianæ. D. Fabritius Lanza Baro Ficarræ. D. Ottauius Lanza Princeps Trabiæ. D. Ioseph Lucchisius Marchio Deliæ. D. Vincentius Landolina Baro Cuddemi. D. Marius Migliaccio Princeps Baucinæ, ac Comes Mōtis Maioris. D. Franciscus Mont'aperto Marchio Montis aperti. D. Antonius Marulla Marchio Cond Agustæ. D. Hieronymus Neapoli Princeps Ressuttano. D. Hugo Notarbartolus. D. Troanus Parisius Marchio Oleastri. D. Iacobus Perollo Baro Pandolfinæ. D. Gaspar del Porto Comes Summatini D. Rogerius de Septimo Marchio Giarlatanæ. D. Marianus Summaniati Baro Tripi. D. Ludouicus Spatafora. D. Franciscus Vigintimilius Marchio Ieracij. D. Petrus Valdina Marchio Roccæ. D. Marianus Vpizinghi Baro Palatij.

Typis hosce breui committere, ac ceteros, qui inter scribendum nobis occurrent, animus est; vt, si fortasse hodierna luce angusta (cuinam adscribenda sit culpa, lectores arbitros voco) obuersatur ob oculos, vndequaque Panormitana Maiestas suis absolata numeris videatur augustior.

DON FRANCISCVS VALGVARNERA. DEL CARRETTO.



§.1. HViusce generis nobilitas, cum satis vnicuiquè iam constet vel aliorum commendatione, vel Historici luce nō eget. Quod in sinu continet suo, prodit iubar, & vbiquè locorum auiti splendoris spargit diem. De hac multi multa. Ego pauciora. & quidem quæ faciunt ad rem meam. Et certe hæc ex Castello Valguarneræ in Comitatu Ampurias, siue vt hodie Ampurdan parum distante a Peralada Ampurdan Metropoli suam ducit originem. Hanc familiam Catalonia tum suspicit, cum veneratur, dequè ea quingentorum fermè annorum ab scriptoribus mentio habetur. Certum .n. est Simonem Valguarnera anno 1115. Vnum ex Ducibus Ampurdan extitisse, qui, regnante Barcellonæ Comite Ramon *Petrus Tomia cap. 31*

a Beren-

Berenguer huius nominis tertio, è Maurorum ditione Maioricam Insulam primum in eius potestatem, ditionemquè redegerunt.

§. ij. Constat Bernardum Guillem Valguarnera 1128. vnum ex duodenis equitibus fuisse delectum, vt tam de tributo persoluendo, quam de conditionibus ab Vgone Ponte Ampurias Comite seruandis (Captiuus is erat id temporis Comitis Ramon Berenguer) diligenter attenderet.

F. Franciscus Piago in hist. de los antiguos Condes de Barzelona c.110.

§. iij. Goffredus Valguarnera 1212. a suis maioribus haud degener, extitit etiam vnus ex Ducibus Ampurdan, qui cum Rege Aragoniæ Petro nostri Aragoniæ Petri I. Regis auo Vbedæ prælio contra Maramamolinum Mahomet il Verde interfuerunt. quod quidem prælium ita illustre, ac celebre non ob Aduentum modo Regum Aragoniæ, Nauarrę, ac Lusitanię Alphonso Regi suppetias ferentium, sed ob internecionem etiam centum octoginta ex hostibus millium, vt eius propemodum memoria a nemine silentio prætereatur.

Petrus Tomia c.31. Dot. Petr. Beuter in Valen. Chr. l.2. c.20.

§. iv. Sed hæc omittamus. Certum omnino est bis ex Aragonia familia equites in Siciliam traiecisse, vt ij pergratum quid Regibus facerent suis; Et eo tempore, quo a Rege Petro anno 1282. expulsi, exterminatiquè sunt Galli, & eo etiam tempore, quo tēpore Martinus Rex Mariam Siciliæ nostræ Reginam 1386. habuit in matrimonio. Et quidem vtriusquè Regis ex Valguarnera familia Proceres ita semper extitere sectatores, vt tandem cum vtroque in Sicilia domicilium collocarint.

§. v. Valguarnera, & Guderana iam nunc pænè extincta familia, ex vno, eodemq; stipite profecta communem ducit originem. Franciscum illa, hæc Simonem cognoscit auctorem. Quoniam verò videtur esse huius loci de hac pauca vel leuiter, ac summatim attingere, non hęc grauabor intermiscere, cum quicquid glorię Simoni tribuitur, ac ceteris, Valguarnerę etiam familię meritò tribuatur.

§. vj. Ex historijs illud haud obscurè deducitur, postquam vna cum Petro Rege Siciliam venit Simon Valguarnera, hunc anno 1302. Saccensi Ciuitati ab Carolo Philippi Gallię Regis fratre grauiter obsessæ & suppetias tulisse, & eam fortiter, animosèquè propugnasse.

Ramon Mōtaner c.197 Hiero. Surita in Annal. Arag. 1302.

§. vij. Anno 1313. idem vna cum Ramon Montaner ad capiendam, deuastandamquè Gerbarum Insulam se contulit. terra eam, mariquè oppugnauit. expugnauit, atquè in Friderici Regis ditionem, potestatemq; redegit. Quo sanè loco Castellum, quod ex Valguarnerę cognomento traxit nomen, extruxit, ne, si forte pro-

Montaner c.253.

grediente tempore victorię memoria moreretur, illud victoriam ipsam ab Simone reportatam loqueretur. *Abraham Ortellius in theatrogeographyc. & Sur. ann. 1431.*

§. viij. Anno 1317. cum Rex Fridericus cum octoginta triremibus in Calabriam Regi Roberto transfretasset, suamque omnem Petro (qui postea Petrus II. Rex appellatus) ac Mamfrido liberis auctoritatem, ac potestatem contulisset, non alium vtrique alumnum, quam Simonem Valguarnera duxit pro recta Siciliæ administratione relinquendum. qui quidem eo nomine sic omnem moderatus est Siciliam, vt scriptoribus scribendi materiem suppeditarit. Extant hac de re publicæ tabulę. in ijs planè sic leges: *Nobilis, Magnificus, & egregius Simon de Valguarnera miles Inclytorum Infantium Petri, & Mamfridi legitimorum natorum Serenissimi nostri Regis alumnus.* *Surita ad an. 1317.* *Asseruan. in tabular. pan. anno 1317.*

§. ix. Anno 1325. Calabrię Duci Carolo Roberti Regis filio cētum viginti quattuor triremibus, ac plerisque alijs onerarijs nauibus circumsepto in Siciliam venienti omnium Princeps Simon Valguarnera vna cum Rege Frederico sic fortiter restitit, vt, cognita vtriusquè virtute victoriam ille desperarit. Abeuntem itaque, excurrentemquè per eas, quæ tam ad Orientem, quam ad meridiem vergunt, partes, vt hasce depopularetur, ac perderet; solus Simon Valguarnera insecutus (dum Rex Fridericus Messanam concederet) ac duas, supra viginti ciuitates ab omni hostili deuastatione seruauit; itaquè planè seruauit, vt bonam Caroli Ducis exercitus partem non profligarit modo, sed interemerit. Integram huiusce victoriæ narrationem habes partim apud Suritam, partim apud Fazelum, partim deniquè apud Montaner. *an. 1325. Dec. 2. l. 9. c 3. cap. 282.*

§. x. Anno 1328. Cum Rex Fredericus quinquaginta quattuor triremium, plurimarumquè nauium classem comparasset, vt Regno Neapolitano damnum iamdiù conceptum animo, si quod posset, inferret, totius Classis Ducem Petrum Primogenitum suum vna cum Simone Valguarnera præfecit. Primum & insulam Ischiam, & Caëtæ plagas perdiderunt. Deinde vero Asturim Vrbem solo æquarunt, vt mortem Corradini Siciliæ Regis in ea ciuitate capti, cui Neapoli Carolus Andegauensis a ceruicibus abscidit caput, vlciscerentur. *Amodeus in hist. Sic. manusc. l. 8.*

§. xj. Anno 1333. ex insidijs capta Panormi arce ab Gallis, Vnus dumtaxat Simon Valguarnera, qua expulsis, qua enectis Gallis, eam in veri Regis iterum ditionem victor redegit. Quibus quidem omnibus præclarè gestis cum sui nominis famam vbiquè terrarum immortalitati consecrasset, a Deo Op. Max. immortalem euocatus *Surita an. 1333.*

ad gloriam anno 1334. non vulgare sui ipsius desiderium omnibus reliquit. Porro Valguarnera, & Guderana familia hoc dumtaxat vno (si desiderarentur ceteri, qui tamen non desiderantur, qui familiam præclaris editis facinoribus illustrarunt) iure possent gloriari. Franciscus Valguarnera paternæ tum nobilitatis, tum virtutis hæres filius virtutem in rebus obeundis prætulit suam.

Hor. Od. 4. lib. 4.

Fortes creantur fortibus.

anno.n. 1338. cum Comes Franciscus Vigintimillius a Petro Rege defecisset, fugamquè iam Mense Ianuario ab eodem Rege in Ieracio oppido obsessus vna cum duobus liberis pararet, tandem se se coniecit in fugam. Hunc Simonis insecutus est filius. deprehendit. occidit. liberos vero captiuos duxit ad Regem. Rex beneficij haud immemor 28. Ian. 1338. Francisco Vicarensem Baroniam Goderani Baroniam complectentem dedit.

Faz. dec. 2. l. 9. c. 4. & in Cancel. 1408.

§. xij. Eodem anno Comites Sancti Seuerini, Cerigliani Neapolitanos, & Comitem Franciscum de Antiochia, & Adoynum de Vigintimillijs Francisci Comitis filium, de quo iam supra, in Siciliã aduentantes, vt Siciliam, sic Rege Roberto annuente, vastarent; in Broccati plaga Orlandus de Aragona Friderici Regis filius, quem ille suscepit ex pellice, Comes Raymundus Peralta, & Franciscus Valguarnera sic adorsus ex insidijs,

Vir. Aen. 2

. . . . dolus, an virtus, quis in hoste requirat.

vt cum illi hostium strenuè depræliantium impetus sustinere non possent, repente è vestigio terga verterint, naues conscenderint, ac fuga saluti, vitæque consuluerint.

Angelus Radijctius in hist. manusc. Sicil.

§. xiij. Anno 1343. cum Ludouici Petri II. Regis filij Messana rerum nouarum vel inuentrix, vel sectatrix recusaret imperium; de Messanæ defectione commonitus Dux Ioannes Randazij patruus Ludouici Regis cum selecta, expeditaquè manu Messanam iter instituit. Seditiosi, ac turbulenti ciues in S. Saluatoris arcem, vbi Neapolitani Roberti Regis opitulatricem manum inuenere, receperunt sese. Quadrifariam dux ille partitus exercitum. vni eius parti Franciscum Valguarnera præfecit; ac Messanenses breui temporis interuallo, enectis, trucidatisquè hostibus, ac seditiosis captis sub Ludouici Regis imperium, ditionemquè ceciderunt.

Faz. dec. 2. l. 9. c. 5. Ant. Philotheus Omodeus in hist. manuscrip. l. 8.

§. xiv. Anno 1334. Duce iam Ioanne denato, ac Ludouico Rege adhuc impubere penes Claramontanos, ac Palicios relicto, qui radicitus ex Sicilia Cataloniæ gentem extirpandi mira quadam cupiditate flagrabat; cum vtrinquè strenuè, fortiterquè ante Vrbis Catanæ conspectum satis decertatum, pugnatum satis; ex Comite

Blasco

Blaſco Alagona Catalonicæ nationis ductore Franciſco Valguarneræ vniuerſa totius exercitus demandata prouincia, qui cum diutius ancipiti marte certaſſet, hosteſq; ſic, Comite Blaſco, ſuppetias ferente, fudiſſet, vt in Sicilia Hiſpanæ gentis ſigna ſuſtulerit, imperiumquè firmarit. Quæ quidem omnia cum ſumma cum ſui nominis dignitate Franciſcus Valguarnera perfeciſſet, ac familię gloriā ſuis etiam facinoribus amplificaſſet, miris affectus honoribus exceſſit è viuis anno a Virginis puerperio 1355. *Faz. lib. 9. c. 5. Surit. in comp. latino Annal. Arag. an. 1349. Omodeus l. 8.*

§. xvj. Nec inferioris planè virtutis Franciſcus I. ſortitus eſt filium. Commune vtriquè nomen, communis & virtus.

§. xvij. Mortuo itaque Friderico Rege, qui ſimplex vocabatur, Petri Regis ſecundi filio, regno ſumma pace fruente, ac Regina Maria Frederici filia ſub Comitis Artalis de Alagona poteſtate viuente, Franciſcus Valguarnera II. vna cum Valguarnera Valguarneræ Conſobrino Neapolim ſe contulit, vt Ladislao Regi, ac Reginæ Margaritæ iam viduæ ſtudium ſuum omne, operamquè locaret. In uarijs bellorum euentibus ſic vterquè maſculam animi virtutem oſtentauit, vt non minus Rex ipſe, quam ipſa Regina 1394. 3. Septembris toti nauali claſſi præfecerint, ſeu, vt clarius, maris Generalem nuncuparint. ea tamen auctoritate vt ijs, qui a Rege defecerant, ignoſceret, ac proſcripta fortunæ bona reſtitueret. Ad hæc, edixerunt, vt huius vnius dumtaxat dicto Siciliæ Proceres audientes, non ſecus atque dicto Regis forent. Franciſcus verò plurimis affectus beneficijs Regem Martinum de Aragona noſtram Mariam Siciliæ Reginam iam ducentem cum videret operæpretium duxit Martini Regis ſeruire ſeruitutem. *Ex dip. dat. Caetæ ann. 1389. 4. Sept.* *Ex priu. itid. dat. Caetæ eodē anno 24. Sept.*

§. xviij. Anno 1386. Rex Martinus in Siciliam cum veniſſet, inueniſſetq; Regis deſertorem Comitem Andream de Claramonte in panormitana vrbe dominantem; ad tres illos primarios viros Franciſcum Valguarnera II. Matthæum del Carretto Racalmuti Dominum, ac Raymundum de Aptilia Vrbis Prætorem literas dedit, vt eius loco regios inſectatores moderarentur, ac regerent. quod ita quidem egregiè factum eſt, vt breui & Comitem Andreā deprehenderint, Regi tradiderint, atquè totam vrbem ab omni ſeditioſorum hominum metu liberarint. Hoc peracto facinore, Franciſcus peregit & vitam. *Vrbis annal. ann. 1392.*

§. xix. Ioannis Franciſci II. a tanto Patre filij non degeneris nō ſolum pro Martino; & cum Martino Rege in Sardinia comparanda 1409. ſed & etiam tum in regno Neapolitano componendo, ſedandoquè, tum in reducendo ad priſtinam Reginæ Ioannæ ſecundæ *In an. vrbis*

Ex priu. dato Neap. 1421. 14. Sept. In priuil. Reg. Alph. dat. 1425. exscrip. in Cancell. an. 1428.

fidem rebellantes Procerum animos desudauit industria. Quo quidem in munere obeundo ita se habuit, vt breui regnum Neapolitanum summa cum sui nominis dignitate sedauerit; vt iure Rex Alphonsus in suis diplomatibus sic loquatur. *Considerantes & attendentes immensa seruitia in exaltamentum regiæ domus, & Siciliæ copiosè collata*. &c. quæ alibi vocat, *grandia, & fructuosa, & memoratu digna seruitia, &c.*

§. xx. Antonius Ioannis frater, ac Francisci secundi genitus secundo loco filius vna cum Alphonso Rege ad Gerbarum Insulam expugnandam 1432. se contulit; qui sic animosè in Insulæ ponte certauit, vt, is quoad vixit, singulare quoddam beneficium ex Rege retulerit. Regias Alphonsi literas 1432. exaratas consule.

§. xxj. Hoc eodem anno Antonij, ac Ioannis Valguarneræ consobrinus f. Simon Valguarnera floruit. is tum Rhodius miles, quem nos hodierna luce Hierosolymitanum militem appellamus, tum etiam 1428. Tortosæ, quod aiunt, commendator.

§. xxij. Extincta iam Neapoli Caroli Andegauensis prosapia, extincta in Sicilia sunt & bella. ab Rege tamen Ioanne Aragona Alfonsi Regis fratre, ac Ferdinandi Regis Catholici Patre data Francisco Antonij filio facultas est castellum in Feudo Goderano condendi, qui quidem in regio diplomate rationem concessæ facultatis cum adijciat, suadet, vt eam hoc ego loco non omittam. *Adiectis*, sic habet Rex inter cetera, *meritis sinceræ, & constantis deuotionis, & fidei eiusdem Francisci de Valguarnera, in qua firmus, constans, & integer semper mansit; ac etiam gratis, vtilibus, & fructuosis acceptis seruitijs per ipsum Maiestati nostræ nuper satis vtiliter præstitis, in quorum præstatione nullis pepercit personæ suæ periculis, & laboribus, ac expensis, &c.* Denique Gilibertus Valguarnera Francisci filius, cum Princeps Carolus Aragona Regis Ioannis natu maior in Siciliam venisset, Caroli Camerlingus ab Rege creatus.

Ex pri dat. Pan. 1458

§. xxiij. Plurimis ex Goderana familia muneribus, ijsquè tum Panormi, tum in Siciliæ regno grauissimis insigniti sunt Proceres, quæ cum vnicuiquè constent satis, literarum monumẽtis commendanda singillatim hoc loco non duxi. Iam ad Valguarneram familiam, quam hic describendam sumpsimus, gradum faciamus.

§. xxiv. Simon itaquè, & Vitalis Valguarnera fratres tum ad eos, qui ab Rege defecerant, eijciendos, tum ad Siciliȩ Regnum obtinendum anno 1386. vna cum Martino Rege in nostram venere Siciliam. relicto iam in Catalonia Francisco, qui maior omnium natu, vt ea, quȩ sibi Pater obeũdo oppida reliquerat, administraret,

Faz. dec. 2. l. 9. c. 7.

ac

ac omnia fortunæ bona procuraret. Vterquè secum pedestres, equestresquè copias proprijs sumptibus abduxit, quorum beneuolentiam, virtutem, ac fidem cum Rex haud obscurè cognosset, ijs oppidum, ac Baroniam Assori tribuendam, concedendamquè putauit. Diploma consule, plura continet, quam velis. Sed ne te, mi lector, inopem, ieiunumque dimittam, hæc pauca subscribam. Martinus Rex, &c.

§.xxv. *Considerantes puram fidem, & deuotionem sinceram, quam dicti* SIMON, *&* VITALIS *erga nostras excellentias semper gesserunt, & gerunt; grata quoquè, & accepta seruitia per eos maiestatibus nostris multipliciter collata, & præsertim dum ad hoc nostrum regnum venimus præfati Simon, & Vitalis fratres de partibus Cataloniæ nobiscum in Siciliam pro nostro seruitio transfretarunt cum gentibus armigeris eorum* PROPRIIS SVMPTIBVS, ET EXPENSIS, *& in acquisitione dicti nostri regni nullis eorum personæ parcendo periculis. quin imò cum carcerationibus apud nostros rebelles damnis plurimis, & actis bellicosis militariè, & strenuè totis eorum viribus nimium insudarunt, & ad præsens incessanter nobis seruire non desinunt, eosquè speramus in futurum facere, dante Domino, meliora temporibus successiuis eidem Simoni, & Vitali fratribus, & eorum hæredibus de ipsorum corporibus legitimè descendentibus in perpetuum in remuneratione, & compensatione eorum seruitiorum prædictorum Castrum, & terram Assori &c. concedimus, & donamus, &c. Rex Martinus. Dat. Catanæ* 1397. *die* 20. *Ian. VI. Indictionis.* Eosdem præclariori nomine idem Rex Martinus insignit tum ob eorumdem virtutem, tum ob singularia Regi ab ijsdem collata beneficia. *Martinus Rex &c. Attendentes puram fidem, & deuotionem immaculatam, & grata, & accepta seruitia maiestatibus nostris ab olim collata per dilectos Camerarium, & Armerium nostros Simonem, & Vitalem de Valguarnera fratres, &c. Dat. Catanæ* 1404. *6. Oct.* 13. *Ind.*

§. xxvj. Lego in Martini Regis priuilegio anno 1396. Martinum Regem Simoni Valguarneræ Castellum Paternò contulisse, vt virum illum, qui non exiguos pro tuenda, seruandaquè Regis dignitate labores exantlarat, eo munere muneraretur.

§.xxvij. Simon ergo post dies aliquot Assori oppidum Vitali fratri legauit, qui amplificatus hoc dono Nicolai Peralta Calatabillottæ Comitis filiam duxit, ex eaque filiam Ioannam nomine suscepit; qui antequam in Apuliam, Alphonso Rege iubente, concederet, testamentum condidit quasi futuræ mortis haud inscius. Simonem bonorum omnium hæredem reliquit, cuius filio Gililberto, ac Francisco, qui frater natu maior, ac Vitali demortuis, Franciscus e Ca-

Ex act. Not. Petri de Aquila 1404.

taloniæ regno in Siciliam euocatur, vtpote qui tam a Simone, quã a Vitali institutus hæres hæreditatem adijt.

§. xxviij. Ex hoc Vitalis II. Ex Vitali Ioannes, qui profectò sic in rebus omnibus præclarè se habuit, sic ingenitam animi virtutem ostentauit, sic promptum, alacremquè ad amplitudinem gloriamquè Alphonsi Regis amplificandam se præbuit, vt an. 1440. Ioanni Valguarneræ merum, mixtumque, quod aiunt, Assori imperium suapte sponte concesserit; cuius diplomatis verba cum grauissima, honorificentissimaq; vel sint, vel certè videantur, hoc loco omittenda non duxi. Sic habent. *Considerantes valde grata, & accepta seruitia fidelis Camerarij nostri Ioannis de Valguarnera, quæ ab ipsa ætate tenera nostræ Serenitati continuatis temporibus, & cum maximis laboribus, expensis, & personæ periculis Castra nostra, & Classem insequendo præstitis, præstatisquè etiam de præsenti, debitè pensantes, quæ etiam vos exinde de bene in melius persecuturos arbitramur* IN ALIQVAM VESTRORVM *seruitiorum remunerationem, & recompensationem &c.*

Habes integ. in reg. tabular. ad an. 1440.

§. xxix. In his quidem verbis iam, mi lector, vides quot, quantaquè congerat in vnum Ioannem Rex, & Camerarij titulum, & iuges vel ab ineunte adolescentia labores, & capitis pro Rege pericula; vt mirum planè non videatur, si Rex Alphonsus, in Ioannem Valguarnera præcipuam quandam beneuolentiam, studiumquè nauarit, ac miris vsquequaq; beneficijs affecerit.

§. xxx. Semel Messanæ Stratigoti, Lupoximen Durrea administrante Siciliam, munere perfunctus. Semel regni Præses 1484. Ferdinando regnante. Sic proregiæ Gasparis Despes Proregis, cui dumtaxat vni ab Ferdinando Rege eligendi demandata potestas, literæ loquuntur. *Spett. & Magnif. viris Raymundo de Santa pace Baroni terræ Licodiæ, nec non Ioanni Valguarnera Baroni terræ Assori militibus consiliarijs Regijs dilectis salutem. Proprium esse prudentis existimamus ad regimen, & exercitium magnorum, & singularium officiorum generosos, clarosquè viros, graues consilio, & strenuitate probatos eligere, & deputare, quorum industria, & prudentia officia ipsa rectè, atquè iustè exerceantur & optimè gubernentur ad honorem, seruitium, & exaltationem S. R. Maiestatis. Cum igitur ipsa Maiestas regia nobis licentiam pariter, & facultatem contulerit &c.*

Ex lit. dat. Pan. 16. Ian. 1473. & 3. Sept. 1473.

Ex lit. dat. pan. 30. Iun. 2. Ind. 1484. Est in regio tabular. fol. 436.

§. xxxj. Ad hæc. anno 1486. Idem equestrium, pedestriumquè copiarum ductor electus, vt Ferdinando Aragoniæ Regi Baronibus in regno Neapolitano, qui iam ab ipso defecerant, bellum inferenti, exterminantiquè suppetias ferret. Eo diplomate nihil honorificentius, in quo planè de singulari Ioannis virtute, prudentia, ac inge-

Ex lit. dat. 1486. 22. Iun.

ingenio militari singularis, nec obscura sit mentio.

§.xxxij. Vitalis itaque 1580. huiusce Ioannis Pater in omnes orbis pænè terræ partes tanti filij dignitatem, ceterorumq; gloriam euagantem cum videret, confectus æuo, miraque alacritate perfusus excessit è viuis de gloriosa generis sui posteritate non incertus. Duos ipse liberos vt omittamus tertiam, tanto Patre dignos sibi superstites reliquit. Ioannem hunc, de quo hactenus, ac Iaimum Melitensem Episcopum. Vterq; virtute præclarus, gloria singularis. Iaimus in oppido Assori ab Dalmatio de Sandonis Syracusano Episcopo, Calcerado de Andreas Episcopo Biliacensi, & Antonio de Montellinis Episcopo Hercensi consecratus Episcopus. *Die Dom. ix. Aug. 3, Ind. 1495.*

§.xxxiij. Ioannis itaque Franciscus, qui ante Patris obitum decessit e vita, hæres, cui Pontius. Pontio Io:Hieronymus. Hieronymo Vitalis eius patruus successit. & Pontius quidem cum plura pro Ferdinando Rege perfecisset, deque eo benemeritus inter cetera obtinuit, vt, eo annuente, meri, ac misti, vt vocant, de Assoro Imperij sibi foret auctoritas confirmata, & stabilita potestas. Florente hic ætate decessit, quem in florentissima etiam secutus est Io:Hieronymus filius. *Ex priuil. dat. 18. Mai. 1503.*

§.xxxiv. Vitalis ergo Patruus Ioannis Hieronymi, ac Pontij Frater, vtroque denato hæreditatem adijt, qui tametsi breui temporis interuallo vitam exegisset, splendorem tamen generis ita seruauit, ac prouexit, vt loquentem famam reliquerit de sua virtute superstitem.

§. xxxv. Ioannes ergo Vitalis filius huiusce nuncupationis secũdus Carolum V. Imp. augustissimum sequutus egregiam Imperatori victoriam (vbinam locorum ea extiterit hactenus explorata, ac perspecta mihi non est) sibi non exiguam consequutus est gloriam. Præ foribus Assorini Palatij extat hæc inscriptio breuibus exarata characteribus, sed miris fæcunda præconijs.

Don Giouanne Valguarnera secondo con fedeltà acquistò l'alta vittoria. 1533.

Quamnam hæc epigraphe innuat victoriam, mihi certe, vt dixi, non constat. cui certa res est, alienæ laudis amator existat. lubens transmittat. Neque verò Ioannes de Caroli V. liberalitate benemeritus virtutis suæ præmia non retulit; nam, præterquam quod ab eo Stratigotus Messanæ creatus anno 1543. quo anno infensissimus Christiani nominis, ac rei hostis Barbarussa Liparensem depopulatus est Insulam, singularemquè is virtutem animi prætulit sui, Assori Comitis titulo illustratus.

§. xxxvj. *Carolus. Ioanna &c. Nos Carolus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper augustus, &c. Meditantes sæpe numero quantum principes gloriosi, laudabilesquè efficiuntur, ac in regia dignitate sublimes, cum eorum subditos generosos viros meritis, ac alijs fortunæ dotibus præfulgentes speciali, dignoquè nomine, ac magnificis titulis placet insignire. Id quidem & nos oblata rationabili causa sponte facere consueuimus in eos præsertim, quorum proba, laudataquè vita, sanguinis claritas, generisque, & prosapiæ vetusta propago; nec non ingentia personæ merita regali quoque fauore, & beneuolentia dignos efficiunt. Cum igitur inter ceteros regni nostri Siciliæ vlterioris Proceres, & primates titulis, & honoribus insignitos vos spectab. dilectusquè noster*, DON IOANNES VALGVARNERA *Baro Terræ de Assar merito Comes sitis conscribendus, eorumq; cœtui, & numero aggregandus*, CVIVS QVIDEM VIRTVS, FIDES, ET INTEGRITAS, ANIMI STRENVITAS, STIRPIS, ET SANGVINIS CLARITAS *status, & patrimonij congruitas, aliaquè animi, & corporis ornamenta, nec non notabilia per vos gesta; grata quoque plurimum, & accepta seruitia* PER VOS, ET GENITORES VESTROS *Regibus coronæ, & domus Aragonum prædecessoribus nostris gloriosæ memoriæ, successiueq; nobis in vtraque fortuna præstita, quæquè nunc præstare non cessatis, & præstiturum continuatione laudabili, Deo dante, speramus. Nos quippe ad vos Comitis titulo, ac honore prædicto decorandum merito inducunt. quamobrem præsentis tenore de certa scientia, regiaquè auctoritate nostra, & consulto, ac motu proprio vos præfatum Spect. Don Ioannem Valguarnera cum dicta vestra terra de Assar ad Comitis, & Comitatus titulum, dignitatem, & honorem erigimus &c. Dat. in Ciuit. Magantiæ xi. Aug. primæ Ind.* 1543.


§. xxxvij. Anno 1553. ad Carolum V. Imperatorem reuertenti ab eo condendi Castellum, ac Oppidum Valguarneræ nomine appellandum facultas data; quo mortem obeunte inter ceteros ij eluxere liberi, Vitalis V. quem ex prima vxore susceperat, qui cum mundo nuncium remisisset sese diuini numinis cultui toto pectore mancipauit, ac Sigismundus Assorinæ ditionis successor, qui cum singulare suæ nobilitatis, ac virtutis specimen præsetulisset, ac expectationem omnium rebus præclarè gestis concitasset, immatura morte correptus in cælestes illas oras, vt confidimus, emigrauit.

§. xxxviij. Mariam filiam habuit virtute præclaram, prudentia insignem, moribus nobilem Assorini Oppidi hæredem. Ea demortua patruus Pontius Sigismundi frater Comitatus adijt hæreditatem. Is in regendis popularibus prudens, in præscribendis legibus op-

opportunus, in promouendis studiosis viris singularis. Non exiguum sui ipsius desiderium omnibus obeundo reliquit. Iosephum primogenitum inter ceteros habuit. a Patre non degener. Suauis moribus, prudens. cautus. Silentij amator. rerum nouarum hostis. Studiosorum assecla. literatorum Mæcenas.

§.xxxix. Ex Iosepho Assori Comite FRANCISCVS NOSTER, qui hodierna luce & Assori Comes, & Primus Valguarneræ Princeps, & Vrbis Panormitanæ Prætor, qui sic in Panormi luce versatur, vt ab vnoquoquè tum præcipuæ virtutis, tum summæ expectationis eques, cum ex equestri, auitaquè familia, vt demonstratum satis, rerum gestarum nobilitata vestigijs suum repetat genus, & suspiciatur, & ametur. Optima Iosephi maioris natu Assori Comitis inter ceteros prole tantus Pater gloriatur.

§.xxxx. Atq; hęc quidem omnia ex arbore, vt aiunt, a DON PONTIO VALGVARNERA fratre Don Francisci Principis confecto decerpta sunt mihi; In eo conficiendo non gloriæ, sed veritatis sectator. Auceps gloriæ gloriam quandoq; adimit sibi. Veritatis assecla laudem creat. Is ergo semper sibi similis, sibi constans. Vidi omnia, omnia legi, sic regio tabulario respondent, vt ex proposita veritate veritatis elucescat dies. Qui dictis non habet fidem. tabulas publicas consulat. non enauigandum. non in exteras oras concedendum. Regium tabularium Panormi dumtaxat est.



PANORMITANA
DON PETRVS PALACIO.



Ex tabulis publicis vrbis Vagliadolid. 8. Oct. 1626.

§.1. DPETRVS PALACIO illuſtris Palaciæ Familiæ Dominus quæ in Valle Vezanę Abbatia Sant'Ander maximè floret,cum in gentilitia nobiliſſimæ proſapiæ,ac maiorum ſuorũ ſtemmata non ſecus ac ſi in Hiſpanicæ nobilitatis ſpeculum oculos intorqueret,non voluntate ſolum ad eorum omnium prȩſtantiam proximè acceſſit,ſed & etiam imitatione conſequutus;cum ij planè in Hiſpaniarum inſtauratione ita egregiè habuere ſeſe,vt rebus prȩclarè geſtis peruetuſtam,auitamquè familiæ nobilitatem immortalitati conſecrarint , quam certè cum eorum veſtigijs noſter Petrus inſiſteret ſic perennat, vt nulla vnquam conſequentium annorum obli-

obliuione obſcuretur.

§.ij. Et quidem, vt rem omnem in pauca perſtringam, vel cum a pueris Petrus exceſſit, inter martiales tubarum clangores, interquè armorum ſtrepitus in prælijs naualibus huiuſce nominis fama non ſilet, cum is, captis iam ſeptem haud exiguis Pyratarum nauibus, biniſque maſcula virtute biremibus, quas vidit, quas Panormus captiuas inſpexit, Hiſpanię, ac Siciliæ Regis dignitatem amplificauit, Hiſpanæ gentis nomen promouit, ac Palacię familiæ gloriam in tot, tantorumq; Chriſtiani nominis hoſtium cruore florentem victor euexit. *Ex lit. dat. Pan. ab Duce Oſſ. 22. Iun. 1616.*

§.iij. Atque hęc ſuę virtutis inſignia in ipſo maris ſuſtulit ſinu. Quid? quæ in hoſtium finibus ſigna defixit? terra, mariquè eius gloria ſingularis. Sanguis effuſus, edita facinora, fugati, proſtrati, enectique hoſtes in maritimis Africæ oris proloquuntur. Hinc ſuper omnes retro auguſtiſſimus Hiſpaniarum Rex multis gloriæ inſignibus Victorem Petrum gratus exornat; Regiſque nomine Siciliæ Proreges, eius gerentes vicem, ſub quorum auſpicijs militat militiam, D. Petrus Giron Oſſunæ Dux Petrum electæ militum Hiſpanorum manui ſumma cum voluntate præfecit. Philibertus Emmanuel Sabaudiæ Ducis filius totius Chriſtianæ claſſis præfectus ſibi in regia triremi cuſtodem, tutelaremq; decreuit. Eminentiſſimus D. D. Ioannettinus Doria Auditoris triremis regiæ, ac decurrentium claſſium generalis titulo inſigniuit. Illuſtriſſimus, ac Excellentiſſ. D. D. Frãciſcus Fernandez de la Cueua Dux Alburquerquæ hac tempeſtate Siciliæ moderator viſoris gentis bellicæ generalis, Hiſpaniarum legionum, leuis armaturæ Equitum, Peditum, Arciumquè omnium in Siciliæ regno ad Siciliam ab hoſtium excurſione propugnandam exiſtentium nomine donauit. Ad hæc. ad ſummum Hieroſolymitanorum Equitum magiſtratum electus pro rebus non exigui ponderis, ac momenti ad Hiſpan. ac Sic. Regem facientibus orator acceſſit. Et demum hodierna luce hic idem Cap. D. Petrus Palacio in Panormitanę Reip. puppi ſedet, ac clauum Senator tenet, quæ quidem Reſp. ſicut auita, ingenitaquè felicitate gloriatur, ita & tantum virum Hiſpanum, Panormitanumque Patritium, cuius prudentia in agendis, ſapientia in adminiſtrandis, virtus in rebus perficiendis quaſi lumen elucet, ſinu fouere ſuo optimo quidem iure glorietur.

Ex lit. dat. ab Oſſ. Duce Pan. 22. Iun. 1616.
Ex lit. datis a Philiberto ſabaudiæ Duçe 1. Iul. 1622.
Ex lit. datis Panor. ab Em. Card. Doria 30. Aug. 1625
Ex lit. dat. Pan. ab Duce Alburq. 23. Oct. 1627.

HORA-

HORATIVS LO MELLINO.



§.I. SAtis, superquè huiusce familię terrarum orbi explorata, est ac certa nobilitas, cum in ea & Reges, & Archiepiscopi, & S.R.E. Cardinales summa cum dignitate floruerint. De hac certè vbi multa dixerimus, plura nobis omissa profitemur. Verum vt in Panormitanæ Maiestatis luce eius dignitas elucescat, præterquam quod hunc sibi locum iure vendicat suo, hic adnectendam putauimus.

§.ij. Ex publicis ergo Ligurum tabulis constat Napollinium lo Mellino Corsicæ Regem extitisse, qui profectò vt suum nomen tum immortalitati consecraret, tum vt prosapiæ dignitatẽ promoueret, tum

tum denique vt patriæ gloriam amplificaret in S. Georgij domicilio magnum auri, argentique pondus reliquit, vt singulis quibusque annis dena aureorum millia huiusce prosapiæ fæminis in matrimonium locandis pro dote tribuerentur. Viris autem, prout cuiusuis instituti ratio postulat, non parua vis auri decreta. liberalis igitur in suos. Munificus in pauperes Napollonius. quotannis.n. dum natalis Sacer Christi Domini, atquè è tumulo resurgentis a Christiana Rep. peragitur dies in pauperes non paruum argenti pondus, hoc iubente, erogatur. Sic planè firmantur imperia.

§.iij. Quare licet hæc tam nobilis, tamque illustris familia hoc Rege, tamen Panormitano Archiepiscopo gloriatur & suo Iacobo lo Mellino, qui primum Apostolicus Referendarius, deinde Guardiensis, mox Mazariensis Episcopus, ac demum ex Pij V. diplomate 1571. 25. Ian. Panormitanus creatur Archiepiscopus. Ante Basilicam, eo rem vrgente, ad amplificandam in S. Christinam ciuium, exterorumquè religionem mense Maio, quo ea mense in vrbem fuit inuecta, institutę sunt nundinæ. Ludouicum de Torres anno ab orbe reparato 1574. Montis Regalis Archiepiscopum Pontif. Opt. Max. inunxit imperio. Die ix. Augusti 1575. excessit è viuis. Eius simulacrum ex ære factum in sacelli Cathedrali solo iacentis hoc elogium prefert.

Iacobus lo Mellinus cum Guardiensis Episcopus, mox Mazariensis, & tandem Archiepiscopus Panormitanus summa cum religione, & populorum exemplo administrasset, ac in Concilio tridentino pro sancta Romana Sede, & in sede Romana pro Rege suo, & Siciliæ regno difficillima superasset, ad Deum, vnde exiuit, euolauit. quod terreum, & hac vrna clauditur, dum tuba canet. vixit an. 49. obijt 9. Aug. 1575.

§.iv. Neque profectò hanc vnam dignitatem præfert, cardinalitia etiam dignitate gloriatur; cum nemo sit, qui nesciat, quin inter purpuratorum Patrum Senatum purpurati Patris cognomento lo Mellino purpura enitescat. Omittimus cetera. cum de hac familia multi multa. Et quidem pręclara omnia, cum ea reapse sint; nisi forte, qui proferunt, vel rem exaggerent, vel dictione viros amplificent. Hæc certè ex hisce lubenter accepimus, sed lubenter omisimus, cum nobis planè nullas vel publicas tabulas, vel auctorem proferant. ad Horatium ergo.

Huic ab Ligurum Republica anno a Virginis partu 1596. in Ligurum ditione ea demandata prouincia, quæ non modo viri prudentiam, ac virtutem, sed etiam singularem muneris dignitatē optimo quidem iure commendat. Reip. characteres eloquuntur. accipe.

Du-

Duce, e Gouernatori della Republica di Genoua.

Confidati nella virtù, prudenza, e valore del Magnifico Oratio lo Mellino moderno Capitano di Voltri l'habbiamo eletto, ed in virtù delle presenti nostre l'eleggiamo in Colonello, e per Colonello nostro nel luogo di Voltri, ed a esso fino al luogo di Cogoleto, esso di Cogoleto compreso, e verso Leuante dell'istesso luogo di Voltri fino alla Chiesa di S. Antonio del luogo di Pegli comprese tutte le ville, che a tutto il sudetto paese prescritto spettano, ed appartengono con la solita auttorita, preeminenza, ed honori, e carichi soliti, e consueti in maniera che per quanto tocca alla cura, e carico di questo Colonellato possa mentre durerà il termine del detto vfficio di Capitano, che ora egli essercita ordinare, comandare, e prouedere, e fare, ed esseguire tutto quello che al predetto Magnifico Oratio para vtile, ed espediente e necessario per guardia, custodia, e difesa di tutti i luoghi, e ville sodette così da incorsioni de corsali, de quali si può molto dubitare in questo tempo, come etiandio da misfatti, che sogliono commetterli da banditi ladri, ed altre scelerate persone con molto danno de particolari, e pregiuditio publico, e che in oltre possa castigare i disubidienti, o negligenti in qualunque pena a lui arbitraria. Comandiamo dunque &c. Di Palazzo 23. di Settembre 1596

§. v. Singulari Horatij prudentiæ, ac virtuti singularis respondet auctoritas. Quo planè munere sic perfunctus Horatius, vt Ligurum Resp. satis iam viri virtute perspecta, in Corsicam Insulam alio præclariori nomine 1598. ablegarit. ecce tibi literæ.

Duce, e Gouernatori della Republica di Genoua.

Confidati nella virtù, integrità, valore, e fede del Magnifico Oratio lo Mellino nostro dilettissimo l'habbiamo eletto, ed in vigor delle presenti l'eleggemmo, e deputiamo Commessario nella Città di Aiazzo in l'Isola nostra di Corsica, e sua Giurisdittione, e luogotenente in dette parti dell'Illustre Generale Gouernatore nostro di detta Isola per mesi diciotto con bailia di mero, e misto Imperio, e possanza di spada, ed altri honori, e preeminenze spettanti e pertinenti alla degnità di detto vfficio. Ordiniamo perciò al prefato Illustre Generale &c. Date in Genoua nel nostro Ducal Palazzo a di xxx. di Agosto M. D. LXXXXVIII.

§. vj. Cetera, quę obijt, Horatius munera silētio prætereunda putauimus. ligurum Resp. testis locuples. testes publicæ tabulæ. consulat, qui velit. Hic ergo Ianuensi Reip. carus, carus itidem & Hispaniarum Regi, cum multos fere integros annos in publicis muneribus, in bellis terra, mariquè confectis pro tanto Rege eius desudarit industria; a Patre nimirum non degener, qui pro Hispani, ac Siculi Regis amplificanda gloria vitam profundere non dubitauit. Extant Illustrissimi, ac Excellentiss. D. D. Francisci Fernandez dela

Cueua

Cueua Alburquerquæ Ducis Siciliæ Proregis ad Regem perſcriptæ literæ, quæ cum de Horatij virtute proloquantur, hoc loco ſatis erit exſcribere. Qui legunt, ſententiam ferant. ſic habent.

Por los papeles que me a preſentado el Capitan Oraçio lo Melino pareze que començò a ſeruir a V. M. deſde antes de la guerra de Granada, y que ſe hallo en ella, en la Battalla naual, Toma de Tunez con las galeras de la eſquadra de Genoua gobernando las de Eduardo Zigala, que ſeruian a V. M. por aſſiento quando el Marques de Torrilla tomò nueue galeotas en los Alfaques de Tortoſa, y eſto a imitaçion deloque tambien ſeruio ſu Padre haſta que murio, a eſtado caſſado con Donna Soſosniba de Aguiſſola Dama de las Mageſtades de las Reynas Donna Iſabel, y Donna Ana Aguela de V. M. y el año de 605. en conſideraçion de dichos ſeruiçios le hizo V. M. merced &c. Et paulo poſt. *Mandò paſſar V. M. a eſte Reyno donde a ſeruido zerca la perſona de los Virreyes, y quatro años con vna galera deſta eſquadra que ſe le dio por aſſiento nauegando de continuo con ella, y trayendola eſte tiempo muy bien homejada, y armada para las ocaſiones, que ſe han offreçido del ſeruiçio de V. M. particularmente en las coſtas de Eſpaña el tiempo que durò la expulſion de los moriſcos adonde gouerno otras galeras como perſona platica dando muy buena quenta de loque ſe le encomendo ſegun çertifican los Marques de Santa Cruz, ſu German, Duque de Eſcalona, y Don Piedro de leyua, aſſi miſmo ha ſido ocupado por los Virreyes mis Predezeſores en los offiçios de Capitan de Armas a guerra delas Ciudades de Girgento, Mazara, y tierra de Santo Marcos, y en otros de Mucha confianza, y auendome pedido que lo repreſente a V. M. lo hago &c. Palatio 25. di Settembre 1628.*

Hiſpaniarum Rex Regum omnium gratiſſimus accepit epiſtolã, reſpondit ex ſententia. Sed ea de Horatio verba, quæ leguntur, diligenter attendenda: honorifica ſunt, egregia, illuſtria. Sic itaque Rex. *He tenido por bien de hazerle la merçed que pide atento a las cauſas particulares, que ay para eſto, y que habra pocos, o ninguno que pueda hazer conſequençia para lo miſmo hauiendo ſeruido el ſeſenta años como dezis. De Madrid a 11. de Deçembre de 1629.*

Yo el Rey.

Hæc breuiter de familia lo Mellino, hæc de Horatio, qui hodierna luce panormitani Senatoris munere perfungitur, ſummatim exarauimus, pauca quidem, ſed glorioſa.

DON CAROLVS DEL VOGLIO, ET CAMPISCIANO.



§.1 CArolus del Voglio, & Campisciano sui generis splendore non caret. si .n. ad antiqua temporum spátia respiciamus; huiusce maiores in Pisana Vrbe sic floruerunt, vt in Siciliam aduentantes, delectam vnam peculiari cũ nobilitatis laude Panormum Vrbem appulerint. Huiusce familiæ memoria vel hodierna luce in Pisana Vrbe florescit, cum in ea iure quodam, vt aiunt, patronatus potiatur, quod non solum a Caroli maioribus, sed vel ab ipso etiam Carolo hac nostra tempestate collatum. Publici tabellionis
„ Cæsaris Luparello extant rescripta, quę sic loquuntur. Præsenti scripto publico notum facimus, & testamur, quod Don Carolus del
„ Voglio quondam Don Ioseph quondã Caroli, eius Caroli quondã Pau-

Pauli V.I.D. & ipsius Pauli quondam Britij Pisani, Ioseph & Antonius del Voglio fratres quondam Britij, & ipsius Britij quondam Frederici, & ipsius Frederici quondam Britij Pisani &c. concesserũt & concedunt V.I.D. D. Annibali quõdam Gerardi Agliata Archipræsbythero Metropolitanæ Ecclesiæ Pisanæ mihi notario etiam cognito præsenti & stipulanti, & recipienti pro se, & durante eius vita, & ipsius alterius personæ per eum nominandi tantum, & dumtaxat & non aliter Ius patronatus, & Ius præsentandi, & nominandi infrascriptorum beneficiorum existentium in Ciuitate, & Diæcesi Pisana &c. Pan. 1622. Ind. 5. 27. Ianuar. ex hac itaque Pisana familia Primo, qui Panormi sedẽ collocarũt, ij. Antonius, ac Britius Fratres nobiles Pisani, qui eo tẽpore, ante centũ, triginta annos sacellũ in S. Mariæ de Angelis tẽplo sibi delegerũt. Nõ igitur est cur de Antonio verba faciamus, cũ is, nisi nobilitatis nota fuisset insignis, ex prole sibi iã susceptа generos in Vrbe nõ habuisset auita nobilitate florẽtes; quę quidẽ omnia cũ vnicuiquè cõstẽt satis, atq; ex publicis tabellionibus apertissimè deducãtur, nostræ scriptionis lucẽ nõ desiderant. *Ex actis Petri Tagliãtis Tabell. eodẽ ann.*

§. ij. Britius ergo, in vno .n. Britio sistendum, vxore iam suscepta 1493. ex antiquissima Cinchini Pisanæ Vrbis familia, Panormum venit, vbi cum suæ virtutis, ac prudentiæ non vulgare specimen præbuisset varijs munerum perfunctus honoribus, qui iam matura ætate delectus, vtpote cui non desiderabatur experientia, toti Calatanixettæ ditioni præfuit, in cuius administratione sic eius prudẽtia, & consilium eluxit, vt tanti viri singularem sapientiam fama prædicarit. Optima interim prole gloriatur, liberos .n. nec certe paucos sibi non degeneres ex vxore suscepit, virtutum asseclas, mascula virtute præstantes. *An. 1520. ex cedula monitor.*

§. iij. Inter cæteros, qui eo sæculo floruit vel maximè, Paulus, quẽ ius Pontificium, ac ciuile veneratur, & colit. Diploma consule. vel si lubet accipe. *Cũ igitur*, sic illud, *nobilis, ac præstãs vir Dominus Paulus Auolia Ciuis Panormitanus regni Siciliæ superioribus tẽporibus in celeberrimis Senen. & hoc Pisano gymnasii obuersatus, in ijsque summa probitate, integritate, ac cũ ingẽti omnium laude se gerẽs, incessanterque studio Iuris Pontificij pariter, ac ciuilis incũbens adeo in illis diuina sibi fauente, & assistente clementia profecit, &c.* Et plane tantã sibi laudem ex cõparata doctoris laurea Paulus acquisiuit, vt Panormi plurimis nec certe vulgaribus fuerit muneribus vsquequaquè perfunctus, quæ cum neminem lateant, mea scriptione non egent. *Dat. Pis. anno 1523. xi. Maij.*

§. iv. Hic ergo cum lauream ex nobilissima Capronarum familia duxisset vxorẽ, inter reliquos Isabellam, & Carolum sortitus.

Isabella quidem & generis decus, & Patris ornamentum ... in Panormitanum S.Caterinæ Monialium Cænobium volens sese abdidit, ac lubens; in quo cum sanctum vitæ genus instituisset mira cum sanctitatis fama decessit. Nobilitate insignis, virtute præclarior. Nulla vnquam tantæ mulieris gloriam in obscurabit obliuio.

§.v. Carolus verò prudentia insignis, sapientia singularis, virtute conspicuus. Pluribus hic tam Panormi, quam in Sicilia, ac Neapoli functus est muneribus. Ter vrbis Panormitanę Senator.
Ex tab. prætor. Vrbis. 1573. Oliuarensi Comite Prorege, ac Ioanne de xxm. Siciliæ Præside tam in Leontinis, quam in Cephaludensibus finibus Dux electus. In
Ex diplom. 26. Maij 6. Ind. 1593. Neapolitano Regno militię Præfectus sub Ferdinãdo Spinello; cuius literæ ad Carolum perscriptæ sic loquuntur.

Philippus Dei Gratia Rex &c.

Ex lit. dat. 15. Oct. 10. Ind. 1596. Ferdinandus Spinellus. Hauendone l'Eccellenza dell'Illustrissimo Signor Duca di Alcalà Vicerè, e Capitano Generale in questo
Ex lit. dat. 24. Maij Neap. 1560. Regno dato carico di Colonello di mille fanti Italiani per seruitio di detta Maiestà, e sapẽdo la molta affettione, che voi Signor Carlo del Voglio tenete al sudetto seruitio ed il valore, integrità, fede, ed isperientia circa le cose della guerra, ne ha parso conforme alla vostra qualità in virtù dell'auttorità, che tenemo dall'Eccellenza sua costituire, e deputare voi predetto Signor Carlo del Voglio in detto nostro Colonello Capitano di ducento fanti &c. Dat. Neap. die 24. Mensis Maij M. D.LX.

§.vj. Dę Carolo illud mihi iure dici potest. In bello armatus, & in pace togatus. Hic ergo, ex ducta iam vxore Maria cognomento Barresi Blasci Barresi filia, ex quo suum repetit genus Catholicæ Principissa, Iosephum suscepit. virtute, ac prudentia vel Patri simillimus, vel certè non degener. rectè illud.

Aen. 6. *........ vno auulso non deficit alter*
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Ioseph, vt posteritati consuleret, ac sibi, familiæquè prouideret, cum Flaminia Campisciano, & Ramo Baronis Hieracelli filia matrimonium inijt. Quanam, quantaquè nobilitate tum Campisciani, tum Rami Familia florescat, cum id constet satis, non est, cur mea
12. Ind. an. 1568. fol. 164. scriptione proferatur. Illud hic vnum obiter de Familia Campisciana te monitum volo hanc certe sic esse nobilitate florentem, vt in Regio tabulario eius nobilitatis diploma legatur.

§.vij. Sed hæc dicta, indicta sint. Ad rem. Ex Iosepho itaquè del Voglio, ac Flaminia Campisciano exortus est noster Carolus vtrinquè nobilitate conspicuus. Vxore Iaurea Lanza, & Agliata

ta ex Baronibus Ficarræ, ac Soloenti perfruitur. Quæ hic munia tum Eminentissimo, ac Reuerendissimo D. D. Ioannettino Doria, Siciliæ præside, tum Marchione Tauaræ Prorege, alijsq; Proregum temporibus obierit, nihil est, cur in ijs recensendis elaboremus. Neminem latent. Nullum .n. in Vrbe panormitana munus est, quod graue, dignumque iudicetur, quo perfunctus ille non sit. Si .n. ad ea munia respicias, quæ, vt dixi, Ioannettino Doria Præside, ac Marchione Tauaræ Prorege, dumtaxat Equites obirent, ex equitibus non semel, bis, ter electus obijt. Si vero ad armorum Ducis dignitatem oculos conuertas, ea plane dignitate Ossunæ Duce Prorege non caruit. Si demum ad cetera vrbis munia, quorum Prouincia solis equitibus vel a S.P. vel a Proregibus insignitur hæc certe ab hoc vno sunt summa cum laude suscepta, atq; administrata. & hodierna luce vrbis Panormitanæ Senator. literas consule. ad oram oculos intende. nihil fictum, nihil excogitatum. omnia veritati consona. Atque hæc inchoamenta potius, quam incrementa dignitatis.

Ex lit. dat. Pan. 3. Sep. 9. Ind. 1625. Ioa. Doria Præside.

Ex lit. dat. 27. Iun. 14. Ind. 1616. Pror.

Ex publicis tab. vrb. Panor. an. 1618. 19. 20. 23. 24.

Ex lit. dat. 6. Sep. 14. Ind. 1630. Pror. Duce Alburq.



ANDREAS VESPASIANI AGLIATA.



§.1. QVidnam de Aliatæ familiæ primordijs mihi certò definiendum, statuendumque sit, prorsus ignoro. Id vnum scio eam sic antiqua nobilitate florentem extitisse, vt ab omnibus in pretio fuerit habita. Quod inde liquet. Cum .n. tam F.Philippus Ferrari in suo Italorum Sanctorum albo, quam Archiepiscoporum Mediolanensium Catalogum de viris fama sanctitatis illustribus, ac nobilitate præstantibus meminisset, Sanctum Datium Mediolanensem Archiepiscopum non omisit. De quo sic ille. *Ferunt S.Datium Mediolani ex Alliatorum familia eo tempore nobili procreatum*. Ex cuius plane auctoritate deducitur non modo S. Datium ex Familia Aliatorum originem ducere, sed, quod caput est, eius familię deprehenditur antiquitas. Quid .n. sibi vult verbum illud, EO TEMPORE, nisi profecto anno ab orbe reperato quingentesimo sexagesimo, quo anno floruit S.Datius, Aliatorum familiam fuisse nota nobilitatis insignitam?

Philippus Ferrari in Sanctorum Italorū Catalogo. Catalogū Archiepis. Mediolan. par. 2.act. Sinodal.

Hęc

MAIESTAS.

A.

D. MARIANVS ALIATA.



§.1. LIceat mihi Mariani Aliatæ familiam aliquanto altius repetere, cum videam certè quocumquè eam tempore viris illustribus refertam ita floruisse, vt iure non laudanda modo, sed suspicienda etiam ab vnoquoque videatur. Ab Ioanne itaque Curopolata, Regnantibus Basilio, & Constantino Imperatoribus anno 975. posteritati relictum non modo Anthem Aliatam ita strenuum Equitem extitisse, vt Bardi Sileri Orientis imperium affectantis exercitus ductor extiterit, sed ab Imperatore etiam Diogene Romano missum 1070. magni animi, magnæquè virtutis virum Theodorum Aliatam contra Constantinum Michaelis Filium, qui de Regno

gno Diogenem deturbare, ac Bizantio potiri moliebatur. Floruit ita ſemper huiuſce familiæ virtus, ac dignitas, vt eam non Itali modo, vel Siculi, ſed vel Græci etiam ipſi ſcriptores immortalitati ſcribendo commendarint. Habes in Græco Pachimerij fragmento ea tempeſtate, qua tempeſtate Michael Paleologo regnante 1274. Bizantium inimica Claſſis obſedit communem totius exercitus ducem pro Vrbis, Imperijquè propugnatione virum vnum Aliatæ cognomento delectum, vt hoſtium virtuti ſua virtute reſiſteret, & Vrbem, Imperiumquè ab imminenti ſeruitutis metu liberaret. De hac pleriquè non pauca. ex pluribus ego ſeligam pauciora, tum quæ ad generis nobilitatem, tum quæ ad familiæ gloriam faciunt vel demonſtrandam, vel amplificandam.

In ſuo Inſulario. Et quidem tam Benedictus Bordonius inter ſeptem Romanas familias Aliatam familiam enumerat, quam liber ille, qui inſcribitur, *Inſcrittione dell'arme, ed inſegne delle famiglie*, vnam ex ijs autumat eſſe familijs, quæ antiquitus in Alemania Imperatores eligeret. Ioſeph Bonfilius in ſua Sicilienſi Hiſtoria ait hanc familiam ex Gallia ſuam ducere originem, ex qua Ioannes Aliata in Siciliam 1284. poſthabita Gallia vna cum Petro Aragoniæ Rege traiecit. In vniuerſum pæne Italiæ ambitum diuagata; ſed in hiſce præſertim Vrbibus Mediolani, Florentiæ, ac Piſæ domiciliũ collocauit ſuum; in quibus quidem ita ſemper floruit, vt fuerit ſemper viris nobilitate florentibus, & equitibus animi virtute gloriata præſtantibus. *In ſuis hiſt.* Conſule, ſi velis, Morigiam, Petrum Boninſegni, Bernardinum Corium, Matthæum Villani, aliosque. Et in Morigia illud quidem dignum, quod ſcribatur, quod laudetur, inuenies, quodque dumtaxat vnum & ad nobilitandam, & ad illuſtrandam hanc familiam, *Lib. 3. Dial. 14. Ian. anno x. 521.* ſi cetera deſiderarentur, eſſet ſatis anno ſcil. 523. S. Datium Aliata ſic mira vitæ ſanctitate fulſiſſe, vt fuerit in Sanctorum numerum, cælo miraculis expoſcente, cooptatus. De eo tam S. Gregorius, quam Romanum meminit Martyrologium.

Ceterum qui de hac familia generatim plura velit, legat Laurentium Taiuoli lib. 7. c. 1. & 6. hiſt. ſuæ, ac Matthæum Villani lib. 4. c. 31. 45. 47. Illud certum omnino eſt hanc familiam tum potentia, tum virtute in Piſana Vrbe valuiſſe. Conſule Petrum Boninſegni in hiſt. Florentina lib. 3. qui hæc inter cetera. anno .n. 1363. cum Duce Spinelluccio Ptolomei Senenſi trecentum equites, ac ducenti fermepedites Piſæ fines inuaſiſſent, hiſce quidam cognomento Aliata proceſsit obuiam, ſigna contulit, in fugam ſumma virtute coniecit.

Anno

Anno 1375. Philippus Aliata non modo Pisanæ Reip. nomine ad Ioannem Agathonem Gregorij Pontificis generalem legatum accessit, sed etiam ab eadem Rep. contra Colambrunum Pyratam pisanum mare grauiter obsidentem immissus, qui cum Philippi impetum sustinere præliando non posset, fugæ se repente commisit. *Laur. Taiu lib. 8. c. 3.*

Nondum adhuc reperi quanam ratione Aliatæ familia Panormum concesserit. Floruit hæc quidem primo Mediolani, cum Flaminius Rossi in theatro Italicæ nobilitatis Aliatam familiam inter primarias Vrbis Mediolanensis familias enumeret; & F. Paulus Moriggia in sua historia Mediolanensium Equitum albo Aliatam familiam adscribat. Ex Mediolana Vrbe deinde ad Pisanam Vrbem ea tempestate florentissimam se contulit, in qua quidem ita præclare se gessit, vt præcipua ipsius Reip. munera peculiari cum dignitate nominis obierit. aduentate vero Carolo Lucemburgo Romanorum Imperatore, quamuis castellis omnibus sub huiusce familiæ ditione collocatis libenter omissis, diuitijs tamen affluentes partim in Italiam, partim in Siciliam pacis sectatores, & concordiæ traiecerunt. Atque hæc quidem, quæ dicta sunt hactenus tum D. Francisco Aliatæ Principi Villafranchæ, tum D. Mariani Aliatæ fratris Baronis Soloenti (cum omnes ex vno, eodemque stipite proficiscantur) sunt communia. De illo suus erit dicendi locus, nunc nobilem Mariani prosapiam prosequamur. *In Theat. nob. Ital.*

Primus itaque 1330. Philippatius Aliata in Siciliam venit, ex quo Ioannes, & Nicolaus extitere; quem postremum Villafranchæ Princeps, ac Roccellæ Baro sui generis cognoscit auctorem. Is ita quidem liberos, posterosque similes habuit, vt viros & literarum gloria florentes, & singulari virtute præstantes obtinuerit.

Ex Ioanne vero Castri a mari, & Soloenti Barone Iacobus, donec 1420. procreatus est Gerardus. Hic certè ita sui nobilitatem generis, ac virtutem animi, rebus præclarè gestis, Alphonso Regi declarauit, vt Rex Prothonotarij Siciliæ munus huic conferendum statuerit. Rem integram ex Regis literis cognoscito.

Alphonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, &c. Dum ex communis famæ proloquio pensaremus tam vestri claritatem generis, quam vestrarum virtutum eminentiam, quibus personam vestram, vt inter alias eniteret, largitor bonorum operum largiter insigniuit, & fructus laudabiles, quos aliquos in administrationibus prudentiæ vestræ commissis producere solent vestræ personæ studia, & labores, quam etiam grata plurimum grandia, & accepta seruitia per vos nobis fideliter exhibita, & impensa præsumentes considerauimus vos ad alta prouehere. hac igitur considera-

tione

tione persuasi vos dictum Gerardum Aliata tamquam benemeritum, & ex multis, & laudabilibus vestris obsequijs, & in agendis nostris fructuosum multipliciter, & rationabili consideratione perutilem Prothonotarium, &c. Dat. in nost. fel. Castris apud mont. 22. Iun. 13. Ind. 1450.

Neque vero Alphonso dumtaxat, Ioanni etiam Regibus in delicijs, ac amore Gerardus fuit, cum ex Ioaone Prothonotariatus officium Mariano eius filio conferendi potestatem vel viuens obtinuerit. lubens, volensq; Regios characteres promo, cum vtrinque dignitas familiæ, & Regis voluntas elucescat.

Nos Ioannes Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, Valentiæ, &c. Consueuerunt magnanimi Principes officia suis subditis concessa eorũ exigentibus meritis, & seruitijs in eorum posteritatem ampliare. Perspectis igitur seruitijs arduis, & vtilibus, quæ vos magnificus, & dilectus, Consiliarius, & Prothonotarius noster in dicto Siciliæ Regno Gerardus Aliata, &c. Nec minus consideratis doctrina, ingenio, aptitudine, fide, dispositione, & sufficientia magnifici, & dilecti nostri Mariani Aliata filij vestri scienter, & deliberatè officium Prothonotariatus dicti Siciliæ Regni, quod per vos in præsentia regitur exercere, & possidere ad vitæ decursum vestræ, & post vestros dies dicto Mariano Aliata filio vestro prædicto ad vitæ suæ curriculum, &c. Dat. in Ciuit. nostra 14. Apr. 1. Ind. 1468. Habes integrum hoc diploma in registro Prothonotarij f.228. consule, si velis. nobis delibasse, vel innuisse sit satis. Gerardus duplicem sortitus est filium; Marianum, de quo iam supra, ac Rainerium non modo Castri a mari Baronem, sed Vrbis ẽt Panormitanæ ducem 1487. ac Prætorem 1494. ad cuius dignitatis apicẽ euehi nemo cũ posset, nisi prius militaris gradus splẽdore lustraretur, factũ est, vt in eũ huiusce nominis dignitas conferretur.

Ex lit. dat. in Ciuit. Tauromin. 9. Ag. 12. Ind. 1494.

Rainerius itaque, cum in luce hominum versaretur, quattuor sibi liberos superstites reliquit inter nobilissimos viros habẽdos: Iacobũ, Franciscum, Sigismundũ, ac Gerardum secundũ. Oẽs virtute insignes, sicuti nobilitate præclari. Iam ordine progrediamur suo.

Et Iacobus quidẽ Castri a mari Baro ita quidẽ virtute præstãs fuit, vt Regibus sese totũ lubẽs, volensq; deuouerit; & a Regibus sic sẽper est habitus, vt in plurimis Prouincijs administrandis electus.

Primũ itaq; 1506. Mag. Rationalis munere a Ferdin. Rege Iacobus insignitur. Ferdin. Regẽ cõmemorauimus; Ferd. literas audiamus.

Nos Ferdinandus Dei gratia Rex, &c. Vacante officio vnus ex Mag. Rationalib. Curiæ nostræ in dicto nostro Sicil. vlterioris Regno eidẽ aliquã probã, aptã, fidamq; personã, vt res ipsa exigebat, præficere pensitauerimus, occurristis nobis in mentẽ vos magnificus, & dilectus noster Iacobus Aliata

Aliata Baro Castri ad mare, cuius virtus, fides, & integritas satis nobis experta est. Ampliori itaq; vos dignitate, & honore nō dignū, ac beneme-ritū censentes non immemores seruitiorū plurimorū, & acceptorū per vos Maiestati nostræ præstitorū præsentis tenore ex certa scientia nostra, & consulto dictū Mag. Rationalatus officiū quouis modo vacans vobis eidē Iacobo Aliata ad vitæ vestræ decursum concedimus, &c. Dat. in Castello nouo nostræ Ciuitatis Neapolis 22. Ianuarij x. Ind. 1507.

Anno 1510. & Straticotus Messanæ creatus, vt ex Regis Ferdin. literis constat satis; quam planè Ciuitatē sic rectè, sapienterq; procurauit, vt, peracto, absolutoq; biennio, eum cōmuni consensione Messanenses a Rege expetierint, voluerint, obtinuerit.

Ferdin.. &c. Vicerex, &c. Spect. viro Iacobo Aliata militi Baroni Castri ad mare, Regni Sicil. Mag. Rat. Straticoto nob. Ciuit. Messanæ, &c. Perche la Cattolica Maiestà del Re Nostro Sig. per sue lettere ne scriue, e comanda sub forma sequenti videl. El Rey. Visorey. La Ciudad de Meçina nos ha scripto el contentamiento que tiene del Baron del Castell'a mar Maestre Raçional en esse Reyno, y de quanto bien ha regido, y rege su officio de Estratico en la dicha Ciudad, &c. Dat. Messanæ 7. Sep. primæ Indictionis 1512. Don Vgo de Moncada.

Cuius planè virtus sic eluxit, sic eū euexit, vt Mag. Iustitiarij loco constitutus successerit, ac pluries Vic. Generalis munus obierit. 15. *Maij* 2. *Indict.* 1514.

Anno 1519. Cameræ Reginalis, vt sic dicā, Præsidens, & Gubernator fuit à Regina Ioanna creatus. Munus quidē viris omni virtutū genere florētibus consentaneū. Cū itaque huiusce Regina characteres sint ita preclari, & honorifici, vt Iacobi virtutem vel amplificant, vel commendant, eos non duximus omittendos. Ij sic habent. 12. *Ian* 13 *Ind.* 1515. 21. *Mart.* 5. *Ind.* 1518 1520. 24. *Noue.* 15. *Indict.* 1526.

La Reina. Noble, Magnifico, y bien amado nostro. Recebimo vostras dos cartas de 15. y 18. de Iunio por las quales, y por la que nos ha scritto el Spet. Visorey desse Reyno hauemos sabido con quanta voluntad os ha plazido de quedar en nuestra camera Reginal por nuostro Presidiente, y Gouernador della, y de encargaros de las cosas de nuostro estado, y seruiçio, de lo qual certamēte hauemos recebido mucho plazer, y cōtentamiento, y lo agradecemos mucho por que siendo como soys tan honrado, y virtuoso Cauallero, y de tan buen regimiēto, y tan affectado a nuostro seruiçio tenemos por muy cierto que dareys tan buena cuenta de lo que haueys encargado, que con vostra prudēçia, y diligençia emendareis la floxedad, y poco recaudo de los officiales, que han tenido cargo de la dicha nuestra camara, y assi vos rogamos quāto podemos que lo hagays como de vos cōfiamos, &c. Dat en Barcelona a 27. dias de Agosto año de mil quinientos, y dizinueue. La Reina.

Magna ne hæc, accipe & alia præclariora. Comite .n. Mōrisleonis

nis Sicil. Prorege animã iam iam agente Præsidens electus vna cum Comite Borello Iacobus Aliata. Quo quidẽ munere cũ egregiè fuisset perfunctus a Carolo V. ipso eodẽ anno 1523. Regijs literis summa cũ sui nominis dignitate in Siciliæ administratione cõfirmatus. Patet vtrumque. Vtrumquè demonstremus. & primum quidem.

Carolus, &c. Vicerex, &c. Spectabilibus Don Camillo Pignatello Comiti Borelli filio nostro carissimo, & Iacobo Aliata huius Regni in officio Mag. Iustitiariatus Regio Locumtenenti Baroni Castri ad mare de Gulfo Consiliarijs, & fidelib. Regijs dilectis salutẽ. Cum Deo Dño nostro placuit in grauẽ nos incidisse ægritudinẽ, qua nobis persuademus, quod ab eodem Dño vocamur, &c. Volentes Cæsarei, & Regij seruitij, & beneficij huius Regni, vt sanè consueuimus, rationẽ habere, ne in obitu nostro circa præmissa prudẽtiæ recta prouisio desideretur, accersire fecimus Sac. Reg. Cons. huius Regni in hac nob. Ciuit. in qua in præsens residemus, & inter eosdẽ Reg. Consil. discuteretur, quid per nos ante discessũ nostrũ fieri posset, & deberet pro regimine constituẽdo, quod Cæsareæ, & Regiæ Maiest. seruitio, & vniuersali cõmodo, vtilitati, ac quieti iure Regni prædicti esset conducibile, et expediret, quo inter eos bene, vt nobis retulerũt discusso, & examinato, fuit per totũ S.R.C. votatũ, et conclusũ nemine penitus discrepãte, quod eligere deberemus in Præsid. huius Regni præfatũ vos Spect. Don Camillũ Comitẽ Borrelli filiũ nostrũ primogenitũ, et vos præf. Spect. Iacobum Aliata Reg. Locumt. qui simul coniunctim, & non diuisim prædictum Præsidentatus officium regeretis, &c. Dat. in nob. Ciuit. Messanæ 7. Decembr. xi. Ind. 1522. Alterum vero inde liquet.

Nos Carolus, &c. Dudũ per literas nostri Regij Cons. in Regno nostro vlter. Siciliæ residentis certiores facti sumus, quemadmodũ Spect. Hector Pignatello Comes Montisleonis Vicerex, & Cap. Gen. noster in eodẽ Regno graui detentus morbo, vitæq; ambiguus tãquam peritus, & prudentissimus Gubernator futuræ, si obiret, Regni necessitati occurrere cupiens, matura eiusd. Sac. Cons. deliberatione præhabita, eodemq; Cons. interueniente, & expresè assentiente binos constituit Regni Præsid. videl. Spect. Camillum Pignatello Comitem Burelli eius genitum, nec non Magnificum Iacobum Aliata Baronem Castri ad mare, &c. Et paulo post.

Qua quidẽ Præsidentiũ Viceregia constitutione, declaratione, & nominatione per nos inspecta ex vtriusque personæ fide, meritis, & industria, prudentia, & integritate apprimè confisi, alijsquè moti respectibus, & cõsideratione animũ nostrũ ad id dignè mouentibus præsentis tenore ex certa scientia, Regiaq; auctoritate nostra, motuq; proprio, & consulto dictum Præsidentium nominationem, seu creationem, & constitutionem Viceregiam, præinsertaque instrumenta, & omnia, & singula in eis contenta, & in-

& inde secuta laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, &c. Dat. in Oppido Vallis oleti die 11. Mensis Ian. 10. Ind. 1523.

Is itaquè & excellentissimis muneribus cõspicuus, & rebus præclarè gestis insignis cum filias ex Antonia la Grua Carinensis Baronis filia procreasset, ex ea post secundas nuptias cum Guilelmo ex Viginti millijs Maria Ioannis Marchionis Ieracis toto orbe celeberrimi mater exorta est.

Quid de Francisco? Franciscum Consiliarium Sicilia suspexit, & coluit. Sic Ioannes Rex habet.

Cum vos nobilis, ac dilectus noster Franciscus Aliata, &c. Confisique de vestra aptitudine, prudẽtia, atque probitate, quæ corã Maiestate nostra laudabili testimonio cõprobantur in vnũ ex nostris Cõsiliarijs, familiaribus creamus, & iubemus per præsentes, vt in Cõsilijs nostris, tã publicis, quam priuatis, vt & quemad. ceteri nostri Cõsiliarij, domestici, officialesq; nostri adsunt adesse possitis. Dat. in nostra villa Perpimani 4. Augusti 1473.

Omisso itaque Sigismundo, de quo planè nihil mihi dicendũ occurrit, cũ nihil hactenus de eo perlatũ ad me est, ad Gerardũ deueniendũ. Hic Siloëti Baro, ex quo Io. Antonius Siloenti itidẽ, ac Castri ad mare Baroniã ferẽte procreati ex Io. Antonio Ludouicus, ac Gerardus bis honore Præturæ insignitus. Ludouicus vero Siloëti, Castriq; ad mare Baro, qui sua præcipua, singulariq; virtute ab Regibus, Proregibusq; semper in pretio est habitus. Seni tandem ex Ludouico liberi extitere: Ioannes, Marianus, Cæsar, Iulius, Franciscus, ac Ierardus. hosce breuiter ordine præpostero prosequamur. *Ex act. celeb. in Vrbe Panor. 6. Nouembr. 10. Indict. 1521.*

Et Ierardus quidẽ Cauæ Prior, qui Cæsari fratri mortẽ obeunti in hac dignitate successit. Franciscus, ac Iulius milites, ille Hierosolimitanus, hic S. Iacobi semel Panormitanæ Vrbis Pręfectus, Dux legionis Italæ in expugnatione Aracis. Sex sibi habuit obtẽperantes Italos in hoc Regno Duces, quorũ omniũ cõmunis, vt ex literis D. Francisci de Castro Comitis Castri Siciliæ Prorege liquet satis, Moderator est dictus. Cæsar Cauæ Prior. Ioannes Soloëti Baro maior natu, Alcantaræ habitu gloriosus. hic cum tertium Vrbis Præfecti munere fungeretur, sic semper in ijs obeundis muneribus præclarè se habuit, vt apud omnes semper fuerit non vulgarem gloriæ fructũ consequutus. Marianus demum ter Panormitana Senatoria dignitate præclarus, semel Ducis gloria insignis. de quo planè cũ a Comite Castri ad Regẽ rescriptæ sint literæ, illi quidẽ honorificæ, familiæ vero gloriosæ omittendæ non videntur. Eæ sunt. *Ex lit. dat. 1618. Pan.*

Señor

En carta de 16. del mes de Iunio del año passado me manda V. M. que le

le enforme de la calidad, y seruiçios de Don Mariano Allata, y de los de su casa para resoluer la pretençion que tiene. En execution desto ho reconoçido los papeles, que me ha presentado, costa por ellos que su casa es vna de las antiguas, y nobles, que ay en esto Reyno, y que muchos de sus passados han seruido alla Real Corona de V. M. y particolarmente Gerardo Allata que seruio de Protonotario deste Reyno a la Magestad del Rey Alfonso e nel año 1450. *al qual offiçio le succedio Mariano Allata su hiyo, y que este Gerardo tuuo otro hiyo llamado Raynier Baron de Castel a mar, que exerciçio los officios de Capitan, y Pretor de Palermo en los años* 1487. *y.* 1494. *que este Rayner tuuo vn hiyo llamado Francisco Consejero deste Reyno, y tuuo facultad de entrar en todos los consejos, y otro hiyo llamado Iacomo e nel año* 1506. *fue Mastro Racional deste Reyno, y por lo bien que proçedio, y por lo zelo que tuuo al seruiçio de su Magestad fuè nombrado per Estratico de Meçina, y seruio a quel cargo dos años, y despues fue prorogado e nel año* 1512. *a petiçione de a quella çiudad por lo bien que se hauia portado en a quel cargo. Que despues e nel año* 1514. *fue nombrado por Lugar teniente de Mastro Iustiçiero, y de Vicario General en este Reyno, y e nel de* 1519. *por Presidente, y Gobernador de la Camera Reginal, y confirmado en el año* 1520. *por Vicario General del Reyno, y e nel de* 1525. *elegido por Presidente del Iuntamente con Camilo Piñatelo, y confirmado en el mismo cargo por la Magestad del Imperador Carlos Quinto de gloriosa memoria, que este Iacomo fue a quello del dicho Don Mariano suplicale, il qual a imitaçion de sus passados ha seruido tambien en diuersas ocasiones que se han offreçido, y estoy informado que en la del Parlamento General del año* 1612. *siendo el Prior de la Ciudad de Palermo fue gran parte paraque tuuiesse effetto el donatiuo de los* 500*V. que este Reyno offreçio a V. M. y que antes deste hauia seruido V. M. circa la persona del Marques de Hierace su primo sendo Stratico de Meçina, donde con su industria apasiguo vn tumulto grande, que entonçes suçedio en a quella Ciudad, y siendo Vicario General el dicho Marques fue causa el Don Mariano de que se estirpasse vn buen numero de Vandidos. & paulo post. Este Cauallero de mas de los seruiçios que representa se ha tratado siempre con mucho lustre, &c. Palermo* 26. *de Mayo* 1619.

Breuissimis totam Mariani Aliatæ familiam circumscriptam characteribus en habes. legito. videto an digna præconijs, an Scriptorum commendatione videatur.

MAIESTAS.

DON IOSEPH ANTONIVS DE BALLIS.



§. I. BALLORVM Familia a quanam primum Vrbe duxerit exordium mihi certè non liquet. Et quãuis ad id inueniendum seriò animum adiecerim, nunquam tamen certò finem assecutus sum meum. Coniecturis vtar, quas, si placet, probes.

§. ij. Ex Bononia ergo celeberrima Vrbe suam repetere originem sic proponitur. Et quidem nõ solum a Vezano Bononiensi Patritio Bononiæ hist. perscribente, sed tam ab eius vrbis, quàm a S. Petronij tabulario commonemur, eam inter Bononienses familias recenseri. Huc accedit & nimia necessitudo, quam cum Sanctio Ballo nõ carminibus modo, sed ét publicis literarũ monumentis approbatam *in hist. Bon. ad an. 1278*

An-

lib. 3. Epist. Ant. Pan. f. 36. mihi. Antonius Panormita contraxerat, quæ profectò si apertè non conuincit, vtrumq; certè innuit esse eiusdem Bononiæ vrbis oriundum. Præterquam quod, vt omittantur familiæ stemmata, quæ tam ijs, qui degunt in Sicilia, quàm qui in Bononiæ luce versantur, sunt omnino communia; præclari illi Bononienses iuris prudentiæ Doctores Laurentius Pino, & Iacobus Machelonelli de non paucis huiusce familiæ Proceribus in eorum cōsilijs meminere. Et superibus annis, neq; ex pub. Tab vrbis Bon. .n. repetenda sunt antiqua temporum spatia, Bonifacium de Ballis Bononiæ domiciliū S. Crucis titulo insignitum proprio ære ditauit. De hac familia de Ballis Auctores sic præclarè, honorificeq; cōscribunt, vt huiusce memoriam nulla vnquā inobscuret obliuio. Auctor .n. ille, qui Pistoiæ scripsit hist. 1347. Nicolai de Ballis, vna cū paucis alijs Romanis Proceribus Romæ bellando demortui, dum Vrsinorū f. 208. mihi partes sequeretur, inter scribendum nō oblitus. sic habet. *Li nomati morti della Colonna furono questi Stefanuccio, Giouanni suo figliuolo, &c. Delli Vrsini furono morti Misser Ranaldo, e Giordano, Cola Balli, da Molona, &c.* Sed persiste amabo te mi lector; quod .n. hic legitur, *Molona*, legendum, *Modena*, error Typographi est. commutata .n. literula illa l. in d. erroris vmbra disijcitur, ac veritatis fulgor elucet. certum .n. est, si Vezano Bononiensi habenda est fides, hanc familiam, vna cum plerisq; alijs ex Bononia vrbe deiectam an. 1278. ac Modenam contulisse sese. Quare typographiæ, non scriptori adscribendus est error. hactenus vsi coniecturis sumus. mihi .n. quod certum est, decernitur, ac ratione firmatur; quod incertum, ac dubium, Lectori proponitur; vt id si forte arriserit, sequatur.

Quod ergo dubitationem nō mouet id est. Ballus Ballus omnium Princeps in Siciliam appulit, qui non solū Viceportulani, ob collata Regi Alfonso, vt loquar cum diplomate, *grandia, & laudabilia seruitia, suisq; posteris vtillima*, sed etiā ad regij militis dignitatē euectus; cuius plane quam magna, quamq; sit ingens non est cur mea toties oratione proferatur. satis alibi ex occasione iam dictum. Hic Euge- Ex lit. dat. Rom. 1431 & 1433. Romæque transcriptis in offic. D. Hieronymi die 22. Iun. vi. Indict. 1608. nio IV. Pontifici Opt. Max. sic in delicijs fuit, vt vbi tum sibi cum Agathæ vxori pontificias literas plenas pietatis, & amoris obtinuit, quibus tum in extremo vitæ agone constitutis, tum ēt Confessarium ex voluntate deligētibus semel dumtaxat peccatorum omnium venia conferebatur, in cælum emigrarit.

Tres sibi superstites filios reliquit Ioannē, Henricum, ac Sancium omnes a patre non degeneres. Ordine præpostero progrediendum.

Sancius & morum grauitate, & prudentia, & virtutum omnium studio cōspicuus, quem semper Rex vnice dilexit Alfonsus, quemq; in

In suis carminibus celeberrimus vir ille Antonius Panormita commendat, quemq; in curia Alfonsi Regis socium, cui fuit ille a secretis, appellet. Extat ad hunc ab Antonio epigramma conscriptum, ex quo Antonij de Sanctio sententia deducitur, & beneuolentia declaratur. Hocce est. *Ant. Pan. de dict. & fact. Regis Alph.* *In lib. Epist*

SANCTI Musarum lector studiose mearum,
Cui plusquam satis est nostra Thalia placet.
Desine mirari versus quos inter edendum
Edimus, aut hora carmina lusa breui.
,, *Testis es vt cum iam versu defixior essem*
E digitis calamos abstulit vrsa meis.
Carmina iam nosti strepitu, persæpe, foroquè
Condita sint medio qualiacumquè legis.
,, *Verum adeo longe me diligis, vt tibi vatis*
Threicij videar continuisse lyram.
Si qua tamen nostræ dederit sors ocia pennæ,
Et me tranquilla scribere mente sinat
Est animo versus, quos non obliteret ætas
Conficere ingenij ni mihi vana fides.
Interea felix, & amans mi BALLE valeto,
Fiant & parcæ ferrea fila tuæ.
Et tua crudelis deponat Masia fastus,
Atquè iterum felix dulcis amice vale.

Henricus, qui cum ab Alfonso Rege summo eum studio prosequente literas commendatitias ad Eugenium IV. S. R. E. clauum id temporis tenentem de meliori nota perscriptas accepisset nō solum fuit ab Pontifice acceptus humaniter, sed quod sibi erat maximè inoptatis, assecutus. Regis literas nō legi. Pontifex meminit. mecū breuiter vtriusq; animi propensionem in Henricum cognoscas velim. Inter cætera ergo hæc.

Nobilitas generis, vitæ, & morum honestas, aliaq; laudabilia, &c. Volentes igitur tibi prout asseritur, qui de militari genere procreatus existis, præmissorum meritorum tuorum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filij nostri ALFONSI REGIS Aragonum Ill. pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis gratiam facere, &c. Dat. Romæ 8. *Kal. Maias* 1431.

Ex hoc Pontificis diplomate illud, ni fallor, vnum, haud obscurè deducitur Regis videlicet in Henricum voluntas, ac beneuolentia singularis, cum & nobilem Henrici prosapiam, & ab Henrico in Regem res præclarè gestas breui oratione perscripserit, itaque planè per-

perſcripſerit, vt in Henricum voluntatem ſcribendo declararet Rex ſuam. Quare non immerito S. Pontifex, *Pro te dilecto ſuo*.

Ex pr. dat. Pan. 1434. Ioannem ergo maiorem natu filium a patre nō degenerem, tanta beneuolentia complexus Alfonſus Rex eſt, vt eum decedente iam patre, patrio Viceportulani honore non ſpoliarit, volueritque, vt qui patris ſenſus, moreſq; viuendo expreſſerat, eadem in Siciliæ Regno dignitate frueretur. Quæ plane Regiæ voluntatis, ac beneuolentiæ ſignificatio ſic ab Rege Ioanne conſequentibus annis approbata, vt ſumma cum animi ſui voluntate collatum Ioanni ab Alfonſo Rege beneficium nouo diplomate confirmarit. *Ex pr. dat. Barcin. 3. Feb. 8. Ind. 1460.*

Quattuor hic ſibi filios ex vxore ſuſcepit, Couinum, Ballum cognomento II. Antonium, Antoninum a rationibus Magiſtrum; cuius doctrinam vrbs Panormitana demirata eſt, cuius integritatem Siciliæ Regnum ſuſpexit, cuius virtutem boni omnes & laudibus extulerunt, ac pleno ore prædicarunt.

Couinus Ioanne II. glorioſo filio glorioſior. Hic anno 1516. Carolo V. Imperatore regnante, dum variè, grauiterquè Siciliam ſeditioſorum hominū tumultus agitarent, ac vbique pæne locorum omnes ad arma vel exciti, vel conuocati conuolarent, quattuor fratres illos Regis, ac pacis hoſtes Alcamum opprimentes intempeſta nocte aggreditur, deprehendit, interimit, vnoquoq; temporis puncto non minus Imperatori ſuo, quam ſibi Alcamum reſtituit. Quod plane facinus ſic ratum habuit Carolus Imperator, vt Ioanni non pauca contulerit accepti beneficij non immemor. *Ex Priuil. dat Pan. 2. Octob. 1535*

Ex act. Pet. An. Balduc cio 8. Iul 14 Ind. 1556. Ex Ioanne Gratianus Baro I. Calatubi, qui cum familiam varijs amplificaſſet honoribus, ſibiq; immortalem pænè gloriam comparaſſet ſummum ſui ipſius deſiderium non ciuibus modo, ſed duplici etiā filio ſibi ſuperſtiti Ioanni III. ac Ioſepho reliquit. Ioſeph S.T.D. eximius, non Panormi modo, ſed etiam Romæ conſpicuus. vir optimi ingenij, integer, ingenuus. literatorum Mæcenas, bonorum aſſecla, ſtudioſorum amantiſſimus.

Ioannes vero ſecundus Calatubi Baro a ſuis maioribus nō degener optima Ioſephi Antonij hodierna luce viuentis, ac Baronis Calatubi gloria inſignis prole gloriatus. optimæ Eques indolis, ac ſingularis prudētiæ, quem Reſp. Panormitana anno ſuperiore in Reip. puppi ſedentem, vnaq; cum cæteris Senatoribus adminiſtrantem Vrbem non ſuſpexit modo, ſed & maximè coluit, vniceq; dilexit.

B.

D. VINCENTIVS BARDI CENTELLES.



BArdorum familia sic longe, latequè suæ nobilitatis semper extulit iubar, vt sua ferè luce mundum oppleuerit, ac nemo ferè est, qui de Hetruscorum Equitum nobilitate conscripserit, quin huiusce familiæ nobilitatem luculenta oratione commendarit. De hac multi multa. Ego pauciora, & claro scribendi genere, & breui dictionis anfractu.

§. 1. Sunt qui affirment hanc ex Longobardis ducere originem; Alij ex Castello quod Bardo nuncupatur, nomen trahere; non-

nonnulli ex Ligurum vrbe proficisci. sic ille.

Inclyta Bardorum Liguris descendit ab oris
Diuitijs quondam pollens, nulliquè secunda
A se prælongo tribuit cognomina cliuo.

Ego vero cum plerisq; non vulgaris notæ scriptoribus sic sentio hanc familiam ex Florentina vrbe ex Comitibus Vernij cudentibus argentum fuisse profectam; & Paulus Mini in suo libro Florentinæ

f.240.mihi vrbis Apologetico affirmat; *La famiglia de Bardi hà hauuto, ed ancora hoggi hà la Signoria di Vernio.*

§. 2. Porro in ea vrbe hæc prosapia sic floruit, vt, prætérquam quod ante 1150. ad hunc vsque diem haud interpolata nobili-

ex monum. vrb. Flor. te publicis monumentis, ac rescriptis mirus tantæ familiæ comprobatus est splendor, (licet sit, qui affirmet hanc Caroli Magni tempore floruisse) in Florẽtina tñ Rep. principẽ semper sortita fuerit locum. Nec planè quempiam legi, qui vel de Bardorum nobilitate verba non fecerit, vel eorumdem diuitias scribendo non extulerit. Quare Florentinorum stemmatum auctor cum de hac familia loqueretur, sic habet.

Discorso del Borghini. *Nell'arme de Bardi grande, e numerosa famiglia si veggono molte di queste aggiunte nelle case loro, e nelle sepolture, ed oltre al Castello del lato, de Signori di Vernio, del quale si è detto, si riconosce nella parte di sopra i tre Leoni per vn priuilegio d'Inghilterra guadagnato ageuolmente quando vi haueuano quei gran trafichi, e di sì smisurata somma di moneta, seruirono quel Rè nelle sue guerre con Francia, che ne rimaser deserti, e se cosi è, troppo costar loro quei pochi leoni, e così piccoli.* hæc ille. vt mirandum plane non sit, si, cum secum ipse Cosmas Medici Magnus Hetruriæ Dux animo vxorem ducere cogitaret, Contessinam de Bardi ex Comitibus Vernij vxorem duxerit. Sansouinus. *Cosmo,*

lib. 3. f. 236 mihi in man di Chron. sic inquit, *Medici Gran Duca di Toscana prese moglie Contessina de Bardi de Conti di Vernio, della quale gli nacquero Giouanni, &c. che fu marito di Cornelia de gli Alessandri.* Et Franciscus Zazzera hæc eodem

tom. 1. fol. 211. fere exemplo. *Fù la sua Donna,* de Cosmo scilicet sermonem habet, *Contessina dell'antica, non men che nobil famiglia Bardi Signora del Vernio, della quale lasciò Pietro, e Giouanni, il quale si ammogliò con Cornelia de gli Alessandri.* Iure ergo hæc familia & Proceribus, & Dynastis, & Archiepiscopis, & Cardinalibus gloriatur, cum hanc & Archiepiscopi, & Cardinales illustrarint, ac florentina non modo Diœcesis, sed Italia etiam vel hodierna luce vnius Cosmæ Bardi Florentini Archiepiscopi, & Philippi Cortonæ, & Cosmæ itidem Episcoporum in Auinionis comitatu singulari virtute perfruatur.

Quare

Quare Paulus Mini cum de Florentia nobilitate sermonem habe- f.136. mihi
ret, vniuscuiusque Florentinæ familiæ purpuratos Patres enumerando Cardinalem vnum cognomento Bardi ab Alexandro VI. Pont. Max. creatum ordine recenset suo.

§. 3. Qua vero ratione permoti huiusce familiæ Proceres in Siciliam appulerint, perantiquum Anselmi de Franco rescriptum non silet. Illud ego summatim, sed luculentius: Fame ergo in Florentina vrbe bacchãte, atque iam in dies annonæ Caritate ingrauescente Petrus Bardi Eques Florentinus, qui magnam secum Equitum copiam adduxerat, Catanam venit, in qua cum Frederico II. sermonem habuit, vt bona cum ipsius pace non exiguam, tantam scilicet, frumenti vim e Regni finibus extraheret, atque in Florentiam vrbem exportaret, quo facilius tantæ vrbi fame laboranti suppetias ferret. Annuit Rex. Rex vero cũ secum ipse Equitis mores, vultumquè humano pæne augustiorem perpenderet; voluit, vt ex Sicilia non recederet, sibiquè curæ fore & ipsius dignitatem, & familiæ gloriam. Modestè quidem, sapienterquè respondit, habitis prius de more gratijs, se se ipsius voluntati facturum satis, si tanto beneficio hoc singulare beneficium accederet, vt Florentina Resp. de hoc nouo Regis munere, ac decreto commoneretur. Factum est. Quoniam vero Petrus martiali virtute præstabat, masculumq; animum gerebat in pectore, ad bellum contra Alexandrum III. Pont. Max. ab Rege deligitur. Hic, ne cum Romanæ Ecclesiæ Pastore certaret, morbo laborare simulat se se. tandem vt Regis voluntatem, plausumq; captaret, ac animi virtutẽ præferret suam, sedatis illis, in alia bella se cõtulit. Et plane sic in ijs eius animi virtus semper eluxit, vt omnes virtute, rebusquè gestis superarit; in quem proinde vnum Rex & animum, & oculos conuerterat, tantamquè beneuolentiam in vnum dũtaxat Petrum Bardi, studiumq; nauauerat, vt plurimis honoribus, ac infinitis pæne beneficijs affecerit. Et quamquam nonnulli in eius caput insidias struerent, technasquè pararent, is tamen eas prudenter euitare, ac munificus in omnes vniuscuiusq; animum nouis semper beneficijs, nouisq; sibi muneribus obstringere. Magni plane consilij vir, digladiator egregius, venator eximius, musicus nobilis, & quod caput est, Pauperum cultor. Hunc Rex suis donauit insignibus; quibus nunquam est vsus, sed gentilitijs, ne familiæ iniuriam inferret, cum gentilitia, vt aiebat ille, ab germana Bardorum nobilitate non abhorrerent. Plura de hoc Hugonis Falcandi nepos in suis conscripsit historijs. hactenus ille.

S. 4. Hic

§. 4. Hic ergo cum Panormum concessisset, atque in Panormitana vrbe domicilium locasset, pluraquè suæ virtutis vestigia reliquisset impressa non ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam, regnante Petro de Aragona Rege 1342. excessit è viuis. Ampla illi hæreditas superstes fuit, eaq; vt Antonius Andreas eius frater potiretur, ex Florentia Vrbe Panormum se cōtulit. Ex ducta ergo vxore Antonium I. Iacis Dominum suscepit, eumque ex Margarita de Gratiano coniuge, & Bartholomæo, & Antonio. II. & Io: Iacobo, & Angelo, & Guilelmo liberis gloriatum.

§. 5. Iacobus cum primum ex Florentia vrbe Margaritam Bandini, ac Bononiam sortius vxorem fuisset, Ioannem filium Panormitanæ Vrbis Prætorem suscepit; deinde vero secundis nuptijs cū Aloysia Calcerani de Cartagliano, & Florenæ filia celebratis, Bartholomæum, Simonem, & Calceranum filios habuit.

Antonius Iacis oppidi Dominus, ac Fontanæ muratæ, & Calcusæ Baro Bartholomæam Ioannis Castronij militis filiam duxit, ex qua Aloysius. Ille 1456. 61. 62. 74. in Panormitana vrbe Præturā exercuit, itaquè planè, vt non vulgarem in Rep. administranda gloriam assecutus. Publica vrbis monumenta testantur. Huic ab Rege Ioanne fuit meri, vt aiunt, mixtique Imperij collata auctoritas, & vt ipsi dumtaxat vni ad seruandam fidem sollemni sese sacramento populares obstringerēt. Diploma præstolatur: sic habet.

In lib. Cur. Prætor.

Ioannes Rex Aragonum, Siciliæ &c. Cum Magnificus Antonius Bardi de Magistro Antonio emerit a nobis veluti procuratore Serenis. Regis prædicti, vt Regis, & Patris, ac Curatoris, & legitimi administratoris Illustriss. Domini Principis eius filij primogeniti terram cum Castro Iacij cum iuribus, & pertinentijs suis, & supplicauerit nobis, vt eum assecurari facere dignaremur a Vassallis, & hominibus præfatæ terræ . . . . . Iuramentum, & fidehomagium fidelitatis, & assecurationis præstari facere mandaremus. Et post paulo. *Ea propter huiusmodi supplicatione vt rationi consona admissa, vobis tenore præsentium; dicimus, committimus, & mandamus expresse quatenus dictum iuramentum fidelitatis, & assecurationis a dictis vassallis, & hominibus, & singulis præfatæ terræ Iacis fieri, & præstari facere debeatis. &c. Dat. Pan. 13. Nou. 1468.*

§. 6. Antonio successit Aloysius paternæ hæreditatis hæres; & magni Camerlinghi, seu, vt aiunt, Camerarij dignitate gloriosior. Hic Saluatorem Trabiæ, Iacis Oppidi Dominum, ac primum Sambucæ, & Mililli Baronem, ac Hieronymum ex Elisabettha Abbatelli sortius est liberos. Saluator ex Antonina Elisabettha

Bia-

Blaſchi Lancia filia Ludouicum habuit; Hic vero Lucretiam Moncada, & Luna Antonij Moncadæ Aternò Comitis, ac Calatanaxettæ Domini, & Ioannæ Eleonoræ de Luna, Peralta, & Aragona ex Infantiſſa, vt ſic dicam Eleonora filiam duxit vxorem, ex qua Ioſephum magnum itidem Camerlingum, in quo huiuſce dignitatis flos omnino defloruit, ſumma cum familiæ dignitate ſuſcepit.

§. 7. Ioſeph Nicolaum Sambucæ Marchionem ex D. Caſtellana Centelles, Emmanuel, ac Perillos D. Almerici de Centelles Gagliani Comitis maiore natu filia ſuſcepit.

§. 8. Iuuat hoc loco quæ de familia Centelles circumferuntur in pauca perſtringere, vt huiuſce familiæ nobilitate mei operis Maeſtas & videatur, & ſit prorſus auguſtior. Neque .n. abs re eſt hic de Centelles proſapia ſermonem habere, cum hic Nicolaus eius caput hodierna luce habeatur, cui iure hæreditario, vt dicam Hiſpanice debentur. *El Stado de los Valles de ſepta traba del in Villa de Gorga nel Reino de Valencia, el Contado de Petralba.* Atque ob hanc certè rationem ab Nicolao, ceteriſquè, qui ab eo proficiſcuntur, Centelles nomenclatura retinetur, cum tanti generis maior natu ſit ipſe Nicolaus.

§. 9. Hæc itaq; Gilibertum Centelles ſuum agnoſcit auctorem, qui cum nouem illis Dynaſtis, quorũ nomina, quattuor dũtaxat ab Angelo Galcoto in ſuo M. S. recẽſentur, Rogerius Catalon, Dapifer Moncata, Guilelmus Cruillas, & Gilbertus Centelles, ad expellendos ex omni Gallia Mauros, comparata iam ſtrenuorum militum manu traiecit in Galliam. Quorum omnium virtute ſic profligatus, proſtratuſq; Maurorum exercitus fuit, vt breui temporis interuallo non vniuerſa Gallia, ſed omnis etiam Hiſpania fuerit ab illa hominum peſte liberata. Varijs ergo diſtenti bellis, varijſquè inſigniti victorijs æternam ſibi nominis famam in terrarũ orbe compararũt. *Petr. Tomi lib. primo. Surrit. c. 2. c. l. 4. mihi.*

§. 10. Progrediente vero tempore cum Carolus Magnus Rex Galliæ in hoſce Mauros arma, Comite horum Hæroum, ac Ludouici filij virtute ſtrinxiſſet, ac ſigna perſæpe contuliſſet, totam Cataloniæ regionem ſuæ dictioni, poteſtatiquè ſubegit. Quare Carolus; vt eorum Dynaſtarum exantlatus labor, ac effuſus ſanguis grati Regis munificentiam, annis conſequentibus eloqueretur, ijquè omnes meritis afficerentur honoribus, nouem illis Baronibus nouem Baronias ſuapte ſponte conceſſit, ac populares eo nomine vocarentur, quo quidem ij à Baronibus vocarentur ſuis. *Sur. loco ſup. laud.*

§. 11. Iam horum Dynaſtarum hæredes octingentorum fermè annorum interuallo tam in Cataloniæ, quam in Aragoniæ Regno flo-

floruerunt, eorumquè nepotes militari virtute conspicui a suis maioribus non degeneres pro Aragonensium Regum vel retinenda, vel amplificanda gloria diuersis temporibus, & insignes victorias, & multiplices honorum assecuti sunt gradus; imo vero etiam, si Angelo Galeoto Hispanorum annalia perscribenti habenda fides est, vel cum ipsis Regibus, initis, celebratisquè matrimonijs affinitatẽ contraxerunt. Atque hæc de Centelles familia generatim.

lib. 1.

§. 12. Anno ergo, vt certa ab incertis seiungamus, 1145. Goffredus Centelles cum rebus præclarè gestis suum nomen immortalitati consecrasset, inuictissimiq; sibi Ducis gloriam comparasset, ab Raymundo Berlinghergio Aragoniæ, & Cataloniæ Principe, & Naiaræ Comitatu, & Castellis Almenæ, ac Albesæ donatus.

Ang. Galeot. lib. 1.

§. 13. Regem Iacobum de Aragona ad bella proficiscentem, qui ex Maiorica, Minorica, & Valentia, expulsis, enectisquè Mauris, acquisita gloriosum Assertoris nomen assecutus, Bernardus Centelles summo animi ardore prosecutus; atque in Valentiæ, ac Burianæ obsidione sic præclarè, strenueque se habuit, vt non modo semel, atquè iterum ab Regis capite mortis periculum propulsarit, sed & etiam Regnum illud a Mauri Regis Zaen potestate liberarit; quem hisce præclaris editis facinoribus non solum in masculæ virtutis præmium Noles, & Onda Castellis muneratus est Rex, verum etiam terræ, marisquè Præfecturam contulit, vt aduentantibus ex interuallo Christiani nominis hostibus fortiter obsisteret. Quamobrem is tunc temporis Valentiæ sedem statuit suam; ex qua Valentiæ Centelles familiæ Proceres, ac Nules, & Onda, ex quibus Oliuæ Comites, Galeoto testante, profecti sunt Domini.

idem ibid. loco supra laudato.

§. 14. Anno 1323. Gilibertus Centelles in prælio in Sardiniæ Regno commisso pro Alphonsi Regis gloria gloriosus excessit è vita, qui multorum annorum spatio, Petro Rege, Maioricæ Gubernator fuit, atque in Canete Castelli expugnatione fortem, ac strenuum se præbuit Ducem.

§. 15. Anno 1325. Bernardus Centelles in expugnãdo Callaris Oppido & Equitum Dux fuit, & strenuus, qui vt Alphonsum Regis Iacobi filium a vitæ discrimine saluum, incolumemquè seruaret, vulneribus confossus, è vita migrauit. Illi Gililberto, qui floruit an. 1323. Gilibertus successit: Hic vel adolescens Hispanorum Equitum in Maiorica Præfectus, illudquè Regnum sic integrum ab omni hostium excursione seruauit, vt haud multo post illius fuerit moderator patrem secutus. Ad Ioannem de Luna Pont. Max. orator accessit. Iacobum Soleres nobilẽ Valentiæ Equitem crimino-

sum

sum morte mulctauit. Hic ergo cum res praeclarè gestas edidisset, ex Valentiâ multis hominum millibus in Siciliam ablegatus, vt scelératorum hominum ab Rege deficientium audaciam retunderet, impetusque vel retardaret, vel omnino comprimeret. Demum cũ sub Rege Martino vitam viuere secum ipse decresset Constantiam de Vigintimillijs Golisani Comitissam duxit vxorem. Hæc ex Surita summatim. 2. 3. & 4. par. in hist. Hispan.

§. 16. Golisani itaque Comes factus ex vxore suscepit Antoniũ, qui cum nuptias cum Marchionissa de Cutrona celebrasset, & Cutronæ Marchio, & Golisani Comes habebatur. ex Antonio Henricus; cui plane vna cum patre inimici cum defectionis notam ab Rege Aloysio Neapoli degente inussissent, atque ne vterque deprehenderetur, aufugit. Captus a Turcis vterque. Alter veneno, alter gladio mortuus est. Hæc Surita. 3. & 4. part.

§. 17. Ex Nules, & Onda Dominis, qui Valentiæ domicilium, sedemq; posuerunt, Comes Nules Bernardus Centelles est ortus, qui non solũ sua animi virtute Soleri, ac Villaraut impetus, viresq; retardauit, ac repressit, sed etiam Arnaldum Bellera Valentiæ Regi hostem in eiusdem Regis potestate secundo marte vincendo redegit. Autumant hunc decies singulari certamine conflixisse cũ hoste, atque ex hoste gloriosam semper reportasse victoriam. Demum incredibilem animi magnitudinem prætulit, cum Reginæ Ioannæ cum Alphonso Rege Neapoli bella gerenti suppetias multibus millibus hominum proprio ære adductis tulit, vt vno facinore & mascula virtus animi dignosceretur, & liberalitas in pecuniarum effusione probaretur. Hæc ex tertia Suritæ parte deprompta.

§. 18. Omitto res ab Guilelmo Raymundo Centelles præclarè gestas, qui quidem in Valentiæ Regno pro Rege suo fortiter, animoseq; decubuit. Prætermitto Petrum Centelles, de cuius virtute cum Rex Alphonsus cognomento Quintus periculum persæpe fecisset suarum triremium Ducem sibi deligendum putauit. Sileo & Antonium Centelles, quem generatim vocant Raymundum de Ruise, Oliuæ Comitem nobilissimum totius Alphonsi Regis Classis Præfectum, qui pro Alphonso Rege præclara, egregiaque facinora gessit æternitati scribendo commendanda; cuius hodierna luce familia, posterique Comitum Oliuæ titulo insigniti in Valentiæ luce versantur.

§. 19. Ex his ergo in Sicilia Gagliani Comites Emmanuel familiæ consanguinei originem duxerunt, inter quos & Almericus primus, & Almericus vltimus, ex quo celeberrimæ illæ matronæ procrea-

creatæ recēſentur. Altera Gagliani Comitiſſa D. Alerami del Carretto vxor. Altera D. Caſtellana maior natu, quam Ioſeph Bardi duxit, ex qua Nicolaum Sambucæ Marchionem ſortitus eſt filium. Ioſepho ergo denato cum ſecundas illa nuptias cum D. D. Petro de Aragona Terræ nouæ Ducis filio celebraſſet, D. Margaritam Biſignani Principem ex familia Sanſeuerini, ac in Neapolitanæ vrbis, Principumquè luce verſantem hac tempeſtate ſuſcepit. Quæ planè Margarita ſic prudentiæ, ſic virtutis illuſtris, vt haud ſcias an virtus nobilitate ſit maior, vtrobique par lumen elucet.

§. 20. Mirabere fortaſſe, quid cauſæ ſit, cur in huiuſce Illuſtribus familiæ Centelles Proceribus recenſendis nullus mihi ſeruatus ſit ordo. certè ſi antiquitus quis ad ſcribendum forte animum appuliſſet, & horum ſerie, & ceterarum etiam familiarum ordine vnaquæquè orbis terræ Academia frueretur. Sed cum ea tempeſtate bellis & Italia, & Gallia, & Hiſpania, ac ceteræ fere mundi partes arderent, cuinam calamus curæ? omnibus vero & clypeus, & gladius. Hæc itaque ex conſequentium ſcriptorum reliquijs, ac hiſtoriarum fragmentis obiter exaratis ſumma diligentia, ſummoquè ſtudio ab eruditiſſimo in primis viro Antonino Pizzuto perquiſita proponimus. & genium, & ingenium huiuſce viri celebrandum.

§. 21. Ex Nicolao ergo D. Caſtellanæ Centelles filio, qui Eliſabettham de Bononia, & Aragona Marchionis Marinæi primogenitam filiam duxit vxorem, Vincentius, Franciſcus, qui Societati IESV militiæ nomen dedit, Ioſeph, & Caſtellana Naſi Comitiſſa, & Sinagræ Baroniſſa procreati.

§. 22. Vincentius celebratis iam nuptijs cum Eleonora Spataſora, & Alliata Matrona nobiliſsima, quæ ſingulari priuilegio Hieroſolymitanæ Religionis crucem gerit, cuiuſque præcipuo beneficio omnibus huiuſce familiæ natu maioribus eamdem præferre notam facultas eſt, Placidum, Eliſabettham, Iuliam, Mariam liberalioribus, ac philoſophicis diſciplinis informatam, AEmiliam, Ioannem, Franciſcum, & Ignatium ſortitus eſt liberos, qui poſtremus & familiæ gloriam, eiuſdemquè nobilitatem non ſeruabit modo, ſed bene etiam opitulante Numine, mirumquantum amplificabit.

§. iv. l. 6. Antonius Andreas lege Simon Andreas.

C.

D. HIERONYMVS DE CALVELLIS.



§. 1. FAmilia de Caluellis ita celebris, itaquè semper nobilis, vt ad eius nobilitatem ostendendam illud vnum maximè faciat argumentum, quod cum Panormi Regio diademate Reges ornarentur, ex Caluellorum Proceribus ornarentur. Vt inde liquido constet Caluellæ familiæ Dynastas posse multo ante Rogerij tempus suam repetere nobilitatis originem, cum id temporis tanto, tamquè graui munere fungerentur. Vidi ego M. S. codicem, in quo quidem suo ordine ab Caluellis coronati Reges recensebantur, quorũ omnium Princeps Andreas de Caluellis enumerabatur. Et codici consonat Fazelus, qui lib. 7. posterioris Decadis sic habet. *Igitur a suis Rex* (scilicet Rogerius) *tum Italiæ, tum Siciliæ salutatur, & Panormi anno salutis* 1129. *Idibus Maij in* *fol. 440. mihi.*

Regem

Regem Siciliæ vngitur, & coronatur. Interfuerunt eius coronationi non solum Siciliæ, sed etiam Neapolitani Proceres, ac Præsules, &c. Et paulo post. *Fama ducta per manus Panormitanos adhuc tenet, stirpem de Caluellis, quæ adhuc Panormi nobilis superest, corona Siciliæ Reges insignire ex priuilegio Rogerij* Regis *habuisse, Andreamquè Carauellum Rogerium Regem coronasse,* hæc Fazelus.

An. 1154. §. 2, Rogerij Regis filius Guilelmus, vt patris insisteret vestigijs, Panormi ab Ioanne de Caluellis Regium diadema suscepit.

§. 3. Anno 1176, Rex Guilelmus cognomento Bonus, vbi ab Manfredo de Caluellis coronatur, & templum Montis Regalis toto orbe celeberrimum, & tertiam palatij partem inuento patris thesauro diuinitus extruxit.

§. 4. Anno 1176. Tanchredus a Siculis Rex salutatur, & ab Simone de Caluellis Regali diademate de more donatur.

§. 5. Anno 1186. Henricus, de quo libro iv. cum Constantiam sanctimonialem, summo Pontifice annuente, duxisset vxorem, ab Andrea de Caluellis corona illustratus.

§. 6. Anno 1195. Henrici, ac Constantiæ filius Fredericus Regijs infulis ab Ioanne Simone de Caluellis exornatur.

§. 7. Exorta dein in Sicilia bella alio animum Siculi appulerunt, expulsisquè, ac enectis Gallis ad pristinum institutum redierunt.

§. 8. Anno ergo 1286. Rex Iacobus Panormi Regio diademate ab Roberto de Caluellis insignitur.

Hæc ea ratione mihi exarata hoc loco sunt, vt recta, veraquè de huiuscè familiæ nobilitate conciperetur opinio, & nulla vnquam obliuione eiusdẽ nomen consequentibus annis obrueretur.

Quæ vero munera Reges familiæ de Caluellis Proceribus contulerint, satis erit eorumdem Regum diplomata in medium afferre. Et quidem 1309. regnante Petro Rege secundo, vt loquar cum ipso diplomate, *Nobilis Dominus Ioannes de Caluellis miles Ciuis Panormi*, Regias literas Friderici Regis protulit, & vt illæ loquuntur, *non obrasæ, non vitiatæ, non cancellatæ, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentes*, in quibus hæc leguntur. *Matthæus de Caluellis Ciuis Panormi dilectus, socius, & fidelis noster, apud Regem feliciter existens coram nostram celsitudinem constituit nobis septem priuilegia, infrascriptum vnum. Videlicet de litera græca quondam Regis Rogerij diuæ memoriæ bullatum bulla plumbea ipsius indultum quondam Goffredo de Panormo filio quondam Goffredij Cinifcalci auo dicti Matthæi de concessione quindecim villanorum, & cuiusdam Casalis sitaliæ, nec non vnius domus in immunitate Panormi, quæ dicitur Casar.*

De

De hac planè domo plerique hæc. autumāt enim quod si quis de scelere conuictus Apparitorum manus effugisset, atque in hoc se palatium contulisset, nulla vi, nullaque prorsus auctoritate posset inde dimoueri. Atque hoc sonat verbum illud, *in immunitate Panormi*. Quæ quidem, aliaque ab Regibus collata qua ratione fuerint ab Friderico Rege, satis hoc diplomate explicantur.

Fridericus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, ac Principatus Capuæ, &c. per præsens priuilegium nostrum notum fieri volumus vniuersis, quod nos attendentes puram fidem, deuotionem, & grata seruitia, quæ Simon de Caluello Ciuis Panormi fidelis noster, celsitudini nostræ deuotè exhibuit, & in antea gratiora poterit exhibere de solita nostra liberalitate concedimus, & donamus ei, & hæredibus suis in perpetuum terras de Pantano, quæ sunt in tenimento Milatij prope montem Forti, &c. Dat. Messanæ 1200. Eiusdem fermè exempli extat & aliud priuilegium eidem Simoni ab eodem Rege collatum An. 1202.

Sed hoc eiusdem Regis perhonorificum diploma non omittendum. sic habet. *Fridericus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus Rex Siciliæ, &c. Per præsens scriptum notum facimus tam præsentibus, quam futuris, quod nos præ oculis habentes puram fidem, & valde grata seruitia, quæ Simon de Caluellis M. R. C. Magister Iustitiarius, & fidelis noster parentibus nostris Domino Imperatori, & Dominæ Imperatrici recolendæ memoriæ, & nostræ celsitudini laudabiliter non cessat exhibere, considerantes etiam expensas, & damna plurima, quæ pro nostra fidelitate sustinuit de grata, & consueta magnificentia nostra concedimus, & hæredibus suis in perpetuum, &c.* Et post paulo. *Confirmamus quoque ei, & hæredibus suis in perpetuum omnia alia, quæ in Ciuitate nostra Panormitana sibi nostra celsitudo concessit. Similiter terras Pantani, &c. Dat. an.* 1216.

§. 9. Iisdem pæne characteribus exaratum lego aliud priuilegium Matthæo de Caluellis summa voluntate concessum, quod cum maxime ad familiæ faciat dignitatem, prætereundum silentio non videtur. sic ergo hoc.

Rinaldus Dei, & Imperiali gratia Dux Spoleti, &c. Attendentes nos fidem puram, & deuotionem sinceram, quam Matthæus de Caluellis Ciuis Panormi erga Dominum nostrum Imperatorem habuisse, & semper habere dignoscitur, considerantes ad grata satis, & accepta seruitia, quæ eidē Dom. nostro Imperatori dudū exhibuit, & exhibet incessanter, Imperiali nobis auctoritate cōmissa cōcedimus ei, & hæredibus suis in perpetuū feudū vnū militis tam in goracio, quam buballino, & pertinentijs suis, &c. Dat. apud Ripam Cresonis 1229. *Imperante Domino nostro Friderico.*

Tan-

Tantum plane munus exiguum Friderico visum fuit, addidit & aliud nouo priuilegio, vt priuilegij magnitudo beneficij accepti magnitudini responderet.

Fridericus, &c. Attendentes puram fidem, & deuotionem sinceram, quam Matthæus de Caluello fidelis noster erga nos semper acceptis seruitys, ex mandatis nostris dudum exhibuit, & exhibet incessanter de munificentia nostra gratia concedimus, & confirmamus sibi, & hæredibus suis in perpetuum terram Buxemi, &c. Dat. apud Cammusium 1229.

Hæc eo scripsimus, ne huiusce familiæ nobilitas literarum commendata monumentis quempiam lateret, cum profecto tantus sit splendor, vt nulla vnquam temporis diuturnitate, vel annorum obliuione possit obscurari. Fortuna, quamuis refragetur, familiam in dignitatis apice constitutam dimouere non potest. tentat quidem, non lædit. Atque hæc acriter rem perurgente Vincentio Pilo Capacij Barone, ac Marinæi Marchione conscripta summatim, ne, cui veræ nobilitatis dies affulsit, obliuionis nox offundat.



C.

DON IOANNES DEL CARRETTO.



§.1. TAntæ familiæ nobilitatis splendor ita magnus, ac ita singularis est, vt vniuersum orbem terrarum circumfusa sua luce lustrauerit; cum vbiquè terrarum nemo sit, quin eam familiarum omnium nobilissimarum nobiliorem luculenta oratione fateatur. Et quidem neminem hactenus conueni, (conueni autem plurimos) qui de antiquissima huius generis nobilitate multa non prædicet, affirmetquè, nihil id in sinu suo continere, quod dignum nõ sit, quod ab vnoquoquè non suspiciatur, non ametur. Quænam.n.familia

lia in terrārum orbe reperitur,quæ iure possit se Pontificibus, Cardinalibus,Archiepiscopis, Episcopis, Patriarchis, Imperatoribus, Imperatricibus,Regibus, Reginis, Magnis Religionis Hierosolymitanæ Magistris,Principibus,Ducibus,Marchionibus,Comitibus insignitam gloriari,ac in toto pæne mundo latius dominari,nisi dumtaxat hæc vna Carretti?Integram eius originem,ac seriem, quam communiori vocabulo nos arborem nominamus,accuratè,diligenterquè. F. D. Alphonsus del Carretto miles Hierosolymitanus exscribendam curauit; in qua non secus ac in speculo peruetustam eius,veramquè nobilitatem intuebere. Egregium opus. nihil in eo vel fictum,vel excogitatum. Videto,contemplator,& Auctores de ea conscribentes consulito.

Nico. Doglion. To. I in Princ. Theatro. Hieron. de Otheo in trac. famil. Saxon. & Sabaudiæ ad Principē Phil. Sicil. Proreg. Io: Franc. Ioannes Montatæ Comes.

§.2. Ex Artarico itaque(vt tandem hinc auspicemur)qui ab orbe condito 3870, siue ante Virginis puerperium Nonagesimo floruit. Vnde conficitur annus rectè supputatus Millesimus septingentesimus vigesimus primus primo Saxonum Rege suum repetit genus. Ex quo pedetentim nulla interpolatione septem supra decem saxonū Reges, quorū postremus Vuitecchindus magnus traxit originē; semperquè omnes in eadem acceptæ gloriæ dignitate si minus auxere familiam,at quidem certè non impari dignitate seruarunt. Atque vt huiusce nobilitatis florem integrum semper, intactumque vel quauis turbulentissima tempestate seruatum,& agnoscas, & venerere; iuuat hic ceterorum seriem gradatim veridica, & candida oratione describere, vt inde sententiam feras hanc familiam iure esse toto terrarum orbe celeberrimam, dignamquè plane, quæ ab scriptoribus celebretur, & ab historicis in suis annalibus silentio non prætereatur.

§.3. Artarico itaquè,ac ceteris ferè omnibus Saxonum Ducibus, ac Regibus omissis in vno Vuitecchindo magno Decimoseptimo, vt diximus,Saxonū Rege,amabo te,sistamus;eū.n. haud fas est omittere,quem omnes historici in suis historijs describere pro virili parte contendunt, cū plane ijs vnius Vuitecchindi nomine satis omnis illustrata videatur historia.

Sans. lib. 2. tit. Duc. Sax. f. 178.

§.4. Hic Vuitecchindus,vt dictū supra,Decimus septimus,ac postremus Saxonū Rex anno ab orbe repar. 785. non tam armis,quam Caroli magni humanitate deuictus sacro fonte lustratur; cuius baptismate sic ferè omnis Christiana Resp. gaudio exultauit,vt rei Christianæ visa quidē fuerit facta non mediocris accessio. Videris post susceptū baptisma Vuitecchindi cōmutata insignia, ex nigro scil. in candentem Equum,vt fortasse demonstraret,nec me mea fallit opi-

Sās. in fa. Illustr. Italiæ in fam. Carretta.

nio,

nio,se in posterum alacriori,lætiorique animo pro tuenda, seruãdaquè Christi Domini religione equitaturũ,certaturum. Ex hoc plane Vuitecchindo Vuitecchindus iunior est ortus, ex eo non Principes solum,ac Duces, sed alij etiam,alijquè & Proceres,& Dynastæ, donec anno 987. Vgo Capetus, quem regium Caroli Magni genus opprimentem, seseque gallico diademate coronantem Galliæ Reges,ac viuens ipse Ludouicus XIII. (cuius nominis fama tum ob res præclare gestas,tum ob Christianæ Reip. hostes vel profligatos, vel domitos,vel oppressos terrarum orbe incredibili cũ sui ipsius, Galliæque dignitate compleuit) Regia Andagauensium familia, Siculorum,Neapolitanorũ, Vngarorumquè Regum procreatrix, Duces Lotaringiæ,Bauariæ,Orliens,Angolem, Burgundiæ, ac Vandosme primum familiæ progenitorem habere gloriantur. ad hæc.

Vbbo Emmius in Appendice Genealogica.

Nicol. Doglion. in theat. Princip. tom. 1. Prompt. appellatum delle maraglie.

§.5. Ex Vgone Sassoniæ Duce Beroldus primus Sabaudiæ Comes 998. a quo ceteri & Piemonti Principes,& Geneuræ Comites, & Sabaudiæ Duces, & Dux ille demũ inuictissimus, cuius singularẽ animi virtutem in prælijs conficiendis admirabundus terrarum orbis suspexit, ac coluit, quemquè Allobroges hac ipsa luce demortuum lacrimantur,Carolus Emmanuel extiterunt.

Sans. in fam. Carr. Thibert' Tingon. in arb. fam. Sassoniæ, Sabau. & montisferrati.

§.6.Huc accedit,quod nõ solũ ex vno illo Vuitecchindo repetũt originem superiores omnes,quos recensuimus & Principes, & Reges, sed vir etiam ille nunquam satis pro dignitate laudatus Aleramus septem Italiæ Marchionum parens, Montisferratæ, Sauonæ, Salluzzi,Ceuæ,Incisæ,Ponzonis,ac denique Boschi. Ex Theti vero Sauonæ secundo loco genito,& Principes,qui in Italia versantur, & Princeps Finarius absolutus Dominus, Marchiones Zuccarelli, Balestrini,Nouelli,Bagnaschi,Saliceti,& Granæ, Comes Millesimi, Proceres Gorzegni, & Momboldoni, ac plerique alij. Demum in Sicilia Ioãnes del Carretto Racalmuti Comes, qui ex Sauonæ Marchionibus suæ auitæ,regiæquè nobilitatis ducit genus, exorti sunt. Vt mirũ planè non sit, si ex vno Vuitecchindo quattuor inclyti familiarum duces promanare videantur. Saxoniç alter, alter Galliæ tertius Sabaudiæ, quartus denique Alerami complectentis tũ Montisferrati Marchiones tot,tantorumq; Regum progenitores, tũ etiã Sauonæ,ex quibus Carretta familia,qua nos hac tempestate nõ perfruimur modo, sed & etiam iure gloriamur. Familiam omnẽ promiscuè cognosti,cognosce quæso nunc eã & apertius, & distinctius, vt videas,an ea meritò quouis tempore tot Regum, Imperatorum, Pontificum, Cardinalium, Principum,Ducum, Dynastarumquè dignitate singularem semper assecuta sit gloriam.

Nic. Dogl. in Princ. theat. to. 1. F. Leand. Alb. in sua Ital. Menocch. in causa monferratensi, & Finariensi.

Vuitec-

Sebast. Munsterus li. 3. Geogr. Albert. Crantius. Sansf. lib. 2. f. 38.

§. 7. Vuitecchindus itaquè, ad Vuitecchindũ enim omnino reuertendũ, ex matrimonio suscepit Vuigbertũ vtriusquè Saxoniæ Regẽ testante Mustero. Vuigbertus Rabodi Ducis Frisonum filiam duxit, ex qua Brunus, diuiso iam Saxonum regno, superioris, & Vualbertus inferioris Saxoniæ dux. Ex Bruno, qui Vuigberti natu maior, Rodulphus Octonis Pater. Ex Octone Henricus primus Imperator cognomento Auceps, ex quo non Brunus modo secũdus, qui, progrediente tempore, ad fastigium pontificiæ dignitatis euectus, appellatusquè Gregorius V. in Alemania firmauit imperium, ac electores iussit imperij, sed etiam tot Imperatores, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & demum viri illi toto terrarum orbe celeberrimi Hugo, qui floruit anno 998. & Henricus Bauariæ Dux (de quibus iam satis fama percrebescit, & veterum annalia loquuntur) extiterunt. Hugoni successit Conradus maior natu filius, qui postea Imperator secundus, ceteriquè pedetentim Imperatores. Eorum omnium res præclarè gestas hoc loco recensendas operæpretium non duxi. qui velit consulat Hieronymum Hennigez, Scipionem Admiratum, ac alios.

Petr. Missia in vitis Rom. Imp. Platina in vitis Põti.

Franc. Sãson. in fam. illust. Ital. in fam. Carretta.

§. 8. Ex Beroldo secundo loco genito Mauriannæ, Geneuræ, ac Sabaudiæ Duces (vt omittamus Piemontanos Principes) ac denique Victorius ipse Sabaudiæ Dux, qui in optimorum Ducum luce sic versatur, vt excellat, Henrici IV. belli, militiæque clarissimi, Galliarum Regis gener exortus. lege Lambertum Vandeburchium.

F. Iacob. de Philip. ex Bergamo lib. 2.

§. 9. Ex Vualberto, vt dictũ, inferioris Saxoniæ Duce Vuitecchindus II. qui cum Aleramum, siue cum Volfango Alramum, seu cum Volaterrano Aledramum ex voto filium suscepisset, haud potuit diutius suscepta prole gloriari. Breui.n.is e vita, decedente etiam vxore, decessit. Vno temporis puncto & Parentibus & regno spoliatus Aleramus, qui, denato iam Patre, Octonis Imperatoris domũ ex eadem Saxonum familia recepit sese. Fuit ij filia Adelasia nomine. hanc adeo adamauit Aleramus, vt ex compacto fugam pararint, ac matrimonium inierint. Septenos ex ea suscepit liberos, quos septem Italiæ Marchiones omnis est venerata posteritas. Qui velit pluribus historiam omnem perlegere consulat Aloysium Cõtarenum, Bandellum, Nicolaum Doglioni, Marcum Antonium Sabellicum, F. Leandrum Alberti, ac Menochium in causa Finariensi.

In lib. qui inscribitur Vago giardino di fiori.

In nouel. 15. de origine Marchi. fam. Carrettæ.

In Princ. theatro lib. 3. vol. 1.

L. 2. Aeneid. 9.

§. 10. Hisce nominibus insigniti sunt filij. Primus Guilelmus Mõtisferrati. Alter Thetis Sauonæ, Tertius Otho Ceuæ. Quartus Bonifacius Ponzoni. Quintus Ludouicus Boschi. Sextus Valramus Incisæ. Vltimus tandem Gualterius Salluzij Marchiones.

§. 11.

§.11. Atquè ceteris omnibus libenter omissis, quorum seriem recensere animus non est, cum si vellem siue illustres viros, siue Dynastas vel ex vno dumtaxat Montisferrati Marchione scribẽdo cõplecti, me planè deficerent dies. Vnus Thetis Sauonæ Marchio me vocat; ex quo prosapia, quæ præ manibus est, suam ducit originem. *In sua Italia. In causa finar.*

§. 12. Thetis igitur secundus Alerami filius Filium Carrettæ familiæ parentem sortitus Anselmum. Comitissam de Pontieri is duxit, qua de legitur hoc Epigramma Leoninis versibus expressum in S. Petri Cœnobio Ferraniæ.

Hac recubant fossa matris venerabilis ossa,
Cuius erat patulum vita boni speculum.
Hic Pictauorum Comitum stirps nobiliorum,
Pulchra fuit facie Nurus Atalasiæ.
Defunctoquè viro longo post ordine miro,
Mundum deseruit, sicque sequuta fuit.

§.13. Habuit hæreditario iure Sauonum Ciuitatem a Sabatio saga antiquitus extructam Marchionatus titulo insignitam.

§.13. De familiæ vero stemmate illud certum, Saxones (vt autumant Sebastianus Musterus lib. xxx. Geographiæ, ac Franciscus Sãsouinus in fam. Ill. Italiæ in familia Carretta) in suis insignibus Charites rosis coronatas vna cũ Venere curru inuectas, Reges vero nigri loco candentem Equum a Vuitecchindo delectum, vbi purum, candidumquè christianæ Religionis amplexatus est cultum, præferre; posterique omnes ex Theti venientes Carretti nomine collustrati, cum pro insignibus rota maxima vna cum quattuor exiguis rotis vterentur. Auitum Saxonum stemma, quod maximè prætulit Guilelmus ijs verbis VVILLIGISS. *Vide scil. qualisnam fueris, & es.* ipsaque die Mogũtino Episcopo ab Henrico Saxone Imperatore Hortezel dicto, communicatum. Carrectæ familiæ Proceres Rosa pro stemmate vtuntur, quod Saxonum antiquissimũ insigne fuit, ac progrediente tempore in purpuratas virgulas mutatum, quæquè in campo aureo sub nigræ aquilæ coronatæ pectore existentes fulgurant. Supra currus aureus aureis quattuor innixus rotis, quaterniquè aureis Leonibus coronatis ductus. In curru armatus Eques, qui sinistra leonum fræna moderatur, ac regit. dextra vero eductum è vagina gladium stringit. Quod quidem præclarum stemma omnes huiusce familiæ proceres tam in Italia, quam in Sicilia præferũt, eoque maximè Alphonsus del Carretto Carrectæ familiæ caput Primus Finarij Princeps est vsus, eoque hac ipsa tempestate ad orbis terræ *Vincentius Cartari in deorũ antiq. imag.*

Dy-

Dynastas conscriptæ obsignantur Epistolæ. hæc obiter.

§.14. Iam ex Alerami origine, ac ceteros omnes ab Carrecta familia omittamus, ex quibus tot Imperatores, Reges, ac Principes ortum habuerunt; ad Anselmum redeamus.

§.15. Is ergo Filium nomine Bonifacium non tam militiæ, quam domi præclarum, illustremquè suscepit.

§.16. Ex Bonifacio Henricus cognomento Guercio, qui cũ Frederici Imperatoris Barbarussæ partes in eos, qui ab eo defecerant, secutus, multaque digna eius animi virtute, ac nobilitate facinora edidisset, non parum sibi dignitatis, & gloriæ comparauit; adeoque in amore, ac delicijs Imperatori fuit, vt maiorum suorum diplomata & confirmata, & aucta sese Regis habuisse beneficio, ac munificentia gloriatus. Tribus iste susceptis liberis mirum inmodum insignis, Iacobo, Octone, ac Henrico.

Sanson. loco supr. cit. §.17. De Octone hæc Sansouinus; Octonem scil. Sauonæ ciuitatis dimidium magno auri, argentique pondere 1250. ipsis Ciuibus vendidisse; reliquam vero partem sub Iacobi potestate remansisse. Sed illud de hoc Octone memorabile ita se Ligurũ Remp. miro studio fuisse prosequutum, vt eam pluribus castellis suapte sponte donauerit. Quinquè ferme post annos Vigintimilliæ Ciuitate ab Liguribus deficiẽte vna cũ Henrico fratre Octo euocatur a Rep. strenuè depreliatus vterque. Vterquè trium eam annorum interuallo summa vi, summaquè virtute, maximis iam exantlatis laboribus Ligurum ditioni, potestatique victor adiunxit. Henricus vero ita Frederico secundo Imperatori carus fuit, vt, præterquam quod plura ab eo beneficia suscepit, ab eo confirmata rursus omnia maiorum omnium diplomata obtinuerit.

§.18. Licet autem Sansouinus non paucos huiusce familiæ proceres Mamfredum scil. Obizum, Mamfredinum, Aleramum, & Emmanuelem fratres, Carolum, Conradum, Odoninum, Henricum, Nicolaum, ac Georgium enumeret omni virtutum genere florẽtes, ait tamen Matthæum del Carretto Episcopum Albengæ ab Mediolanensi Duce vna cum Francisco Barbauara ad Basileæ conciliũ ablegatum. Postea vero cum Mediolani Archiepiscopo fuisse delectum, vt Moguntinam Vrbem a Pontifice diffidentem cum Pontifice conciliaret. Maximè, n. is animo angebatur Christianam Remp. hoc schismate laborare.

Hierony. Rossellius lib. 3. §.19. Hic plane Matthæus del Carretto sic oratoria facultate præstabat, vt eos, qui Pontificem Eugenium de Pontificio apice deturbare moliebantur, perorando represserit. Et quamuis peroran-

tis

tis vocem, vt inquit Aeneas Piccolomini, turbis obstrepentibus excipere auditores minimè possent, finem tamen assecutus est suum. Engenium.n. qui Pius II. est, in pontificia dignitate retinuit, eosquè omnes in officio continuit. De quo quidem Matthæo cum idem ille Aeneas Piccolomini creatus Pontifex verba fecisset sic ait. ALBENGANENSIS, *quoque vir nobilissimus, & ex Cæsarum sanguine descendens quamuis nunquam animum a Concilio alienasset, ne tamen ab alijs Principum oratoribus videretur discrepare, haud absimilem querimoniam habuit de neglectu Prælatorum*. Hactenus ille.

§. 20. Eiusdem itidem Aleramus frater eidem concilio interfuit; quem sic Matthæo similem natura formauit, vt adamussim alter alterum & proportione membrorum, & oris elegantia, & coloris suauitate, & quod caput est, animi virtute imitaretur. Hic Sancti Benigni Fructuariensis Abbas, qui cum in ea Præsulum corona versaretur electus ab Italis, vt vna cum viris Illustribus Guilelmo scilicet Vercelli, Georgio ex familia Salluzzi, Ioanne Iurea, ac Ludouico Turino ad Pontificem creandum Romam conuolarent. De hoc etiam Aleramo sic idem ille Aeneas scribit. ALERAMVS, *S. Benigni Fructuariensis vir tam moribus, quam ætate grauissimus, cui ex nobilissima domo de Carretto origo est, quæ tantæ olim sublimitatis fuit, vt Imperatores quoque habere meruerit*. Hæc obiter. qui plura, digna, quæ legantur; quæque commendentur, Sansouinum consulat; hic .n. eorum res præclarè gestas sic præclarè describit, vt meritò de tantorum virorum laudibus nulla sæcula conticescant.

§. 21. Iacobus itaque Henrici, de quo supra, maior natu filius martiali virtute præclarus, is est, qui Finarij, Millesimi, ac Nouelli Marchionatum in tres sibi liberos superstites diuisit. In Conradum videlicet secundo loco genitum, qui Comitis Millesimi titulo insignitus. Ex quo vel hodierna luce eodem collustrati nomine eius posteri in terrarum orbe versantur. Tertio vero loco in Henricum Nouelli Marchionatus gloria conspicuum, qua etiam nũc eius pronepotes dignitate præclari. In Antonium tandem, qui maior natu fuit, Sauonæ, ac Finarij Marchio domi, militiæquè celeberrimus.

Sansf. in famil. Carr.

§. 22. Hic Antoninum del Carretto sortitus est filium, qui Constantiam ex Regia Claramontana familia Friderici Claramontani Racalmuti Domini, Zerbarum Ducis fratris Mamfredi Claramontani Modicæ Comitis, Marchionis Melitæ filiam aliquando cum duxisset, in Sicilia filium ex vxore suscepit Antonium. Cum ergo Fredericus de Claramonte extremam vitæ metam sibi attingere videretur, testamentum condidit, ac bonorum omnium hæredem

In act. Not. Bonsignor. Tomasij de Ferrana in vrbe Agrigen. xi. Sep. 1307. Et ratific. habit. in Finar. eodem anno.

Con-

Cŏſtantiam inſtituit vnicam filiam iam Antonij del Carretto Finarij Marchionis vxorem. lege acta publici Tabellionis Franciſci de Pactis Agrigentini 27. Sep. x. Ind. 1311.

In fin. 30. Aug. 12. Ind. 1344. §. 23. Conſtantia itaque anno 1344. vt ex tabulis Rogerij de Anſelmo conſtat ſatis, Antonium eius maiorem natu filium Racalmuti oppido ſuapte ſponte donauit.

In act. not. Antonij de roſata men. Aug. 7. In. 1399. §. 24. Duos habuit Antonius filios Gerardum, ac Matthæum. de hoc latius ſuo loco. nunc de Gerardo. Is ergo, poſtquam Racalmuti oppidum, pleraque alia venalia propoſuit, iſthæc omnia Matthæo fratri non ſolum magno auri, argentiquè pondere, ſed aliquot etiã oppidis in ligurum ditione conceſſis vendidit; quam plane emptionem, venditionemq; ſic ratã habuit Rex Martinus, vt qui hac de re perſcriptas ab eo literas lectitauerit, ij nullus dubitationi relictus ſit locus. Eas conſule dat. 1401.

§. 25. Tantæ fuit virtutis, vt in eos, qui 1398. ab Martino Rege defecerant, & arma ſtrinxerit, & profligarit, & perdiderit, ac in amatiſſimi Regis poteſtatem victor ſubegerit. lege Suritam in annal. Arag. p. 2. l. x. cap. 67.

§. 26. Gerardus itaque cum ſuum obijſſet diem tres paternæ virtutis hæredes filios reliquit. Maior natu Antonius II. qui ſicut fratrum primus, ita & inter fratres maximè floruit, cuius ſingularis animi magnitudo, ſingulariſque prudentia vel in rebus agendis, vel in bellis cŏficiendis ſic eluxit, vt in vnum dumtaxat Antonium oculos terrarum orbis intorſerit. Marchionatus Sauonæ, ac Finarij hęres, qui Marcum del Carretto filium habuit militari virtute florentem.

F. Lean. Alber. & Franc. Sanſon. §. 27. Marco ſucceſſit Galeotus vir domi, militiæquè præclarus. Quattuor generoſos quidem, ac optimos liberos ex optima vxore ſuſcepit. Alphonſum, Carolum Dominicum, Fabricium, ac Aloyſium.

Frãc. Guicciard. in Ital hiſt. & Thomas Torcachi. Vbert. ſoglietta. Auguſt. Iuſtinian. epiſ. Nibienſis in annal. Ianuenſ. §. 28. De Alphonſo ſuus quidem erit dicendi locus. Nunc pauca de ceteris. de Carolo. hic. n. vel in moderandis Vrbibus, vel in bellis adminiſtrandis ita ſemper, & vbiquè ſe habuit, vt is Ludouico Galliç Rege imperãte plures ſuſceperit prouincias, ac diuerſas obierit legationes, in quibus omnibus vel procurandis, vel obeundis ſic prudenter, ſapienterquè ſegeſſit, vt eum Iulius Pontifex Max. huius nominis ſecundus ſumma cum ſui nominis, ac familiæ dignitate ad Cardinalitiæ dignitatis apicem euexerit. Et haud ſcio, an Purpura Carolum, an vero Carolus purpuram illuſtrarit. Creatus purpuratus Pater anno 1505. induſtriam omnem, ſtudiumquè non in pecunijs cumulandis, vel in acquirendis honoribus, ſed vel in tem-

plis,

plis, vel in cænobijs instaurandis, vel in religiosis familijs ad meliorem frugem reducendis, vel in egentissimos eleemosinis erogandis collocauit. de quo certè cum Ferdinandus ab Austria Imperator de Carrettæ familiæ gloria, ac dignitate loqueretur, inter cetera hæc habuit egregiè.

§. 29. *Carolus Dominicus de Carrettis S. R. E. Cardinalis vir clarissimus, idemquè præstantissimus, qui sibi ad eum honoris, & dignitatis gradum doctrinæ excellentia, prudentia vitæ, morum probitate, ac summa religione viam muniuit. Deinde vero post adeptam dignitatem ita vixit, vt alijs sui ordinis Proceribus innocētiæ, ac Sanctimoniæ certa quasi proposita esse norma videretur.*

§. 30. Huiusce planè virtus non modo Imperatori Ferdinādo cognita, & explorata, sed Leoni etiam X. Pont. Max. satis perspecta, vt hic, Carolo iam diem obeunte 1513. Sansouino auctore, de Caroli morte valde doluerit, ac facer Purpuratorum Patrum cætus tantū purpuræ ornamentum, tantum cardinalitiæ dignitatis amissum columen eluxerit.

§. 31. Fabricius vero haud dissimilis tanto Fratri, quo de consulat, qui velit, Arnaldum Feronium in Galliæ historijs, ac Iacobum Bosium in Hierosolimitanæ Religionis historia p. 2.

§. 32. Et quidem hic non modo eius animi virtutem in legationibus ad varios orbis terræ Dynastas obitis, sed animi etiam magnitudinem in bellis terra, mariquè confectis ostentauit, vt is è vita etiam Guidone magno Religionis Hierosolymitanæ Magistro decedente Magnus eiusdem religionis Magister summa cum omnium conspiratione creatus, ad quem profecto Leo X. cum scriberet, deque acceptæ dignitatis gloria cum iure gratularetur hæc habet.

Franc. Guiciar. in Histor. Ital. li. x. f. 305. & in ora lib. 7 f. 194. Vbertus foglieta. F. Lean. Alberti. Frāc. Sansou. in Turch. origine.

§. 33. *In altero* (Fabricio scilicet) *tanta lætitia hic me nuncius affecit, vt statim Deo Opt. Max. gratias egerim, quod dolorem, quem ex Guidonis morte contraxeram, tua declaratione lenierit. Et quod illud tibi muneris tradi, mandariq; voluerit, qui pro tua virtute, magnitudine, diligentia, religione maximis in rebus perspecta sæpe, atq; nihil ex ijs prætermissurus, quæ ad rem Christianam conseruandam, atq; amplificandam, ipsiusq; cultum, & illustrandum, & propagandum pertinebunt. Atq; hoc cum publicè mihi gratum, & iucundum est, tum illud priuatim adiungitur, quod te, dum Cardinalem gererem, multos quidem annos & amaui ipse, & abs te amari me plane persensi, vt si vnus ex omni sociorum tuorum numero mihi optādus fuisset, quem sibi tua societas præfecerit, neminem sibi sanè prætulisset.* Hactenus Pontifex. Et idem infra.

§. 34. *De me quidem tibi ipse omnia promittas velim, quæ ab optimo,*

atq;

atq; optatissimo Filio, deque Patre amantissimo sunt speranda; non fallam opinionem tuam.

§.35. De habita iam creatione cũ fama percrebuisset, sic ea omnium animos mira quadam iucunditate perfudit; vt nemo in orbe terrarum extiterit, qui summa cum laude de Fabricio verba non fecerit. Præ omnibus satis sit vnus Ferdinandus Imperator, qui cũ Carrettam familiam commendaret, ac de Fabricio dissereret, hæc adiecit.

§.36. *Certum est Cardinalis Finarij fratrem fuisse Fabricium de Carretto in dissimili vita, genere, statu similem, vt, si vtriusque bonitas, ac sapientia spectetur, fere alter dici merito potuerit. Quem præter eas quæ in fratre eminebant virtutes, præstanti quoque rei militaris scientia pari iuncta prudentia, & magnarum rerum vsu, & experientia claruisse cognouimus; & cum vsus postulauit tam mari, quam terra siue Ducis, siue priuati militis implendum esset munus, talem se præbuisset, vt, melior Duxne, an miles fuerit, dubium omnibus reliquerit; quibus quidem virtutibus perfectũ est, vt vltro liberalissimis omnium animis ad Hierosolymitanorum Equitũ Summum Magistratum expeteretur; cum illum Magistratum ita gessisse notum est, vt maximum sui desiderium strenuis, ac nobilibus illis equitibus reliquerit, ijsque sese honestatis, fortitudinis, & constantiæ Magistrum, ac Ducem, & sui amantissimum veluti parentem exhibuerit. Qui dum Turcam perpetuũ, ac potentissimum Christiani nominis hostem terra, marique modo oppugnando, modo oppugnantem repellendo, ac Insulam Rhodon ab eius impetu saluam seruando rabidas illius vires frangit, & irritas facit; nonne acerrimum se non iam Sanctæ tantũ illius Societatis, sed vniuersi prope dixerimus orbis conseruatorem, ac vindicem præbuit?* &c. hæc Imperator.

Hierony. Rossell. li. 3 Iacob. Bosius in Hist. Hierosoly. p. 2. *Fran. Sanson. in fam. Carr. & in vitis Imp. Turch. Vbertus Foglieta.*

§.37. Quid hoc, per Deum Immortalem, dicendi genere vel grauius, vel nobilius, vel illustrius? Omnes tantum virum non laude prosequantur, sed silentio venerentur est necesse. tanto viro impar laus.

§.38. Fabricius itaquè ad summum Hierosolymitanæ Religionis Magistratum administrandum euectus & Hierosolymitanam Religionem in sua pristina integritate seruauit, & sanctissimis institutis, legibusquè firmauit; quæ sicuti sapientiam, ita Christianam olent pietatem, earum memoriam in omnium animis nulla vnquam obscurabit obliuio. De Fabricio plura Iacobus Fontanus, multa Vbertus Foglieta, non pauca Frater Leãder Alberti in sua Italia, qui sic de Fabricio italico sermone perscripsit.

§.39. *Rimasero al detto* (Galeotum intellige) *alquanti figliuoli, fra*

li

li quali fu Carlo Domenico fatto poi Cardinale per le sue virtù da Papa Giulio secondo, che morì in Roma l'Anno 1513. l'altro fu Fabricio eletto gran Maestro de Caualieri Gerosolimitani di Rodi, che felicemente passò da questa vita nel 1521. l'anno prima della presa di Rodi.

§.40. De quo quidem Fabricio illud peculiare, ac dignum, quod æternis commendetur encomijs, quodquè etiam innuerat supra Imperator; eo scil. viuente Rhodon Insulam ab omni Turcarum obsidione saluam, incolumemquè perstitisse, ac Solymanum, ceterosquè omnes Solymani maiores de Rhodiorum victoria desperasse.

§.41. Quid Aloysius? Hic in Episcopatus Cahors Galliæ fastigio collocatus non singularis modo sapientiæ, sed præcipuæ etiam sanctitatis Præsulem se præbuit, atque in Finarijs finibus Sãctæ Catarinæ ex Dominicana familia cænobium erexit, pleraq; alia non minus prudens, quam pius instaurauit.

Fran. Sansou. in fam. Carret. Hieron. Rossell. lib. 3. Frãc. Guicciar. li. 7. f. 194.

§.42. Plura ex hoc eodem stipite germina profert Sansouinus & præclariora quidem, & nobiliora, quæ, ne multus sim, lubens omitto. Vide Sansouinum. Plura etiam de alijs hic insererem, sed me vocat Alphonsus. volens obtempero. lubens ad Alphonsum redeo.

§.43. Alphonsus itaquè trium liberorũ gloria illustrior illustrius sibi nomen in terrarum orbe consecutus. Semper Maximiliano primo Imperatori periucundus, præ ceteris amabilior. De quo lege Franciscum Guicciardinum in Hist. Italiæ, lib. 6. f. 177. Huius maior natu Ioannes, Paulus alter, tertius Marcus Antonius est dictus. Iuuat hic primo loco pauca de Paulo, nonnulla de Marco Antonio, cetera de Ioanne percurrere.

§.44. Et Paulus quidem & Bonacombæ Abbas, & Cahors in Gallia electus Episcopus, qui sic sua singulari virtute & Francisco Primo, & Henrico secundo Galliarum Regibus in delitijs, ac amore fuit, vt ab Gallis omnibus præcipuo quodam cultu, & honore haberetur.

§.45. Marcus vero Antonius non solum, Sãsouino teste, Melphiæ Princeps, sed classis etiam Philippi secundi Hisp. ac Sic. Regis augustissimi Dux. Duplicem sortitus est filiam. Constantia altera Sulmonæ, Zanobia altera Melphiæ Principissa.

§.46. Quæ ab Constantia in Neapolitano Regno præclarè gesta sunt vel ipsa luce clariora. omittamus reliqua. Illud vnum te monitum volo.

§.47. Neapoli Patrum Theatinorum templum Sancto Paulo sacrum a fundamentis excitauit, ornamentis insigniuit, ac magno au-

ri,

ri, argentique pondere quotannis summa cum liberalitate donauit. Opus illud celeberrimum, ac Neapolitana Maiestate dignum sic extruentis gloriam æterna laude commendat, vt, si scriptorum calami, vel oratorum linguæ desiderarentur, vel ipsamet saxa ratione destituta singulare tantæ beneficientiæ beneficium prædicarent. Plura subscriberem, sed plura iam fama terrarum vbiquè vulgata prosequitur. Eam attende. me scribentem prætermitte. nihil.n.est, quod singularem eius liberalitatem non prædicet, non efferat, nō laudet. Laudationi non adiungenda laudatio.

§.48. Hic ipse me locus admonet, ac tempus hortatur, vt pauca de Zenobia breuissimè, dilucideque scribendo complectar. Nihil hic de eius prudentia. nihil de familiæ Zelo, nihil de ingenita ab ipsa natura virtute: totus ero in eius incredibili sāctitate demōstrāda.

§.49. Zenobia itaque si pulchritudine insignis, virtute illustris. in morbis perferendis magnanima, in precibus assidua, in suscipiendis Sacramentis pia, in colloquijs Sancta, in mundi honoribus despiciēdis vnica, humilitate præclara, in pauperes munifica, viduarum tutelaris, pænitentiæ sectatrix. Præcipuo quodam modo vel ab ineunte ætate & Andreę Apostolo, & Virgini Deiparę sacra, cuius nomini in suo Loano oppido dicatum, ditatumq; est varijs ornamentorum generibus templum. In Andream aucta religio. tum quia eius festo die tam ipsa 1540. quā Excellentiss. Princeps Io: Andreas Doria 1468. huiusce lucis accepit vsuram. Quare non immerito huius familiæ semper se tutelarem præbuit S. Andreas. id .n. inde liquet. Io: Andreas. n. Doria cum maximè penderet animi deberet ne Galliæ Regis partes sequi, semel, atquè iterū hæsitanti illi diuinitus extitit grauis effætus annis senex, ad quem sic. *Andrea durum est tibi contra stimulum calcitare. Cæsarem sequere.* cuius voce permotus Carolum V. volens, lubensquè sequutus Imperatorem, ex quo decreto & Ligurum Résp. libertatē adepta, & huiusce prosapię augustior est visa maiestas. Hæc summatim de Zenobia, cuius vitæ genus vberem historicis scribendi materiem, oratoribus nō exiguum laudandi suppeditaturum erit argumentum.

§.50. Et certe si hæc omnia, aliaquè, quæ de huiusce matronæ sanctitate dici mihi iure possent, in ea desiderarentur, summis laudibus efferenda videretur, tum quia Excellentiss. Principis Io: Andreæ Doria coniux, tum etiam quia Eminentiss. ac Reuerendissimi D.D. Ioannettini Doria Archiepiscopi Panormitani, ac S.R.E. Cardinalis amplissimi parens. Plura de hoc egregia, digna, memorabilia, Ex plurimis pauca decerpam.

§.51.

§.51. Sed pace tua, mi lector, antequam de tāto Præsule mihi habeatur oratio, pauca dicenda breuiter de eius origine videntur, quæ sic illustrium virorum semper ferax fuit, vt peculiarem in terrarum orbe gloriam sibi compararit. De ea præclarè, egregieq; conscribit Sansouinus. Sansouinum consule. Porro affirmat hic auctor Arduinū vnū ex Narbonensibus Comitibus an. 1134. Ianuam appulisse ibiq; vxore ducta, domicilium locasse. Atq; vt ingenue rem omnē fatear; Hæc familia inuictissimis terra, mariq; Ducibus semper floruit, Ansaldo, quem omnis suspexit est antiquitas, viro martiali virtute, prudentia, sapientiaq; præstante. de quo licet non pauca dici mihi possent, illud ex Iaimo Bleda proponendum dumtaxat putaui. *Auia traydo*, sic ait, *a su sueldo (dizelo Marmol) el Papa Eugenio Tercio la armada de los Ginoueses, para solo expugnar a quella ladronera, donde se recogian mas de ochenta nauios de remos de cossarios: yuan los Ginoueses con otra buena armada contra ellos, y por Capitan General della* ANSALDO DE ORIA *Consul del Senado de Genoua*. & c. 43. sic exorditur egregie. *Boluiendo de la jornada de Almeria el Conde de Barcelona, Principe de Aragon juntamente con l'armada Ginouesa tornò a platicar por el camino con el General de la Señoria de Genoua* ANSALDO DORIA *de lo que auian tratado en Barcelona, antes de yr a aquella guerra: y a quel tan illustre Cauallero, que ya tendria en a quella Republica la autoridad que antes, y despues tuuieron los Orias, ratificose en lo que le auia ofrecido*. hæc ille. *In hist. Instau. Hisp. c. 42. f. 366 mihi.*

§.52. Gloriatur & alijs itidē Ducibus tanta familia Vberto Classis Ianuēsis Admirato, qui nauali prælio non solum ita Pisanos profligauit, ac perdidit, sed etiam toc captiuos duxit, vt in prouerbium abierit *Chi vuol veder Pisa, vadi in Genoua*.

§.53. Lamba, qui cum septuaginta octo triremium præfectus cum Venetis signa conferret, gloriosam, inauditamq; victoriam reportauit; cuius memoria ne consequentibus annis forte moreretur, ipso Deiparę Virginis natali die ad gratias Diuino numini referēdas fuerit quotannis instituta celebritas. Philippo, qui Insulæ Chiæ expugnator, ac Venetarum triremium depopulator, ac victor.

§.54. Pagano, qui tum Venetam, tum Cataloniæ classem ita disiecit, vt capto Cataloniæ Duce, Ianuam SS. Mauritij, & Eleutherij corpora asportarit.

§.55. Luciano strenuo duce. Petro, qui Ianuēsis classis dux Vngarorum Regi suppetias tulit; eoq; ipso tempore cum Adriaticum mare enauigasset suæ ditioni Omagum, Gradum, Palæstinam, Loretum, & Chioggiā subiecit, dumq; secum animo cogitaret alio iter

insti-

instituere, repentina turris campanariæ ruina depressus occubuit.

§.56. Antonio. qui in Cataloniam pyratas insecutus.

§.57. Thoma, qui pro Ligurum Rep. e viuis excessit.

§ 58. Andrea præstātiss. Duce, qui terra, mariq; statuit gloriæ monumentum suæ, qui singulari virtute & Frācisci primi Galliæ Regis, & Caroli V. Imperatoris maximi gloriam amplificauit, qui patriam semper vnice dilexit; itaq; planè, vt quamuis, dum in ea res susq; deque agerentur, posset Ianuæ clauum moderari, ac regere, tamen nō hanc modo sententiam summa voluntate deposuit, sed etiam operā diligenter dedit, vt otio Ciues, tranquillitate boni, Resp. libertate fruèretur. Hæc de beneficio non immemor ex ære statuā Andreæ faciendam, publice collocandam, atq; in eius base hosce characteres inscribendos curauit, LIBERATOR PATRIAE. vt tanti viri facinus non omnium modo sermone, ac linguis, sed pæne spirantis, ac viuentis semper simulacri prædicatione commendaretur.

§.59. A tanto viro nō degener Io: Andreas, qui rebus preclarè gestis, præterquamquod familiæ, suiq; nominis famam æternitati consecrauit, tantum Ianuensi Patriæ vtilitatis attulit, vt statuam alteram Andreæ alteri erigendam Ligurū Respubl. decreuerit, alteriq; altera responderet, vt si in illius base, liberator patriæ, in huiusce itidem grandioribus exaratum literis legeretur SERVATOR PATRIAE; Ligurumq; Resp. Andream Patriæ liberatorem, seruatorem Io: Andream itidem alterum consequentibus annis, & agnosceret, & veneraretur. rectè hic illud.

Aen. 6. ...... *vno auulso non deficit alter*
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

§.60. Hæc breuiter de Illustriss. Doriæ familia innuisse, non dixisse sint satis. ad institutum.

§.61. Ioannettinus ergo vbi Diæcesin Panormitanā suscepit administrandam 1608. sic varijs, Sanctissimisquè institutis instruxit, sic decretis vsquequaq; firmauit, vt breui tēporis interuallo & Vrbs Panormitana, & Diæcesis vniuersa, diuino opitulāte nomine, pristinæ consuetudinis personam deposuerit, moresq; mutarit. Tota.n. tota, quanta quanta est Diæcesis ad meliorem frugem reducta odorem sanctitatis afflauit. Vrbs vero Panormitana sic planè seipsam vicit, vt in ea erga Sanctos pietas, in rerum diuinarum cultu religio, in Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, in quo ad ægros deferendo nihil magnificentius, nihil augustius; amor eluxerit.

§.62. Quocumq; oculos conuerteris omnia Eminentiss. ac Reuerendiss. D. D. Ioannettinum Doria laudandi argumenta suppeditāt.

Tem-

Templa omnia culta, illustrata. Sacerdotium religiosius, sanctius. Sanctimoniales sanctiores. praui mores amandati.

§.63. Eo Diæcesin obeunte pauperes sublevati, recreati omnes, sui prodigus, alieni non appetens, auri contemptor, auræ popularis non sectator. In prauos, nefariosq; homines tenax, donec ij ab scelerum complexibus auellantur. Ter Siciliam summa cum laude administrauit.

§.64. Anno 1624. Panormum nauis appulit, pestem inuexit. Exitiali morbo ciues affecti de re sua, de coniuge de salute desperabāt. Vrbs tota peste oppressa extremum sibi timebat exitium. Forte fortuna inter Panormitanos, ac Hispanos ciues ipso die S. Mariæ Magdalenæ sacro exorta altercatio est. vtrinquè ad arma deuentū. de altercatione fama percrebescit. Ciuis armatur, circumuolat. Hispanus obsistit. pugnat. Sanguinolenta vtrinquè certatio. Eminentissimus, ac Reuerendiss. D. D. Ioannettinus Doria de rumore fit certior. nulla mora interiecta periculi contemptor, ac mortis ad eā partem, vbi grauis videbatur esse conflictus, accurrit. Qua voce, qua auctoritate, qua corporis gestu sedandi ardet cupiditate certamen exortum. hinc atq; hinc tumultuatur egregiè. Dum ex arce Sclopum explodit miles hispanus sine dubio Cardinalem amplissimum Pastorem nostrum interfecturus, alieni corporis oppositu defenditur, seruatur. Is vltro aduerso corpore vulnus excepit: emoritur. Beneficij haud immemor Præsul opt. familliæ egestate depressæ mira liberalitate succurrit. Tumultu sedato auro, argenteoque onustus prudens Pastor per compita discurrere, volitare qua verbis exasperātes animos lenire, qua auro popularibus opitulari, qua magnam pecuniæ vim in vicos, in plateas, ac vbique profundere, vt nō modo panormitanam vrbem, sed etiam Siciliæ regnum sibi ipsi singulari prudentia restitueret. Iure ergo dicendum mihi est Hisp. ac Sic. Regem ab vno certè Ioannettino Doria sibi Siciliæ Regnum diuinitus oblatum, seruatum, restitutum. Rectè cadit hic illud Antonij Vinitiani in re pænè simillima cum Hispaniarum Rege colloquentis. *In lib. Ingrass. de peste.*

Quod si eadem est virtus quærendi, & parta tuendi,
Quid, rogo, qui seruat, non tibi regna parat?

Tantæ virtutis conscius, dequè accepto munere nō ingratus Hispaniarum Rex singularibus Eminentiss. D. D. Ioannettinum donis amplificauit, ac beneficijs auxit amplissimis. Quid vero hic Præsul ter opt. peste in vrbem grassante perfecerit, alibi diximus. libri secundi calcem consule. consule itidem & libri tertij caput primum

tit.

tit.S.Rosaliæ Virginis Panormitanæ triumphus explicatur. f.*65*.

§.*65*.Quæ ad hanc rem faciunt, omnia de tanto Præsule exarata. Hæc de Marco Antonio, hæc de eius liberis, hæc de nepte satis.

§.*66*. Ad Ioannem Finarij Marchionis maiorem natu in Africa demortuum redeamus. Hic Finarij Marchio, quo de licet plura nec exigua, nec vulgaria dici possent, ea tamen omnia in hæc pauca perstringam. Is itaque 1529. Carolo V. Imperatori ad inuisendum Deiparę templum in Finarijs agris situm communi vocabulo, di Pia, nuncupatum eunti delecta militum manu, Principe Andrea Doria eius vitrico Duce, processit obuiam. Summa cum humanitate ab Imperatore exceptus non modo imperatoriã gentem suis sumptibus aluit, sed Imperij Principibus, ac Dynastis dona non pauca large, effuseq; donauit. Ad Ligurum vsquè secutus est Vrbem, atq; anno 1530.cum ille Bononiæ diadema susciperet tamquam Carrettæ familiæ caput proceribus circumseptus interfuit. Qua de re Sansouinus, Rossellius, ac Paulus Iouius. Omnium princeps summa animi magnitudine præstans Africam inuasit, interquè strenuè, fortiterq; dimicandum Sclopi ictu percussus, cum tertium supra trigesimum agitaret annum, e vita incredibili cũ Imperatoris, Christianiquè exercitus dolore decessit. Dum lecto decumberet, ad eum inuisendum Imperator accessit.

§.*67*. Quattuor hic sibi filios superstites reliquit. Primus Alphõsus II. Alter Alexander, Tertius Fabricius, Quartus denique Sforzius Andreas. Omisso Alphonso, de quo suo loco, ceteros breuissimè percurramus.

§.*68*.Et quidem Alexandri Abbatis Bonacambæ in Gallia virtutem, integritatem, Sanctimoniam tota Gallia suspexit, ac venerabũda percoluit. Fabricius miles Hierosolymitanus Mediolani Commendator. Sforzius Andreas, de mortuo eius fratre Principe Alphonso, Finario Marchionatui successit. Vltimus ex Carretta familia Finarius Princeps, qui ex Aleramo suam ducit originem.

§.*69*. Alphonsus itaque hoc cognomento secundus Ioannis natu maior, qui puer ad Carolum V. Imperat. Max. 1535. a Principe Doria eius auo cum deferretur, ab Imperatore, qui Alphonsi genitoris haud immemor; cum eo.n. Niceæ Paulũ III. Pont. Max. conuenit, & exceptus humaniter, & omnia priuilegia secũdo, tertioque comprobata. Secutus in Africa expugnanda Imperatorẽ, secutus Maximilianum secundum Boemiæ Regem Hispaniam cõtędentem, vt Reginam Mariam duceret vxorem. Secutus deniq; Philippum Hispaniarum Regem, cum primum in Italiam traiecit, vt hac ratione

optimi, fidelissimique Principis munere fungeretur. Interim hinc anno 1548. populares ab eo deficiunt. arma capiunt. castra locant, vexilla sustollunt. Inde Galli in Lombardia diuersa eius castella, & oppida aggrediuntur. dominantur. Is iusta ratione permotus Imperatori sistit. causa tam ab Germaniæ, quam ab Italiæ discussa doctoribus. Plurima plurimi ea de re confecere volumina. Confecit Menochius & suum de causa Finariensi inscriptum. Dum sub iudice lis esset, in Boemia, Vngaria, Francofort Imperatoris arma secutus. Hic omnes Germaniæ Principes, maximè vero eius consanguineus Saxoniæ Dux elector ante Imperatoriũ tribunal expertus fauctores est. Tandem 1564. ab Ferdinando Imperatore fauctrix Alphonso prolata sententia, oppidisque & Castris sibi restitutis pristinum Dominum non agnouere modo, sed coluere populares. Ad hæc. ne obsequia sibi præstita diutius ab hominum memoria, consequentibus annis, remouerentur, omnia diplomata, omnesque Marchionatuum Clauesanæ, Sauonæ, Finarij, ac Sacri Romani Imperij Ptincipis, ac perpetui in Italia Vicarij titulos approbauit.

§. 70. Verum e vita Imperatore migrante rursus obsidionem hostium est passus, quorum insolentem, Maximiliano fauctore, ac defensore infregit audaciam, atque ab omni se periculo, metuquè liberauit. Ergo vt Imperatori voluntatem declararet suam, 1566. ad Vngaricum bellum contra Turchas ab Maximiliano Imperatore commissum nullo stipendio affectus accessit. Dicam amplius. Secũ ipse non mediocrem equitum numerum proprijs sumptibus abduxit; quo in obsequio præstando, obeundoque munere tandiù perstitit, donec excessit è vita. Maximiliani diploma 2. Iunij 1567, exaratum consule. In eo rem integram cognosces.

§. 71. Age vero præclaros hosce viros rebus præclarè gestis illustres in Italia relinquamus. ad Siciliam deueniamus, *in qua* quidem *Sicilia* (vt ait Hieronymus Hennigez) *quoquè ex hac familia orti Carrettani diuites, & Potentes, Domini, ac Barones*. Et quidem licet hæc tanta familia, vt dictum satis, in omnem Italiæ, orbisq; terrarum ambitum nobilitatis lucem effuderit, vt iure ab vnoquoque suspiciatur, in Sicilia tñ tantũ semper assequuta splendoris, dignitatis, ac nominis, vt merito ab Hẽnigez perscribatur in ea viros potẽtes floruisse, atq; in Sicilia vniuersa dominatos.

Hier. Hennigez tõ. 4. geneal. tab. fol. 1494. sub tit. Carrettanij, & Finarij Marchion.

§. 72. Matthęus ergo del Carretto secũdo loco genitus Marchionis Sauonæ, ac Finarij filius Racalmuti, Calatabiani, ac Siculianæ Dominus Mag. Rationalis. Singulare munus id temporis, cũm id Regum dũtaxat consanguineis conferebatur, Rege *M*artino præsente,

Ex Reg. tab. in lib. an. 5. Ind. 1396.

Vrb.annal. 1392. sente, atque annuente. Is vna cum illis primarijs viris Francisco Valguarnera II. ac Raymundo de Aprilia Vrbis Prætore literas accepit a Rege, vt Comitem Andream de Claramonte Panormum occupantem deprehenderet. Quod effectum planè, cum deprehensum illum Regi tradiderit, atque Panormitanam Vrbem ab omni improborum hominum seditione liberarit. Quo plane munere sic perfunctus est *M*atthæus, vt Rex ipse de huiusce virtute consilius totius Siciliæ Vicarij munus summa cum voluntate contulerit.

Cabr. in reg. tab. in oppid. Racalm. §. 73. *M*atthæo successit Ioannes primus, qui cum hæreditario quodam iure masculam Patris virtutem fuisset hæreditatus, semper vel in publicis obeundis muneribus, vel in periculis adeundis, vel in Regis amplificanda gloria fortem se præbuit, ac strenuum, vt merito dixerit ea tempestate non nemo, Patris Filius.

§. 74. Ioanni I. Fredericus. Hic a maioribus non degener & prudentia, & magnanimitate, & virtute præclarus. Duos hic suscepit liberos Ioannem II. ac Cæsarem primum optima prole florentem. Ioannes natu maior, cum familiam rebus præclarè gestis æternitati cõmendasset, Herculẽ, ac Paulũ habuit sibi, nec maioribus dissimilem suis. In vnoquoque semper auitæ nobilitatis fulgor eluxit.

§. 75. Ex Hercule Ioannes III. est ortus singulari prudentia, præcipuaque virtute conspicuus. Hunc Carolus V. Imp. cum Panormum accessit miris affecit honoribus, vtpote qui tum propria, tum auita nobilitate dignus, qui suspiceretur, quique inter Dynastas omnes præcipuo honore haberetur. Ioannes duobus illis liberis Hieronymo Primo, ac Frederico gloriosior.

§. 76. Et Fredericus quidem vir insignis Xabicæ Baro. duplicem sortitus est Filium Sigismundum primo ætatis flore morte præuentum, ac Baldassarem Xabicæ Baronem. Tres hic liberos ex vxore suscepit. Fabricium optima indole, optimisque moribus institutum, qui summo cnm omnium sensu decubuit.

§. 77. Prosperum hodierna luce viuentem, ac Xabicæ Baronem. Alphonsum deniquè strenuum Hierosolymitanum militem in eorũ omnium, ac Panormitanæ Vrbis luce versantem.

§. 78. Ad Hieronymum ergo I. maiorem natu redemus; de quo Rodulphi Imperatoris a Maximiliano Patre non degeneris, qui Carrectam familiam plurimi semper fecit, extant ad Philippum II. Hispaniarum Regem perscriptæ literæ. Rex, quia Hieronymi maiores Sauonæ *M*archiones *M*archionum nomine insigniebantur, voluit, vt Racalmuti Comes id temporis, & appellaretur, & haberetur; spem tamen adiecit se se in posterum maioribus titulis tantæ

fami-

familiæ gloriam amplificaturum. Regis literæ, vbi Hieronymo Comitis collatum nomen est, audiendæ. Nihil hisce præclarius.

§. 79. Philippus &c. *Vniuersis &c. Cum Spettab. Fidelis nobis dilectus D. Hieronymus Carrettus ex Marchionibus Sauonæ insignis virtutis, ac infrascripti animi documenta non absque fortunarum iactura, & sanguinis effusione ediderit; considerauimus, quod modo Prædecessorum insignia obsequia, quæ Serenissimis Regibus Felicis record. vbi illa necessitas exposcebat fideli animo, promptaque voluntate exhibuere, vetustamque nobilitatem, & splendorem familiæ Carettorum, quæ non tantum in præfato Regno, verum in alijs prouincijs nostris, & exteris titulis varijs ornata, illustrata, & insignita est, si modo relinquamus celebres alios viros ex eodem stipite descendentes, qui merito ad præclaras, ac sublimes dignitates Ecclesiastici status euecti sunt; Volentes igitur erga Præfatum D. Hieronymum Carretto gratos nos exhibere &c.* Ex pri. dat. 28. Iun. 5. Ind. 1577.

§. 80. Quanti vero Rodulphus Imperator Hieronymum duxerit, ex laudandis literis iam liquet, qui, cum Imperatoris Maximiliani Patris epistolam ad Regem exaratam perlegisset, Patris institit vestigijs, vt Hieronymum promisso Marchionatus nomine insigniret. sic habent.

§. 81. *Rodulphus, &c. Serenissimo, &c. Cum superioribus annis Diuus quondam Imperator Maximilianus, Dominus Genitor noster colendiss. aug. mem. datis ad Serenitatem vestrã in Nobilis nostri, & Imperij Sacri Fidelis dilecti Hieronymi de Carretto Baronis in Rachalmuto ex Marchionibus Sauonæ literis suis Serenitatem vestram beneuole rogasset, vt eumdem Hieronymum Carrettum, ac filios, ac descendentes suos primogenitos in Baronia Rachalmutana successuros, titulo, gradu, & dignitate Marchionali augere, dictamque Baroniam in Marchionatum erigere vellet, id secutum esse intelligimus, quod Serenitas vestra Baroniam illam Comitatus tantum titulo decorauerit, spe tamen D. Hieronymo, quem plurimi, vt par erat, Diuus Genitor noster duxit, relicta, Marchionatus tituli alio post modum tempore concedendi. Cum igitur tam prædictus Hieronymus de Carretto Comes in Rachalmuto nobis humiliter exposuerit se etiam num istud cupere, vt cum non tantum constet eum ex antiqua Marchionum Sauonæ stirpe progenitum esse, atque descendere, quorum Saxoniæ Dux antiquissimus origo est, & caput, verum etiam &c.* Quare sic tandem concludit egregiè Imperator. *Qua propter Serenitatem vestram fraterno studio rogamus, vt cum alioqui haud dubiè ad præfati Hieronymi de Carretto splendorem domesticum restaurandum, innouandumque ob suas, maiorumque virtutes optimè propensa sit, nostræ huius commendationis intuitu se tanto faciliorem præbere, ac tam benignam*

eius

eius hoc loci rationem habere velit, vt in eadem intercessione nostra se haud frustra plurimum spei posuisse cognoscat. Itaque serenitas vestra nobis rem inprimis gratissimã factura est, &c. Dat. Pragæ die 12. Feb. 1580. Extat & alia non minoris certe ponderis, ac momenti 1598. perscripta, diligenter exscripta, fideque publica munita. Inter cetera hæc.

§. 82. *CARRETTORVM antiqua, ac Regia Familia propter insignem in Augustam Domum nostram, & Sacrum Romanum Imperium fidem, ac multiplicia merita maioribus nostris acceptissima extitit. Qua oriundi Hieronymus Carrettus Racalmuti Comes Siculus, eiusque Filius Ioannes Diui Patris nostri Maximiliani Secundi gratiam peculiaribus obsequijs meruere, quos vt beneuolentia etiam nostra complectamur, & quidquid ad eorum ornamentum augenda possimus libenter conferamus multas habemus causas. &c.* Vt ex his liquido elucescat Hieronymum, ac Carrectam Familiam sic in pretio semper, & vbiq; ab Imperatoribus habitam fuisse, vt præscriptæ literæ, aliæque, quas omisi, testes huiusce veritatis locupletes existant.

§. 83. Hic ergo tres sibi Filios auitæ virtutis hæredes reliquit Ioannem Aleramum, ac Iosephum. De Ioanne plura: hæc interim generatim habeto. Quæ obijt munera peculiari semper cum sui nominis, ac familiæ dignitate administrauit. De Aleramo Gagliani Comite adhuc superstite nihil est, quod dicam, vir præclarissimus, munificus, Hispaniarum Regi periucundus. Philippi Regis II. (a quo creatus S. Iacobi miles,) Pincerna. Totius olim Siciliæ Vicarius, quod nouum quod inauditum est. In obeundis excellentissimis muneribus, quæ omnes huiusce familiæ Proceres in Sicilia præclarissima obiere, strenuus in rebus conficiendis non ignarus. Tanti apud Regem Hisp. Philippum II. ac III. semper is fuit, vt, cum Rex Philippus II. in cœlestes illas oras commigrauit, Aleramus inter ceteros Hisp. magnates, dum Regis peragerentur exequiæ, solus ipse consederit. Huiusce rei allata ab Rege ratio est, quia ex antiquissima familia, sic Rex Pater meus viuendo fatebatur, duxit originem.

Torron. in Seg. Philip. II. exeq.

§. 84. Ioannes Hieronymũ procreauit singulari virtute præstantem. Ex Hieronymo tandem IOANNES Racalmuti Comes, qui præclara animi indole, ingenitaque virtute nec a suis se maioribus degeneraturum, futurumque maximum Siciliæ ornamentum pollicetur.

C

D. GRATIANVS CASTRONIVS.



§. 1. CASTRONIORVM Familiam esse antiquitate florentem, & in Panormitana Vrbe nobilissimam semper extitisse & coniecturæ primum nos docent, tum veritas monet. Ex nobilissima enim, vetustissimaquè Castroniorum prosapia (de qua in suis epistolis a Cicerone, cum ad Lucium Castronium perscriberet, facta mentio est) suam, ni fallor, trahit originem. Atquè huc huiusce familiæ maiores fortasse spectarunt, cum in extructæ domus e Cathredalis Ecclesiæ regione constitutæ Romulum,

mulum, & AEmiliam Romanæ vrbis auctores coronide collocarunt, vt videlicet omnes simulacra perdocerent hanc familiam esse Romanam, & cum Romana prima nobilium Romanorum colonia, vt auctor est Strabo, Panormum appulisse, & in Panormo Vrbe domicilium, sedemquè collocasse. Et plane cum de hac familia sermonem Lucius Marinæus haberet, affirmat hanc cum Romanis Colonijs in Hispaniam traiecisse. *Fuit, inquit, olim Romæ Castroniorum generosa domus, ex qua qui modo Castri cognominantur in Hispania, originem ducunt.*

lib.6.

lib.4.

§. 2. Atque hæc quidem, vt vides, suis innixa coniecturis. Illud vero certum, ac firmum a veritate profectum, quod nulla ratione infringi, nulla vi labefactari potest, hanc scilicet familiam illius Panormitanæ Turris Vrbis veteris Sarracenico vocabulo Busuemis appellatæ Dominam extitisse, atque vel ex eo tempore possedisse, quo hominum memoria non existit. Atque hoc Vrbis Panormitanæ monumenta sic probant, ac testes, annuente Præside, recepti sic confitentur, vt hac de re nemini relinquant dubitandi locum. Porro hæc Turris validissimum Vrbis Panormitanæ propugnaculum vel hodierna luce pænes hanc familiam esset, nisi Panormitanus Senatus ad Vrbis, viarumquè amplitudinem amplificandam, persoluto prius eius Turris pretio D. Christophoro Castronio, diruisset. Huc accedit & illud non exiguum, nec vulgare, vt opinio mea fert, argumentum, quo tantæ familiæ suadetur antiquitas, eam videlicet multis retro anteactis sæculis Sanctæ Mariæ Magdalenæ templum iure, vt aiunt, patronatus possedisse, ac varijs locupletasse redditibus. Constans fama est id ab Archiepiscopo, quisnam is sit, ambigitur, sacrum; cum planè id ab roseo Christiano stemmate parietibus adumbratum suadeat, quod certè vel hoc tempore eluceret, nisi Don Christophorus Castronius & templi vetustati, & familiæ dignitati consulens 1600. a fundamentis pænè instaurasset. Atque hæc quidem de hac familia generatim.

ex test. recep. 1488.

in act. Mat thæi Fallarà cod. an. Ea☧. lib.8.

§. 3. Iam ordine progrediamur suo. Ergo Don Gratianus Castronius Mamfredum in Sicilia vnum ex Proceribus familiæ agnoscit suæ, qui 1295. vna cum viris illis nunquam satis pro dignitate laudatis Ioanne Procita, ac Mamfredo Claramõtano pro P.S.Q.P. ad Pontificem Max. Orator accessit, vt ratum id haberet, quod in tradendo Frederico de Aragona Siciliæ Regno Panormus effecerat, nolletque Gallorum excandescentes animos, adiecta spe, incendere, vt Siciliam inuaderent, denuoquè possiderent.

ex lib. vrb. Panor. eiusdem anni.

§. 4.

§. 4. Mamfredus, Philippum, ac Rogerium sortitus est liberos. Ille 1311. ab Vrbe Panormitana ablegatur, vt vna cum Rainaldo de Milite, ac Guilelmo Tagliauia generali, quod aiunt, colloquio in Vrbe Mamertina peragendo, Frederico Rege præsente, intersit. *ex lib. Cur. Præt. or.*

§. 5. Ex Philippo Ioannes, qui M. R. C. Iudex integerrimus, de cuius prudentia, virtute, ac sapientia cum P. S. Q. P. periculum fecisset, voluit, vt ad Regem Ludouicum 1348. Catanæ immorantem, anno vero 1354. ad Aloysium Neapoli degentem legatus accederet, in qua legatione sic præclarè se habuit, vt eum plures integros annos Rex secum retinuerit, ac plura priuilegia & confirmata, & aucta a Rege Regia liberalitate obtinuerit. *ex lib. Cur. Prætorian. 1351. & 1364.* *ex vrb. monum. eiusd. anni.*

§. 6. Ioannes Matthæo, & Nicolao gloriatus. Matthæus pro S. P. Q. P. ad Martinum Regem in Catana Vrbe versantem cum Nicolao de Bononia, Gilforti Panormitano, & Paulo Montis regalensi Archiepiscopis legatione perfunctus, teste Fazelo, quamuis Fazelus Matthæum Cauisconum, non Castronium appellet. sed Typographi, seu cuiuspiam alterius, vt opinor, error est, quem tamen locum Fazeli purgator non correxit; cum constet apertissimè ex literis ab Martino Rege perscriptis 1396. tam ad Matthæum Castronium, quam ad Nicolaum de Bononia, qui diligenter operam in eijciendo ex Vrbe Henrico de Claramonte Vrbis imperium affectante nauarunt. Audiamus ergo Regem pro Mattheo hac de re perscribentem. *Attendens, inquit, fidem puram, & deuotionem sinceram, quam Mathæus de Castronio de Panormo fidelis noster erga Excellentias nostras gerit, & gerere potest in futurum. grata quoque, & accepta seruitia per eum his diebus elapsis in reductione Felicis Vrbis Panormi nostris Maiestatibus præstita, quæquè præstat ad præsens, & in antea præstare credidimus meliora, &c. Dat. Catanæ 1346. 13. Martij.* *an. 1392.* *an. 1391.* *Faz. lib. 9. Dec. 2. c. 7.* *ex Reg. tab. eiusd. anni. fol. 44.* *in Reg. tab. fol. 44.*

§. 7. Matthæus Iacobum ex vxore suscepit; qui cum a suis maioribus non degener animum ad Regis Martini gloriam, ac nominis dignitatem amplificandam adiecisset, a Rege magni Olivueti in agro Panormitano dimidium accepit,; quod, Raymundo de Moncada a Rege Guilelmo deficiente, Regia sibi Curia iure adscripserat. quod planè munus ab Rege aliorum loco collatum 1398. exiguum quidem Rex appellat, cum maiora quidem ob accepta a suis maioribus, vt cum diplomate loquar, seruitia debeantur. *In Reg. tab. eiusd. anni fol. 23.*

§. 8. Iacobus Ioanne II. non ignobilis, qui cum Regi Alphonso

nec

nec pauca, nec exigua, vt ita dicam, seruitia exhibuisset, Elisabettham de Laurentio duxit vxorem. Hæc illius Roberti de Laurentio Militis neptis fuit, qui vtriusquè Siciliæ perpetuus M. R. C. Iudex, cui plane Rex Petrus de Aragona ob multa accepta tam sibi, quam Ioanni Militi eius filio beneficia, *Tintoriæ*, loquor enim cum diplomate, *Gabellam* contulit; quod certè munus familiæ Castroniorum iure obtigit hæreditario ob contractum scilicet cum Elisabetta Emmanuele, & Laurentio matrimonium, cui denatæ 1512. Christophorus iure successit.

ex lit. dat. ab eod. Reg. 1448. 24. Iul. in Fel. Castr. contra Plumbinum. an. 1338.

§. 8. Ioannes II. Matthæum, Nicolaum, & Euphemiam sortitus est liberos. Ille, Regina Blanca regnante, singularis prudentiæ, & auctoritatis in administranda Rep. vir. Hic Regius miles, qui cum 1448. in Panormitana Vrbe cum nonullis Equitibus altercatus, ac manus cum hisce conseruisset, ob illatum vulnus a M. R. C. proscriptus. Rex Alphonsus vt voluntatem erga Nicolaum, eiusquè Patrem de Rege benemerentiss. declararet suam multis, grauibusquè beneficijs delinitam, publico diplomate & ea proposuit, & omnibus contemplanda in posterum exposuit hoc dicendi genere, *Volentes*, inquit, *in præmissis ad supplicationes, & intercessus domesticorum, & præsertim vestri Nicolai de Castronio Militis alias ob grata plurimum fructuosa, & accepta seruitia per vos dictum militem, & etiam per Ioannem de Castronio Patrem vestrum nobis fideliter præstita, &c.* Euphemia demum cum primum se se in matrimonium cum Sancti Stephani Barone collocasset, deinde vero cum ad secundas nuptias conuolasset, virum habuit Bernardum de Requesens Magnum Cancellarium, Siciliæquè Proregem 1462. Alphonso Rege; quod ex elogio Euphemiæ sepulcro adiecto in templo S. Mariæ Angelorum Panormi satis constat.

ex fel. Castr contra Plūbin. 1448. 24. Iulij.

§. 10. Nicolaus Ioanne III. insignis, qui Polisenam de Benedicto vxorem duxit, ac 1445. publico ornatus est munere. de quo plura Fazelus. hunc consule. & quamuis hic omnibus omnium rerum copijs circumflueret, in eo tamen & prudentia, & doctrina non desiderabatur, cum in diplomate Rex Alphonsus Consiliarium appellet suum. Plures sibi non degeneres habuit filios Petrum, Matthæum, Christophorum, Iacobum, Elisabettham, Flodelisiam, ac Batholomeam. Elisabeth cum Christophoro de Benedicto id temporis Magistro Secreto, Flodelisia cum Bartholomæo de Bononia, demum Bartholomæa cum Antonio Bardi Iacis Domino nuptias celebrauit.

Dec. 2. lib. 9. cap. 9.

ann. 1446. Panorm. 9. Aug.

§. 11, Sed ad Iacobum Ioannis filium reuertamur, qui cum Elisabet-

sabettha de Emmanuelis matrimonium contraxisset, locupletem Thomæ, ac Io. Aloysij adijt hæreditatem. quæ plane Emmanuelis familia sic nobilitate præclara, vt eam Regis Frederici priuilegia Antonino de Emmanueli militi collata non sileant. legatur ergo huiusce Regis diploma huic ipsimet collatum, dum illi oppidum Burgetti, quod Burgium millusum est: legatur & illud Andreæ Emmanueli militi, quod vel ea ratione sibi cõcessum in literis affirmat suis, Andream videlicet ferro armatum in Regis amplificanda gloria multum insudasse dum Ciuitas Drepanitana graui obsidione premeretur. Legatur & hoc aliud a Martino Rege, & a Regina Maria Aloysio militi Andreæ filio, in quo id, quod ab Aloysio factum in liberanda Panormo Vrbe ex Henrici Claramontani tyrannide recensetur. Quam gloriæ partem Matthæus etiam Castronius iure sibi vendicat suo. legatur demum & Regis Alphonsi Ioanni Aloysij filio 1417. eiusdemq; itidem Thomæ 1453. cui ob Aloysij eius filij mortem Elisabeth Iacobi Castronij Thomæ filia successit. Ex quibus plane, luculenterq; constabit nobilissimam esse Emmanuelem familiam, ac rerum ab ea præclarè gestarum vere, vt liquet, hæredem esse Castroniam familiam.

Dat. Drep. 1321. 26. Maij. *dat. in mõt. S. Iuliani 1314. 14. Apr.* *Dat. Cat. 7. Apr. 1397* *Dat. Pan. 10. Maij.* *Dat. itidem Pan. 7. Ag.*

§. 12. Ioannes Christophoro I. & Hieronymo gloriosus. Ille Franciscam Riggio Iuliani Riggio Romani militis, sic loquitur diploma, filiam duxit vxorem. in obeundis semper publicis, priuatisq; muneribus prudentem se præbuit, cuius certè singularis prudentia nouies ad Senatorium munus euexit; qui planè honos a maioribus non alienus semper suis.

ex publ. monum. Vrbis Panor.

§. 13. Ex Christophoro Iacobus, & Franciscus. Iacobus primum Laurentiam Alliata, & Spatafora Gerardi Baronis Soloenti, tũ hac denata, Franciscam lo Schiauuzzo Baronis Cefalà filiam duxit. In agendis rebus prudens, ac publicis sæpe muneribus egregiè perfunctus. Hisp. ac Sic. Rex Philippus II. tam ab hoc in suis literis, quam ab eius maioribus res præclarè gestas honorifica oratione percenset, quibus merito permotus Iacobum titulo, DON, insigniendum putauit.

dat. Madr. 1573. 7. Sept.

§. 14. Iacobus Christophorum II. Andream, Iacobum, & Ioannem ex vxore suscepit. Christophorus Eques strenuus, in obeundis Equitum muneribus vel facilè Princeps, vel singularis. In concurrendo vix habuit parem. hinc gloriosiore decreto ab hac equestri exercitatione remotus. In rerum semper ad Panormitanam Remp. spectantium administratione & masculi animi vir, & integer. Ad Marchionem Villenæ Proregem Messanæ degentem pro

Pa

Panormitana Vrbe legatus accesist. Vxorem habuit Antoniam de Ballis Gratiani Calattuui Baronis filiam, ex qua Gratianus, & Franciscus. Vterque Patri similis, vterque par.

§. 15. Hic præcipuæ virtutis, ac fortitudinis Eques. in adeundis periculis cordatus. in superandis magnanimus. testis locuples Orethus. Ille vero in concurrendo cum Equitibus verus Eques. plura quidem ex eo vmbratili prælio honoris præmia vel adolescens tulit. D. Francisco de Castro Comiti Castri Proregi olim Opt. carus semper, semperquè iucundus. Hic scilicet huiusce virtutem admiratus. cuius planè virtus cum omnium linguis, omniumq; prædicatione celebraretur Vincentij Ferrerij viri eruditissimi animum perculit, vt de tanto Adolescente pangeret hoc tetrasticon, quod cum meo quidem iudicio, ac multorum etiam approbatione dignum videretur, quod tum ad Poetæ nomen celebrandum, tum ad Gratiani Castronij gloriam promouendam annis consequentibus extaret, hoc mihi loco exarandum putaui.

Castroni te certa manet victoria, quando
Contra Equites prona cum trabe curris Eques.
Laus magna est superare viros, sed maior in armis
Nobile iudicio Principis esse caput.

Hæc de Gratiani Castronij familia sint satis. ex eodem stipite sunt & alij tum virtute, cum nobilitate florentes, quos erit alius recensendi locus.



F.

D. IOSEPH FILANGERIVS.



§. 1. ET Filangeriam familiam tum antiquitate, tum nobilitate florentem esse nemo est, qui non aperte fateatur. Et quidem in Chronico F. Maraldi Cartusiani Cænobitæ lego & Præsules, & Comites, & Dynastas Panormum aduolasse, vt Rogeriũ sese Regijs infulis ornantem intuerentur, ac interessent; recensitisquè primo loco Archiepiscopis, & Episcopis, deinde vero Abbatibus, sic ceteros prosequitur. *Adfuerunt quoque Goffridus Loritellus Comes Catanzarij, Riccardus Dux Caetæ, Ammianus Regis Conradi Legatus, Rogerius Culchebret Comes Arenæ, Canzolinus Rogerij Cancellarius, Nicolaus Rogerij Prothonotarius, Anselmus Piperio Comes, Randulphus Comes, TANCREDVS FILANGERIVS.* Hinc planè nõ modo & tãti viri dignitas, sed & familiæ antiquitas, ac vetustas liquet. Enim vero plu-

ra,& quidē digna de hac familia haberemus,quæ literarũ cōmendanda monumētis viderentur, si vel Regium Tabularium integrũ cōstaret,vel iactura temporum iniurijs passum nō fuisset. nihil ergo mihi hactenus compertum, nec ad me hactenus aliquid perlatum.

§. 2. Hoc ego in Curiæ Prætorianæ monumentis inuenio, quod ad familiæ amplitudinem, ac dignitatem confert; Vrbis videlicet Panormitanæ Prætores extitisse, ac sũma cum laude tanto munere perfũctos Abbum Filingeri 1301.Guidũ Militem 1307.& 1324. & 1328. Henricũ 1373. vt familiæ nobilitati muneris grauitas respōderet. Lego itidem Illustrem virum illum Abbũ Filingerium Martino Regi fuisse pergratum, cui profecto, cum is Regi inseruisset ex animo, eiusq; sibi captasset voluntatē,summa cũ voluntate S.Marci Opidum, Friderico de Aragona deficiente, concessit. Fuit & hic priusquam a Rege S.Marci Opido donaretur, Asnelli Dominus, ac, populares imperio subiectos expertus suo.Vtrumq; habes in Regio diplomate ex Regio tabulario fideliter exscripto,vt tãti viri dignitas tum ex auita, tũ ex noua etiam collata dignitate noscatur. sic illud *Martinus Dei gratia, &c. Præsentis priuilegij serie notum fieri volumus vniuersis tam præsentibus, quam futuris,quod quia ob rebellionem incautam, ac crimen læsæ Maiestatis per Fridericum de Aragona contra nostras Serenitates, & statum pacificum Regni nostri nequiter cōmissam, omnia loca, terras,fortilitia,& quæcumque tam feudalia,quam burgensatica, & specialiter Terram, & Castrum S. Marci cum omnibus eorũ viribus fuerunt, & sunt Fisco nostræ Curiæ legitimè deuoluta, & rationabiliter constituta ad humilē supplicationem per nobilē Abbum de Filingerio dicti Regni Siciliæ, vna cum socijs Magistrum Rationalem, Consiliarium fidelem nostrũ dilectum culminibus nostris humiliter factã. Considerãtes fidem purã,& deuotionem sincerã, quas dictus nobilis erga Excellentias* » *nostras semper gessit,& gerit, ac ardua,& grandia, & notabilia seruitia* » *per eundem nobilem nullis suæ personæ periculis, ac laboribus euitatis ab olim postquam ad hoc nostrum Regnum feliciter transfretauimus,nobis fideliter præstita,quæque præstat ad præsens,& præstare poterit in futurum Domino concedente meliora, renunciatis prius per eundem nobilem Abbum in manibus nostræ Curiæ, &c. concessis eidem nobili Abbo tãquam benemerito,& condigno suis hæredibus in perpetuum in excambium Terræ & Castri dell' Asinello, &c. Dat. in Terra Randatij 1398. vij. Ind.* Magistri Rationalis mentio in Regijs characteribus habetur. sicut non vulgare,ita certè singulare præconium,cum eo munere fungebatur ij ea tēpestate dumtaxat, qui vel ceteris dignitate præirent, vel Regibus affines essent. suæ virtutis hæredē filiũ Riccardum de Filingeri Abbus reliquit, vt in filij splendore familiæ splendor eluceret,

ceret, ac sēper idem quouis tempore videretur.

§. 3. De hoc multi multa, ego præclariora, quæque in Regio tabulario deprompta iam sunt. Riccardus ergo singularis prudētiæ vir Messanæ Stratigotus eligitur, & ab Rege 1415. creatur. ad Messanā ab hostiū impetu saluā, incolumemq; seruandā ablegatur. Regij diplomatis verba nō omittenda: *Quatenus*, sic post multa, *statim receptis præsentibus cū tota comitiua vestra equis, & armis muniti, &c.* vt scilicet hoc dicēdi genere & Riccardi virtus, & eiusdem potētia declararetur. quæ profecto tanta sēper fuit, vt ab Regina Blanca, cū ad colloquiū, quod aiunt, generale deueniendū, eius implorare-tur auxiliū. veritati verba respōdent, & Regijs characteribus oratio. *Consiliarie noster dilecte. Perche intendimo, Duce Deo, partiri da zà infallanter die Lunæ prossime dà venire per accostarimi allu parlamētū Generali, vi pregamu, e comandamu, che vui cō tutta la vostra genti mi diggiati vsciri allu caminu alla turri di Misser Filippu Liddi, et alla flumara di Fraina versu Chisirò per accumpagnarimi allu parlamentu predittu, &c. Data in Nicusia 24. Iul. 4. Ind. La Reina.* Singularis planè Riccardi laudatio, cuius ope, atque auxilio cuncta prosperè, ac feliciter processura. Nō ego id, vel Regina ipsa profitetur. en: *Consiliarie noster dilecte. Stamu marauighiati di vostra adimura, e massime perchi non hauiti scrittu la causa pirchi è stata pregandui, e cumandandui chi incontinenti sine mora deggiati viniri alla nostra Maiestati cà ni hauimu necessario assai pir li fatti chi si hauinu da esseguiri, e viniti appuntu cu li genti chi vi fu raxunatu, e non fallà. Dat. Nicosiæ 5. Sept. v. Ind. anno Domini 1441. La Reina.*

ex lib. anni 1465. fol. 230. in Reg tab. ex lib. 1366. f. 6.

ex lib. anni 1360. 1366 f. 104.

ex lib. 1360 1366. fol. 121.

§ 4. Plura obijt munera, quā putes. quæ semper omnia cū laude administrauit; Is Franciscum ex vxore suscepit, qui ingenita animi virtute, rebusq; præclarè gestis Alphonso Regi sic in delitijs fuit, vt Rex, & maiorum suorū amplitudine, & filij gloria pellectus collatū a Martino Rege S. Marci Opidi beneficiū ratū habuerit, ac volens, lubensq; nouo diplomate contulerit. Huc accedit & illa Alphōsi Regis sūma, singularisq; laudatio, qui cū de Frācisco priuilegij confirmationē expostulāte loqueretur sic honorificè loquutus.

Alphonsus Dei gratia, &c. Præsentis priuilegij serie notū fieri volumus vniuersis, tam præsentibus, quam futuris, quia ad nostrā præsentiā suppliciter constitutus familiaris, & fidelis noster Frāciscus de Filingerio filius quondā Riccardi de Filingeri filij quondā Abbi de Filingerio militum, &c. & post. *Quapropter humiliter supplicauit, vt sibi dignaremur dictū priuilegium refici mandare, cuius supplicationibus benignius inclinati attentis præmaximè seruitijs Illustrissimis Dominis retro Principibus diui recordij tam per antecessores dicti Francisci, quam per ipsum Franciscum nobis*

præ-

præstitis, quæquè præstat ad præsens, & in antea poterit, volēte Domino, meliora iussimus dictum priuilegium perquiri, & tandem fuit inuentum, registratum, & notatum in registro vij. Ind. sub an. Dom. 1398. *&c. Dat. Mess. M.CCCCXXXII. 26. Nou. XI. Ind.*

§. 5. Francisco successit Io. Petrus Filingerius optimæ indolis, quē, ne malitia immutaret cor eius, Deus Opt. Max. prima ętate euocauit in cælū. Ne igitur S. Marci oppidum alio deuolueretur, Riccardus II. eius minor natu frater hęreditatē adijt, qui, Simeone de Bononia Archiepiscopo Panormitano, ac Siciliæ Pręside annuente, habuit, vt tā ipse, quā eius posteri S. Marci oppido fruerentur. Hic plane in eo administrādo ita se gessit, vt singularis in populares eius animi virtus in aggrediēdis, perficiēdisquè rebus eluxerit. De quo plane Archiepiscopus in cōfirmatione S. Marci oppidi sic loquitur. *Cuius*, nimirum Riccardi, *supplicationibus benignius inclinati cōsiderantes grata satis, & accepta seruitia tam per suos prædecessores Serenifs. Dom. diui recordij diuersimodè, quā ipsū Riccardū D.N. Regi impēsa, quæque impēdit ad præsens, & in antea poterit, volente Dño meliora &c.* Vt hinc plane videas & Riccardi maiores, & Riccardū ipsū fuisse Regibus sacrū, seque suapte spōte ad illorū gloriā vel retinendā, vel amplificandā grauissimis obiecisse periculis. Et quāuis Riccardum ex hac vita decedentem populares omnes summo mærore prosequuti, Frācisci tamen II. filij prudētia inflictū illud doloris vulnus, si minus omni, aliqua saltē ex parte leniuit. Nā licet Riccardū pręsentē, sensusq; & os nō cernerent, expressū tamen in filij moribus, dictis, factisque sic viderent, vt Riccardus ipse in filio vel etiā viuens cum popularibus sermonē habere, regere, administrare videretur.

ex lib. mag. 1453. f. 77

§. 6. Filiū habuit Hieronymū II. nō impari virtute pręstantē Frāciscus Pater. Ioāni Lāza Proregi sic carus fuit, vt ille pluribus glorię insignibus Hieronymū extulerit, donaq; plurima lubens cōtulerit. Hieronymus sortitus est filiū Franciscū III. qui a maioribus non degener patria virtute hæreditario iure potitus.

ex lib. ann. 1497. f. 7.

Frācisco successit Hieronymus III. qui an. 1544. patris bona possedit, qui profecto cū sine liberis excessisset è viuis, atq; ad alios trāsferretur hæreditas, eius Patruus Hieronymus nomine suffectus est, quiquè cum rerum Philippus II. Rex semper augustus potiretur rursus eadem hæreditate donatus.

ex lib. off. Prot. 1514 f. 363. ex eadē lib. ann. 1544. f. 423i

Hieronymus Petro filio moribus, & virtute gloriosus. Ex Petro Vincentius S. Marci Comes, qui Iosephū Mariā superstitē, ac hæredē reliquit sibi; ac Ioseph, qui & morū suauitate, & auito generis splendore in Equitū Panormitanorū luce versatur. Petro filio hodierna luce perfruitur, a quo non vulgare totius familiæ, Deo bene adiuuante, speratur ornamentum.

ex eod. lib. 1573. fol. 869. 1579 11. Aug.

D. HORATIVS GIGLIO.



§. 1. QVI in Lilybætana Vrbe floruerint domi, militiæquè præstantes viri, historiæ loquuntur satis. Et hisce quidem potest illa iure gloriari, sicut itidem & Dominico militari virtute conspicuo, & Ioanne Gilio, quem familiæ primum cognoscit Horatius auctorem, qui cum singulari prudentia, ac virtute præstaret an. 1371. Rege Siciliæ Frederico III. regnan-

Faz.dec.2. lib.9.

ex tab.vrb. Lilyb.

regnante Lilybæi Senator electus, eamquè prouinciam sic administrauit, vt non vulgare sibi prudentis nomen compararit.

Ex tab. vrb. Lilyb.

§. 2. Hic Dominicum, & Antonium I. Lilybæi itidem Senatorem sortitus est filium pari virtute, pariquè prudentia præstantem, cuius nepos Antonius II. Sacellum S. Mariæ a IESV erexit, ditauit, exornauit.

Ex Monũ. vrb. Lilyb.

§. 3. Ex Dominico Ioannes II. qui 1414. Lilybæi Senator fuit, ac Franciscum moribus grauem, animiquè virtute conspicuum ex vxore suscepit. Franciscus Vincentio gloriatus, qui Franciscum II. Horatij auum, ac Ioannem Andream, ex quo Andreas, ac Vincentius hodierna luce viuentes; & virtute insignes, & prudentia singulares suspexit, ac demiratus est. Ille ergo Franciscus cum Panormum ante centum fermè annos appulisset, Baronis Soloenti filiam duxit vxorem, ex qua Vincentius, ac Petrus est ortus. Hic cum Andreæ Aliatæ filia matrimonium inijt, ille Franciscum IV. quem cum Equitibus concurrentem Vrbs Panormitana suspexit, ac Antonium eruditione præclarum filios habuit.

§. 4. Petrus itaque cum diù, multumquè in Equitum Panormitanorum luce versaretur, ita semper egregiè, præclarequè se gessit, vt & omnes eum vnanimi consensione dilexerint, & mira cum totius familiæ dignitate e viuis excesserit.

Plures sibi superstites filios reliquit Horatium videlicet, Ludouicum, Laurentium, Hieronymum, Antonium, Andream, & Carolum, qui quidem ferè omnes cum nuptias cum varijs nobilibus Panormitanis Matronis celebrassent, splendorem generis non seruant modo, sed & etiam mirumquantum amplificant.

De hac familia hæc legi. de eius antiquitate Ciuitas Lilybætana gloriatur, eiusquè stemmata, hæc, quæ prima fronte tu vides, in superiori, antiquioriquè maximæ illius Vrbis ædis parte insculpta seruauit; & seruaret quidem, nisi pars illa, quæ annorum, temporumquè vetustate non sine maximo, grauiquè Ciuium iactura persistere diutius non posset, ac vnanimi Senatorum decreto fuisset instaurata.

Siquis fortasse de hac Giliorum familia legendo plura cognouerit, alienæ sit amans dignitatis, ac nostri operis opitulator existat. Moras haud nectat, lubens transferat, neque enim vulgaris gloria est alterius amplificare gloriam, ac æternitati consecrare.

crare, ſuum itidem hoc tam præclaro, glorioſoquè facinore nomen immortalitati commendatur. Gratus auctor: grati omnes. perge, quiſquis es, ſi lubet.

G.

DON FABRITIVS DE GRAVINA.



§. I. FAbritius de Grauina e Marchionibus Francofontis ſicut auitæ nobilitatis gloriam à ſuis gradatim maioribus accepit, ita acceptam ſic planè ſeruauit, vt ab ijs haud degener extiterit.

ex pub. tab. Aragon. et Valen. §. ij. Ex Aragoniæ Regnis ſuum repetit genus, in quibus Grauinæ Proceres, *Grauina*, in Valentia, *los Grauines*, in quam concordi conſenſione magnanimi ad Mauros deturbandos vna cum Rege conceſſere, nominantur. Vtrobi ue maxime floret, ac ſuſpicitur hæc familia, quæ Pinum in Siciliam cum Martino Rege venientem

ſuum

suum veneratur auctorem, qui profecto cum a Martino Rege peculiaribus fuisset affectus beneficijs, semper in equitum luce versatus. Martini Regis extitit a Secretis: *nobili*, inquit ille in confirmatione priuilegij Palagoniæ 1418. *viro Pino de Grauina regio Secretario*; Iacobum sibi tum nobilitate, tum virtute non dissimilem sortitus est filium. Is.n. ita singularem in rebus obeundis se præbuit, ac conspicuum, vt Regibus, ac Reginis Martino, Alphonso, Biancæ, ceterisq; fuerit semper in delicijs, ab ijsq; omnibus plura sibi dona, vel mundo admirante, comparauerit.

§. iij. Et Martinus quidem, vt gradatim progrediamur, tum sibi, ac ceteris Siciliæ Regibus, cum Aragonum primogenito Iacobum publicis literis elegit a secretis. *Nos Martinus Dei gratia Rex Siciliæ* &c. *Præsentis priuilegij serie tā præsentibus, quam futuris* &c. *Quamquam vos Iacobus de Grauina Secretarius noster dilectus vestris exigentibus meritis &c. In Secretarium nostrum & Regis Siciliæ & primogeniti Aragonum in tota vestra vita assumpsimus, fecimus & ordinauimus, &c. Datum Catanæ per nobilem Bartholomæum de Iuenio anno Dominicæ Incarnationis* 1403. *die* 28. *Martij*. Quem cum iterum ad hoc ipsum munus obeundum cum elegisset Rex Martinus sic honorificentissimè exorditur.

Martinus, &c.

Iacobo de Grauina familiari, & fideli nostro gratiam &c. De tuis fide, sufficientia, aptitudine & scientia ab experto confisi te in secundum secretarium nostri dicti Regis Siciliæ, & Aragonum primogeniti &c. Vt inde luculenter existat sic præclarè in hisce muneribus sese habuisse Iacobum, vt peculiari quodam modo Regis animum sibi deuinxerit. Et quamuis idem ipse Rex plura alia Iacobo dona contulerit tum ad Regis liberalitatem ostentandam, tum ad Iacobi gloriam, dignitatemquè amplificandam, tamen vt consequens ætas & gratum Regis animum inspiceret, & de Iacobo Regis existimationem cognosceret, suapte sponte & Palagoniæ Oppidum vna cum merò, vt aiunt, ac mixto imperio, & Feudum del Belmonte summa cum liberalitate concessit. De vtroque extant regiæ literæ, quas ad id cōprobandum hic vocat locus. Sic itaque de Palagoniæ Oppido.

Vtrumq; habes in Cancel. illud f. 164. hoc f. 71. anno 1401. & 1408.

Martinus &c. & Regina Blanca &c.

Regalis præeminentiæ, ac debitum exigit eius fidelibus benemeritis, qui suis die, noctuquè insudant seruitijs, & per varios probitatis actus se redદunt amabiles, gratias, remunerationes, & præmia liberaliter elargiri. attendentes itaquè grata plurimum, & accepta seruitia per dilectum consiliarium, & secretarium Iacobum de Grauina militem Serenissimo Domino

Regi Siciliæ primo genito nostro dicti Regis, & nostræ dictæ Reginæ consorti reuerendo celebris memoriæ diutius præstita tā in hoc regno Siciliæ, quā in Sardiniæ Regno, ad quod cum eodem transfretauit suis sumptibus, & expensis cum armis, & equis, vbi militauit sub dicto Domino nostro Rege, & in prælio, quod contra Sardos extitit peractum, & quæ post eius discessum nobis, dictæque Reginæ conferre non desinit tenore præsentis de certa nostra scientia, & cum deliberatione nostri consilij, sicut melius dici, scribi, & intelligi potest, damus, & concedimus dicto Iacobo per annos viginti proximos futuros merum, & mixtum imperium, omnemquè Iurisdictionem ciuilem & criminalem, ac eius plenum exercitium in Casali palagoniæ, & eius fortilitio, siue Castro suisquè terris, & tenimentis vniuersis, &c. Dat. Cat. die 2. Maij tertiæ Ind. anno Domini 1410.

De Feudo autem Delbelmonti sic habetur.

Martinus, &c. & Regina Blanca &c.

Præsentis priuilegij serie notum fieri volumus &c. Integrum habes in Regio tabulario f. 32. Consule, si placet. *Dat. Cat. per nobilem Bartholomæum de Iuenio* 1410. *die* x. *Maij* 3. *Ind.*

§. iv. Nihil hoc loco de Alphonso Rege, qui cum attenta consideratione librasset, quæ pro Regia dignitate seruanda, amplificandaque Iacobus in diuersis orbis terræ partibus gesserat, non modo singulare beneficium contulit, sed verbis etiam eum est prosecutus amplissimis, vt iure dixerim pluris certè fore verba pendenda, quam donum. Diploma proferatur.

Alphonsus &c.

Pateat vniuersis præsentes literas inspecturis, quod attentis debitè seruitijs multifarijs nobis in diuersis mundi partibus deuotè collatis per dilectum consiliarium, & Secretarium Iacobum de Grauina militem, quem nuper in conflictu, quem contra Sardos nostros rebelles, de quo Deus summus opifex sua propitiatione victoriam contulit nobis in campo, cinguli militaris ordine decorauimus &c. Dat. in Ciuit. Agrig. 16. *Feb.* 1430.

§. v. Quanto autem Iacobum in pretio Rex Alphonsus habuerit, non est, cur quispiam dubitet, cum non modo plurimis eum beneficijs affecerit, sed grauissimis etiā exornarit honoribus. multis .n. de causis motus statuit, vt Iacobus Panormū sese cōferret, & Panormitanū magistratū ea, qua par erat existimatione, & grauitate iuberet.

Alphonsus &c.

Habes in Cancellar. ex lib. anni 8. Ind. 1430. f. 6.

Vicereges &c. Iacobo de Grauina militi, secretario, & Consiliario regio dilecto salutem. De vestris fide, industria, & legalitate confisi vobis creationem officialium annualium felicis vrbis Panormi &c. ducimus fiducialiter committendam; vobis firmiter iniungentes quatenus ad dictam Vrbē

vos personaliter conferatis &c. Dat. in terra Politij 20. *Sept.*

§. vj. De Regina vero Blanca illud generatim dicendũ occurrit, quod cum aliquid literarum ad sororem suam pro Iacobo mittere decreuisset, sic pro Iacobo honorificè, amanterquè perscripsit, vt nihil plane ijs vel honorificentius, nihil planè vel amabilius. *Pauca* subscribam. qui integram velit epistolam iam habet. *In reg. Cãcel. an. 1360 & 1366. f. 143.*

Serenissima Principissa, e carissima soru. Certissimu chi beni si ricorda, chi in su anni cinqu, che per Misseri Iacupu di Grauina Regiu Secretariu, & ora nostru Consiglieri, e mastru Rationali &c. Dat. in Vrb. Pan. 24. *Oct.* 5. *Ind. sub nostro sigillo secreto.*

La Reyna.

§. vij. Dictitant plerique & graues quidem viri non solum ab Rege Martino Menẽsem Ciuitatem Iacobo fuisse concessam, sed Martino etiam Rege denato, quattuordecim annorum spatio vna cum Regina Blanca Regnum Siciliȩ administratũ; regiaquè sibi facultate missos in Sardiniam, Valentiam, Barcenonem, Aragonam Proreges; Messanæ vero Straticotos, ac *Prætores* Panormi creatos.

§. viij. Hæc de Iacobo in pauca perstrinximus. Qui sibi non degenerem Carolum virtute conspicuum procreauit filium, & nobilem, & militem ab Alphonso Rege nuncupatum. Nequè profecto in Regis obsequio desidem se præbuit: Vtrinquè par patri est. *Cuius supplicationi*, ait Rex Martinus, *nec non considerantes grata satis, & accepta seruitia tam per antecessores ipsius Caroli Serenissimis Regibus, Principibus diui recordij, quam per ipsum Carolum Serenissimo Domino Regi præstita, quæquè præstat ad præsens, & in anteà speramus, volente domino, meliora*; hactenus ille. De cuius plane virtute cum ceteri Siciliæ Reges periculum fecissent, in grauissimo Siciliæ discrimine Armorum Ducem in administrando bello præfecerunt. *In priu. inserto in cõfir. priu. palag.*

Ferdinandus &c.

§. ix. *Præsidentes &c. Magnifico viro Carolo de Grauina Baroni Palagoniæ Consiliario Regio dilecto salutem. Essendo noi cerciorati, ed auisati per diuersi vij, e parti, che lu gran Turcu in quisto presenti annu fa preparari, e fari vn grandissimo preparatorio d'armata tantu maritima, quantu terrena assai più di quilla hauia fattu so Patri, & ancora alla Vilona sunnu multi galeri, li quali si mettinu in ordini; e la fama e per inuadiri la puglia, & ancora quistu regnu: E volendu nui essequiri li comandamenti, li quali tinimu dalla sacra Regia Maiestati circa lu dari ordini alla tutela, e defensa di quisto so fidelissimo regno massime per lo carica tenimo allu presenti di lu gobernu, e regimẽtu di quillu; per parti di essa Maiestà ni parsi conuocari li principali Prelati, e Magnati di lu regnu, &c.* *In Regia Cancell. f. 187.*

E con-

E confidandu noi di vostri virtuti, qualitati, e sufficientia comu quillu che ab experto conoscimu esseri affettionatissimo e Zelantissimo allo seruitio dello Serenissimo Re nostro Signore e beneficio di quisto so Regno tenore præsentis vi hauimu creatu, electu, deputatu, & ordinatu Capitanu d'armi, &c. Dat. Cat. 15. *Ian.* 3. *Ind.* 1485.

Ramon de Santa Pau. Io: de Valguarnera.

§. x. Is Vassallum Filium ex prima vxore suscepit. Cuius animi magnitudo satis in bello cognita, satisquè perspecta singularem illi gloriam comparauit. Ferdinandi Gonzalez de Corduba extant ad Regem perscriptæ literæ, in quibus de præcipua Vassalli virtute commonetur. Eæ sic habent.

Muy alto, muy Poderoso, y muy Catolico

Principe Rey, y Senor nuestro.

Vassallos de Grauina Baron de Belmonte, en esta guerra ha seruido a V. A. no solo con buen effectuo y fieldad mas a su propia costa basta visto el cabo di ser todo cobrado los destas prouinçias &c. de Taranto 28. *di Março* 1502. Huiusce plane rei fit mentio a Philippo IV. Hispaniarum Rege semper Augusto, semper inuicto in ijs Ioannis Grauinæ literis, in quibus is noua Ducis nomenclatura insignitur. Rex itaq; sic habet. *Necnon multa memoratu digna obsequia a maioribus tuis nostræ Regiæ Coronæ varijs in munijs haud vulgaris momenti; itaquè expeditionibus bellicis ex Serenissimi Regis Martini prædecessoris nostri tempore hucusq; præstita, & præcipuè in acquisitione Citerioris Siciliæ regni, in qua Vassallum quondam de Grauina Baronem de Belmonte summa fide, atq; alacri animo quinquaginta hominum ex proprijs expensis &c.* Hactenus Rex. Ex Vassallo tres extitere liberi. Inter ceteros floruit & Maximè Antoninus Canzariæ Baro. Omissis itaquè ceteris hæc de Antonino. Hic itaque cum esset proscriptus, exigentibus, vt ita dicam seruitijs obtinuit de proscriptione beneficium. Sic Carolus V. habet. *Et ancora attesi li seruitij per detto spett. Barone prestiti a Sua Maiestà Cesarea tanto in li guerri dello Regno di Napoli, come ancora in quello, che hauesse occorso in questo felicissimo regno semo stati contenti concederli gratia come per la presenti li concedemo, che non obstanti li sententij, banni, e forgiudicationi contra esso prolati sia abili, e capaci cosi come per la presenti l'abilitamo &c.*

Habes in cancell. an. 1530. 4. *Ind.* 27. *Ian.*

§. xj. Quæ planè ab Antonio præstita Regi obsequia sic magna, sic præclara semper extitere, vt, qui Comitis del Burello Filij Ducis Montis Leonis literas 1328. 29. 30. perscriptas perlegerit, nullus ambigendi detur locus. Ille .n. quingentorum Equitum leuis armaturæ Dux cum fuisset ita in rebus omnibus obeundis præclarè

se gessit,

se gessit, vt ab Carolo V. ac Ioanna eius Matre non ij solum muneri, sed ceteris etiam in Sicilia præclarioribus summa cum sui nominis dignitate præfuerit. Extant literæ Ducis Montisleonis, ex quibus aperrè cognoscitur Antoninū in bellis omnibus conficiendis, atquè in negotijs peragendis singularem animi ostentasse virtutem. Subscribuntur, attende.

Magnifico Signor.

Dal Conte di Burello mio figlio sono stato auuisato, che voi con la vostra Compagnia hauete molto ben seruito in tutte le occasioni occorse, dipoi passati noi in questo regno, del che certo ne tengo molto piacere & benche sia certa &c. In Messina 25. di Nouembre 1528.

Il Duca di Monteleone.

§. 13. Extāt itidem quāplurimæ Comitis Burelli literæ eodē færè omnes exemplo, in quibus de Antonini virtute, de magnanimitate, de singulari prudentia differitur. Habes Antonini laudationem in Epistola 1529. 19. Iulij conscripta. de quo sic Comes, cum ad alios Duces de Molfettæ euentu, casuquè conscriberet, inter cetera: *Il Signor D. Antonino Grauina come Caualiero valoroso, & affettionato al seruitio Cesareo.*

§. 14. In alijs vero literis eodē anno cōscriptis ita a Comite Antoninus exornatur, vt nihil honorificentius; cum .n. ad Antoninum Comes scriptitaret ait, te Duce nihil prorsus timendum, nihil omnino desperandum. quid nam .n. non præclarius, quid non sublimius, te Ductore? In summa cum Monteleonis Dux Siciliæ Prorex Antonino rescriberet Anno a Virginis puerperio 1530. hisce eum verbis monet; quæ cum alicuius momenti videantur, omittenda non putaui.

Vi certifico, come ia tenemo risposta di sua Maestà Cesarea, & resta ben seruita delli seruitij vostri. Laconium dictum, sed fecundum, sed immortalitati consecrandum. Hæc de Antonino satis.

§. xv. Ad secūdas itaquè nuptias cū Carolus Vassalli, ac Antonini Parens conuolaret, Hieronymū ex vxore suscepit. De hoc nihil ad me perlatum est hactenus. a suis non degenerasse maioribus crediderim. Patris est filius. de ijs parentum imitatoribus apud Græcos est in prouerbio.

§. 16. Hic itaque tres habuit filios Ioannē, Vincentiū, ac Hieronymum: ordine præpostero progrediamur. Pauca de Hieronymo, sed illustria. Graui, diuturnaquè obsidione Melita Insula premebatur. Hierosolymitani milites, qua sunt animi virtute præstantes, non tam Vrbem mænibus, quam corporum oppositu strenuè pro-

pugnabant. Subinde quà sclopis, qua gladijs, quà tormentis bellicis & eminus certatum, & cominus. Hinc turcæ interempti. hinc Equites vulnerati. Vtrique non cadunt animis. Honesto vulnere bellum recrudescit. Interim duo Hierololymitani milites F.D. Antoninus de Bononia Panormitanus, ac F. D. Hieronymus de Grauina Catanensis vt nobilitate, sic virtute non impares eliguntur, vt celerrimè suppetias Melitæ ferant. Sic ergo de Hieronymo Iacobus Bosius ad rem. *Il Commendatore Fra D.Girolamo di Grauina Catanese fù mandato Capitan d'arme alla Città notabile*. Video, planequè perspicio te prima fronte legentem, dubitantem, hæsitantem. quasi vero a probatione defecerim, cum certè non luculenter existat quidnam sibi velit id nomen a Bosio conscriptum, *Città notabile*, Nullus dubitationi datur locus. Hunc ex animo scrupulum idem ipse Bosius euellit tuo.

Boscus lib. 18.f.186. Ios. Bosf. lib. 6. p. 2. f.557. Lib. 19.f. 389.

Lib. 5.f89

§.17. *Accõmodato dũque essendosi nel modo, che detto habbiamo il Couẽto della Religione nel Castello, e nel Borgo di Malta; ed essendo stato il gran Maestro più volte supplicato, ed inuitato dal Capitano della Verga da Giurati, e da tutti i Cittadini della sua Città notabile (che tal titolo immemorabile tiene la Città vecchia di Malta, essendo connumerata fra l'altre Città del regno di Sicilia, le quali con simile titolo chiamar si sogliono come Palermo felice, Saragosa fidelissima, e Catania chiarissima) determinò d'andaruì*. Hactenus ille.

Hieronymus itaquè rebus præclare gestis illustris, ac Hierosolymitanorum Equitum magistratu ad eum honoris gradum, qui generatim, Gran Croce, nuncupatur, euectus, ac factus illustrior ętate confectus, carus omnibus sui desiderium omnibus reliquit.

De Vincentio hoc mihi dicendum occurrit. Hunc a Carolo V. Imperatore creatum Catanæ Ducem 1530. maxima tamen adiecta potestate meri, quod aiunt, ac mixti imperij; quem profecto nisi prudentiorem ille cognosset tantam ij auctoritatem non contulisset. Quo quidem munere cum perfunctus fuisset egregiè, rursus, atquè, iterum ab eodem Carolo V. Imperatore Maximo eiusdem Vrbis 1552.56. & ab Hispaniarum Rege Philippo creatus est Dux. Plurima etiam, & præclariora obijt in Siciliæ regno munia, quæ quidem singula recensere cum animus non sit, lubens omitto. Vnicuiquè constant satis. satis & publicæ tabulæ loquuntur. Prætereundum vero silentio non est hunc ita virtutibus excultum, ita meritis illustratum, vt Ioannes de Vega Siciliæ Prorex 1553. Caroli V. auctoritate ductus in militaris eum gradus apice collocarit.

Carolus, & Ioanna.

Vi-

§.19. *Vicerex in Regno Sicil. Magnifico D. Vincentio de Grauina Ciui clarissimæ Ciuit. Catanæ Reg. fid. dilecto salutem. Etsi viri nobiles ex claris parentibus nati nullo egeant nobilitatis adminiculo, aut insignibus decorari, cum naturalis origo stemmatum clarissimos reddiderit; sunt tamen dignitatibus militaribus amplectendi, vti prædecessorum eorum laudabilia vestigia insequentes militaris disciplinæ inuigilatores euadant, & Regijs seruitijs maiori vehementia, & apertissima experientia cunctis se offerant, &c. Vos D. Vincentium omni virtute suffultum, præmissis, & alijs respectibus moti merito ad eum militarem gradum fore duximus promouendum; idcirco præsentium tenore auctoritate Regia, qua fungimur & vobis plenissimè attributa vos prædictũ D. Vincentiũ in Regiũ militẽ, &c.* In Reg. tab. f. 416. Ex lit. dat. Panor. 24. Apr. 1553.

§. 20. Optimo hic filio, qui Ferdinandus, optimoque nepte, qui Carolus I. est dictus, iure optimo gloriatus. his itaquè omissis tempus admonet, vt ad Ioannem Hieronymi maiorem natu nostra reuertatur oratio; quo de licet plura mihi dici possint, Caroli tamen V. Imperatoris contentus encomio cetera silentio preterire operæ pretium duxi.

Carolus, &c. Ioanna, &c. Nos quidem in milites erigere solemus, quos habiles, generosq; & ad militiam aptos, ac virtute præditos reperimus. cum autẽ inuenerimus vos D. Ioannem de Grauina non solum nobilitate, & generositate vtriusque parentis omnis dispositionis virtute, ac rerum experientia suffultum, genitum, & procreatum ex antecessoribus vestris satis digna quidem nobilitate, & generositate insignitis, sicut a multis nobis extitit approbatum. Ea propter auctoritate Regia, & Imperiali, qua fungimur vos præfatum D. Ioannem de Grauina cingulo, ceterisq; insignibus, & ornamentis militiæ decoramus, & insignimus, ac in Regium, & Imperialem militem ereximus, ac exaltauimus, &c. Dat. 16. Aug. 1530 Reg. Cam. fol. 634.

§. 21. Hieronymum Francofontis Marchionem sortitus est filium; cuius planè singularis animi virtus cum Carolum V. Imperatorem Maximum non latuisset, non Augustæ solum 1548. sed Alisiensi etiam Ciuitati 1554. 1555. Illa multum ab Syracusana, hæc Agrigentina Vrbe non distat, præfecit, vt eas ab omni hostium imminentium excursione saluas, incolumesquè seruaret. Vt mirandum plane non videatur, si Carolus V. Catanæ & anno 1554. & 1560. iusserit ducem; si Philippus Hispaniarum Rex & Netum 1563. & Augustam 1566. & Syracusas 1573. & ad ceteras fere omnes Regni Ciuitates Vicarij, vt dictitãt, titulo insignitũ ablegarit, vt eas sua præsentia moderaretur, ac regeret; eæq; omnes eo tãquam strenuo Duce probatissimo nihil plane de cõmuni omniũ salute desperarent. Verum quanto hic honore Hieronymum hisce recẽsitis mu-

neri

neribus affecit,tanto imò, & maiori quidem cũ Marchionis titulo illuſtrauit. ſubſcriptas exſcriptaſq; fideliter lege literas, ſi placet.

Reg. Tab. fol.1305 *Philippus,&c. Benemeritos non ſolum præmijs afficiendos, ſed ẽt titulis, & honoribus decorandos eſſe merito arbitramur, &c. vt in fide erga nos, & ſtatũ noſtrum ſeruandũ, & obſequijs præſtandis non æquari modo, verũ etiam præferri mereantur. Quo fit, vt repetentes memoria ſincerã fidem, ac deuotionẽ, quam erga nos Spect. fidelis noſter dilectus D.Hieronymus de Grauina, & Cruillas in omnibus, quæ in ſupradicto noſtro Siciliæ citra Farum Regno ſeſe obtulerunt pluries ſe, fortunaſquè ſuas incommodis, ac diſcriminibus obijciendo præſtitit. Adhæc etiam accedente conditionis ſuæ nobilitate, & facultate, alijſquè animi ſui dotibus, quæ ipſum erga nos reddũt benemeritum, acceptiſſimumquè Baroniam de Francofonte, quam prædictus D.Hieronymus habet, in Marchionatus titulum decorauimus, illuſtrauimus, inſigniuimus, prout eumdem præſentium tenore decoramus, illuſtramus, inſignimus, ipſumquè D.Hieronymum de Grauina, ipſiuſque hæredes, & ſucceſſores ordine ſucceſſiuo Marchiones de Francofonte dicimus, & nominamus &c. 2. Iun 1564. Yo el Rey.*

Alijs ẽt Baronũ, Ducũ, Principumq; titulis hæc familia colluſtratur; Palagoniæ ſcil. Principis, Frãcofontis Marchionis, Calatabiani, Baronis S.Michaelis, Canzariæ Ducis, ac Linguæ groſſæ Principis, quæ planè res cum vnicuiq; ſatis iam conſtet, non demonſtro.

§.22. Ex Hieronymo exorti ſunt Ferdinãdus, Sancius, Fabritius. Ferdinandus quidẽ, ac Sancius in Equitum luce verſati. Fabricius vero cum in Catana vrbe Equitũ Ducis prouinciã 1594. ingruente belli tempeſtate ſuſcepiſſet, a ſuis nõ degenerare maioribus eſt viſus. Panormi peſte graſsãte 1624. Vrbis Præfectus a Sereniſs. Principe Philiberto Ducis Allobrogum filio deſignatus. Haud minus in hoc obeundo munere prudentem, quam piũ ſe præbuit. quamplurium ſubleuata paupertas confitetur. iſquè Principibus omnibus Panormũ in colloquiũ euocatis 1627. Regni Deputatus. floret nũc, optimaq; prole gloriatur. Inter ceteros ſemper ſingularis animi virtus Hieronymi tertio, Franciſci quinto loco geniti quaſi lumẽ eluxit (ceteri. n. primo ætatis flore deceſſerunt) ij .n. curam omnem, ſtudiumq; ad ea, quę faciunt ad familię gloriã amplificandã cõtulerũt. Eorũ vero quę ad Equeſtrẽ ordinem ſpectãt, vterquè ſectator egregius, quæ ad bonarum artium diſciplinam pertinent, ſingularis amator. Certe ſi Fabritius nullos alios, quam hoſce dũtaxat ex Comitiſſa vxore eius nepte Ferdinandi Marchionis Francofontis eius fratris filia ſuſcepiſſet, haberet profecto, qui a ſuis maioribus nõ degeneres auiti generis nobilitatem in ſuo ſplendore [illegible].

M.

D. ALOYSIVS MASTR'ANTONIVS, AC BARDI.



§. I. HVIusce nobilissimæ, florentissimæquè Familiæ, quæ suam ex Florentia Vrbe ducit originem, origo est Verniæ Comes, qui argentum cuderet. Ex locuplete legato Mastr'Antonij cognomentum est ortum, ea tamen verè vero Bardi nomine gloriatur. Ex plurimis huiusce generis seligam præclariora, & quidem pauca, licet omnia præclarissima.

§. ij. Eius generis primus Antonij Mastr'Antonij nomenclatura insignitur. Regius Regni Camerlingus, Baro Oppidi Iacis; quibus quidem muneribus ita perfuncti sunt ceteri Aloysius Filius, Saluator

tor

tor nepos,vt ſumma eorum cum laude & familiæ nomen,& generis gloriam immortalitati conſecrarint. Ex ſolutione facta per Coſmum Scirottam, & Sebaſtianum Apoſtolum conſtat 1531. 14. Iu. Et certe Iacis oppidum penes hanc familiam ad hoc vſque tempus, diemquè perſtitiſſet, niſi anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo, vigeſimo quarto Iunij fuiſſet magnum auri, argentiquè pōdus in illius redemptione a Rege perſolutum.

§. iij. Porro inter nobiliſſimas hæc recenſenda familias. Nicolaus Pater, Vincentius Filius Marchio vterquè Sambucæ hoc tempore in Marchionum luce verſantur. Extitit & olim ex rebus præclarè geſtis ab Ioſepho Hieronymi filio, qui & nobilis Eques,& vrbis ſenator id temporis fuit, quo Illuſtriſſ.D. Terrænouæ Dux Siciliæ regni gubernandum moderaretur, ac regeret. Hic planè nec virtutis patriæ, nec maſculi animi degenerem ſuſcepit, quem nos hodierna luce ſuſpicimus, Aloyſium, vt rectè quis dixerit.

Fortes creantur fortibus, ...

....

...........*nec imbelles*

Progenerant Aquilæ columbas.

§. iv. Hunc itaque Aloyſium anno 1601. Senatoris munere perfunctum lego,& ea quidem tempeſtate, qua Siciliæ regnum Excellentiſſ. Machedæ Dux adminiſtraret.

§. v. Quater vero Vrbis Panormitanæ Ducis obijſſe Prouinciam conſtat. Primo 1602. Feriæ Duce. Deinde 1612. Oſſunę. Tertio 1622. Principe Philiberto Sabaudiæ Ducis filio. Demum 4. 1626. Marchione Tauaræ incredibili cum laude moderante Siciliam.

§. vi. Et licet a Regni, Prouinciæquè moderatoribus in viros aliquando beneficia conferantur, vt quinam ij primum in eo obeundo munere ſe habeant, luculenter, probequè dignoſcant, cum tamen ij ſecundo, tertiouè ad eam Prouinciam ſuſcipiendam euocantur, poſterior electio non virtutis periculum, ſed meritorum dicenda comprobatio. Quare cum D. Aloyſij apud aliquod Curiæ illuſtres viros deſudarit induſtria, ne ſibi in poſterum Ducis onus imponeretur humeris impar ſuis, ex recta tamen adminiſtratione ſic Hiſpaniarum Regi factum eſt ſatis, vt ipſe ad Marchionem Tauaræ Proregem Siciliæ perſcripſerit, & qua eſt poteſtate, imperarit, vt Aloyſio ſuis verbis ad id oneris ſuſcipiendum renunciaret. Epiſtolam breuibus perſtrinxi. Eam integram lege; ne quid de huius Equitis dignitate detrahatur.

§. vij.

§. vij. *Illustre Marques my Virrey Lugarteniente, y Capitan general con vostra Carta de 10. de Iulio que llego alos 29. de Agosto se han recebido las nominas para los officios annuales, y biennales desse Reyno, y por lo que importa la breuedad se ha tratado luego de despacharlos, como se ha echo, y con esta yran las patentes de los proueydos, y por que D. Luys de Mastro Antonio lo và para Capitan de Palermo y de su parte se ha hecho instançia à qui que no se eche mano del para este offiçio, le podreys dezir de my parte que toda via por la satisfaçion que tengo de su persona, y valor he querido encargarselo, y que me tendre per seruido que lo accepte, y exerça con el cuydado que otras vezes lo ha hecho. De Madrid à ocho de Settembre 1626. Yo el Rey.*

§. viij. Iam non me latet quinquies ab eo Magistri Portulani Regni Siciliæ munus fuisse susceptum. Primo 1603. 4. Ianuarias Feriæ Duce, secundo 1613. Ossunæ, in D. Petri Spinolę locum iam iam demortui suffectum. Tertio 1614. Ossunæ itidem; Quarto 1616. Comite Castri, vbi is de Sebastiani Natolis morte factus est certior. Quinto deniquè 1622. Filio Ducis Allobrogum Principe Philiberto Proregibus. *Ex dip. dat. Pa. 8. Ian. 1603. Ex dip. da. a Duce Ossu. Pan. 28. Maij 1613 Ex dip. dat. ab eodē Du. Pa. 6. Ap. 1614.*

§. ix. Extat huiusce Serenissimi Principis ad D. Aloysium conscripta Epistola, vt is Magistri Portulani Prouinciam summa cum voluntate suscipiat. Ea sic habet. licet non mediocre tibi sit onus te Magistri Portulani officio perfungi, tamen scias velim te rem gratissimam & Regiæ Maiestati, & vtilitati publicæ facturũ. Dignus quidem es tanto munere; cum is dignior habendus, qui publici muneris gloriam non aucupatur, te diploma quæsitum venit. Scio te rem totam, qua es prudentia, ac virtute perfecturum. Vale, ac salue. Messanæ 4. Aprilis 1622. Verum ne quis sibi forte persuadeat aliquid additum de meo subscribam & Principis Epistolã, vt videat is, an verbis respondeant verba fideliter. ecce tibi. *Ex dip. dat. Mess. 4. Se. 1616. Ex dip. dat. Pa. ab eod. Serenis. Prin. 4. Ap. 1622.*

§. x. *Aunque sea carga para V. M. sera seruiçio de su Magestad vtilidad publica. y a cierto dar ofiçio a quien no le pide. y tanto lo mereşçe esta satisfaçion obliga ha en comandar a V. M. el de Maestro Portulano del Reyno de que embio a qui la patente, contento de que se cumplira en esto con todo. Guarde Dios a V. M. en Meçina a 4. de Abril de 1622.*

Filiberto.

§. xj. Semel hunc dumtaxat Prætorem a Catholica Maiestate iussum inuenio. 1617. in quibus omnibus muneribus obeundis ita semper præclarè se habuit, vt tandem aliquando Hispaniarum Rex Equitem Aloysium de regia liberalitate benemerentissimum habitu, vt aiunt, S. Iacobi adiecto præsertim literarũ splendore donarit. *Ex pri. dat. Mad. 20. Dec. 1617.*

Motus

Motus videlicet epiſtola Comitis a Caſtro Proregis optimi, dequè Sicilia tota benemerentiſſimi, qui cum id, quod D. Aloyſius in obeundis muneribus pro Hiſpaniarum Rege perfecerat, iuſta iudicij lance libraſſet, operæpretium duxit & Regi ſuam aperire de Aloyſio ſententiam, Aloyſij virtutem paucis exponere, & Aloyſium denique Regi opt. de meliori nota commendare, vt is tandem a Rege tam præclaro, tamquè honoro munere donaretur.

Señor

§.xij. *El Duque de Feria mi predeceſſor en eſte cargo encomendò l'officio de Maſtro Portulano deſte Reyno a D.Luys de Maſtro Antonio ſtante la proſeguzion de D. Pietro Spinola que el tenia en propiedad, y por la buena cuenta que dio en eſta adminiſtraçion por el eſpaçio de ſeys años, y los demas Virreys, y ſennaladamente el Duque de Oſſuna ſe le boluio a encomendar de nuebo, y lo eſerçito por eſpaçio de otros quatro años haſta que ſe vendio a D.Sebaſtian Natoli, por cuya proſeguçion vltimamente ha ſeruido otros ſeys años. E yo por la relaçion que tube quando llegue a eſte gouierno de la entegridad, ſuficiencia, y otras buenas partes que concurren en Don Luys y de la limpieza y zelo con que ha procedido en eſta adminiſtraçion ſe le encomende en la eſteſſa forma de mys predeceſſores, y ſegun me coſta ha dado antes, y deſpues tan buena quenta di ſi que hauiendo llegado a viſitar a eſte Reyno Don Ochoa de loyando no lo viſito ne alo contro el coſa que non fueſſe de alabanza como el miſmo Viſitador lo enformo a V.M. Tambien eſtoy enformado que en los catorçe años de ſu adminiſtraçion ha dado muchos millares de ducados en beneficio del Real patrimonio de V.M. proponendone dios y eſpedientes que ſean obſeruados por ſer vtiles, y particularmente en dar el arbitrio, y la forma para que la Regia Corte adminiſtraſſe los tres Cargadores deſte Reyno que eſtauan menos acauados, y ſin credito por la mala cuenta que los dueños dellos hauian dado. Tambien hizo vn ſeruiçio particular en el año 1604. viſitando los cargadores deſcuprio en el de Termines vna contrauençion de 800. Salmas de trigo que hauio ſacado Iu. forte Natoli del Cargador de Xacca y el Vazel ſe fue en lipare y Genoua y con el voto de ſu Conſultor por ſer furtiua extraçion contro la forma de la pragmatica lo condeño que pagaſſe a la Regia Corte deze mill y quincientos ducados. y aunque conforme alas pragmaticas y ordenes deſte Reyno le toccaſſe la quarta parte como en ſemejantes occaſiones ſe ha dado a otros, el nò ha entrado en eſta pretenſiòn. Fuera de los ſeruiçios referidos ha hecho otros particulares, en el diſcurro del tiempo que ha tenido a ſu cargo eſta adminiſtraçion. Ha ſido Iurado de Palermo, y por dos vezes Capitano deſta Ciudad, y agora es Predor della y en todos officios ha procedido no con meno limpieza, entregridad, y ſatisfaçion*

que

M.

D. ANTONINVS MORSO.



5.1. HAud virorum illustrium inopiæ tribuenda subinde culpa est, si subinde seges hominum virtute præstantium in cuiuslibet familiæ campo vel defloruerit, vel certe non extiterit. temporum iniuriæ, fortunæquè tota, tota, quanta, quanta est culpa videtur adscribenda. Et quidem de Antonini Morso Marchionis Gibellinæ familia ad nostram vsquè ætatem nec vulgaria, nec pauca promanassent, si Vincentius Morso, qui in familiæ prosapiam diligenter indagandam studium omne, operamquè nauauit, morte correptus non obijsset. Accepi plura, quæ scirentur, quæquè scriberentur, reliquisse. Omnem moui lapidem, vt ad me ea per-

peruenirent, Sed diligenti scriptori respondit haud nauus custos. deperdita omnia, omnia vel rescissa, vel fortasse combusta, maximè vero si vetustatem Papyrus vel oleret, vel temporum diuturnitate consumpta cariei vestigia seruaret. Quæ habui, sed pauca quidem subscripsi; sed peculiarem omnibus præbent campum vel familiam laudandi, vel indagandi,

§. 2. Ea igitur, si plerisquè nostræ ætatis historicis habenda fides est, vel ex Florentia vrbe, vel ex aliqua Hetruriæ parte suam ducit originem. nihil ego in hoc asserendo certius inuenio. Mihi munit viam fama dumtaxat, quæ sua fide non caret.

§. 3. Perhibent ergo Ioannem Morsum primum Gibbellini Oppidi Baronem nostri Antonini Patris Atauum in rebus obeundis strenuum, in aggrediendis fortem, in peragendis constantem, singulari prudentia conspicuum, nemini virtute secundum. Sortitus est Filium sicut nomine, sic moribus haud dissimilem sibi. Ex flore flos gignitur. Ex optimo Patre non impar filius.

§. 4. Ioanni successit Ioannes II. a patre non degener. Huic Antoninus, & Hieronymus. Ille Patris, ac maiorum virtutis hæres, hic militari virtute præclarus. de quo nec pauca, nec exigua in bellis pro Hispaniarum Rege susceptis, vel edita facinora, vel obita munera percensentur; se scilicet vel in Piemontanis, vel in Gallicis bellis facta patrasse, quæ tum viro Panormitano, tum familiæ nobilitate digna videntur. Hisce de rebus ad varios honorum euectus est gradus. In militari, martiali uè Regis obsequio plures annos insumpsit peculiari cum sui nominis laude, ac totius dignitate familiæ. Quoniam verò de rebus ab Hieronymo, eiusque nepte præclarè gestis extat auctographum nobile quidem, ac dignum, quod omnium scriptione commendetur. vidi. legi. exscripsi. pœnes me est. Patritiosque in eo laudatos viros, qui superstites sunt, non semel, sed bis, terue conueni. coram longè plura affirmarunt. extulerunt. In eo, itaque hæc de vtrisquè Italo sermone leguntur a me latinitate donata.

§. 5. D. Hieronymus Morso Eques Panormitanus Antonini Morso Baronis Gibellinæ frater pro Hisp. ac Siciliæ Regis amplificanda gloria ad Piemontis, ac Galliæ bellum aliquando se contulit. Non pauca edidit facinora, quorum fama tum Ducis, tum militiæ Præfecti nomen illi comparauit. Nonnullis earum Regionum arcibus præfuit. præfuit itidem & Ducibus non paucis. Triginta annorum interuallo præclarissimis perfunctus est muneribus. Interim ad Marchionem Morso neptem fama peruasit Patruum videlicet

licet martiali virtute conſpicuum.ad eas oras iter inſtituit. Militiæ dat nomen. Patrui veſtigijs lætus inſiſtit. imitatur. Maſculam ſemper præbuit in confligendo cum hoſte virtutem. Hoſtium tandem triumphis onuſtus domum redit.

§.*6*. Illud vero ſilentio de Hieronymo non prætereundum, quod & publicis characteribus iam conſtat, quodquè ſingularem illi creat laudem. Hiſpaniarum enim Rex cum ſecum animo decreuiſſet Gerbarum Inſulam profligare, ac perdere, inter ceteros veteranos, ſtrenuoſque milites vnum Hieronymum Morſo Panormitanum Equitem, ac Ciuem in bellis probatum ſatis, cuius virtuti, induſtriæque quattuor legiones italas commiſit, ac tradidit, ſumma voluntate delegit. In cuius obſidione dum fortiter, ſtrenueque pugnaret, ac ſuos omnes qua voce, qua exemplo ad arma ſuccenderet, ſummo cum omnium Ducum dolore deceſſit. Hæc Auctographum.

§. 7. Ex Antonino igitur Marchio Morſo, qui Filium Antoninum habuit ſecundum. de quo nihil eſt, quod dicam. Panormus iam Marchionem ab Hiſpaniarum Rege nominatum veneratur, & colit. *Ex tab. pub. vrb. Pan.* Is, dum D. Petrus Giron Oſſunæ Dux Siciliæ Regnum adminiſtraret, ab Hiſpaniarum Rege Panormitanæ Vrbis præfectus eligitur. quo quidem in obeundo munere ita præclarè ſe habuit, vt non exiguam ſibi optimi Ducis laudem compararit. Eodem Oſſunæ Duce Siciliam moderante Regni Deputatus, ac ſemper ſibi non diſſimilem ſe præbuit. Sicut nobilitatis, ita optimi Eques ingenij. moribus ſuauis. cunctis amabilis. carus omnibus. in Equitum, ac Marchionum luce verſatur. Hæc habui, quæ de hac familia conſcriberem. ſatis ſcio plura me reliquiſſe. Sed inuito calamo. Qui aliquid nouit. proferat. Maxima gloria eſt cuiuſuis familiæ gloriam amplificare, ac dignitatem extollere.



N.

D. ALOYSIVS NASELLI.



§. 1. ALoysius Naselli Riccardum agnoscit familiæ caput Alfonso Regi familiarem, ac feudi della Mastra Dominũ sibi iure hæreditario possessum. sic Regis Alfonsi literæ loquuntur. *Sanè nouiter pro parte nobilis viri Riccardi de Naselli fidelis nostri dilecti fuit nostro culmini reuerenter expositum, qualiter ab eo tempore, cuius in contrarium memoria hominum non existit, eius antecessores habuerunt, tenuerunt, & possederunt, quemadmodum ipse Riccardus habet, tenet, & possidet de præsenti quoddam feudũ vulgariter dictum, la Mastra, situm, & positum in territorio, & pertinentijs terræ Buteræ. Dat. in Castronouo Neap.* 1446. Hinc huiusce prosapiæ vt liquet, paulo altius repeten- *ex dipl. Regis Alph. 1451.*

ten-

tenda nobilitas. Riccardus ergo ex ducta vxore Rogeriũ, Ioannẽ, ac Periconium suscepit. Hic Regi Alfonso a secretis fuit, atque hanc familiam sic illustrauit, vt nobilitate, & titulis hac tempestate glorietur. Plures pro Alfonso Rege legationes obijt ad varios orbis terræ Dynastas, ad Purpuratos Patres, ad Summũ Pontificem, in ijsque semper ita præclare se habuit, vt & Regis fecerit voluntati satis, & in rebus omnibus obeundis non alium, quam vnum Periconium sibi Rex deligendum putauit. Ex grauissima legatione non vulgaris dignitas a Periconio cõparata, cum eius nomen sic longe, lateque diuulgatũ, vt omnem pæne terrarum orbem eius nominis fama, ceteris admirantibus oppleuerit. Recensere legationes omnes, ac Regis in eum beneuolentiã de meliori nota cõmendantis superuacaneũ est. Qui velit, legat. Laudabimus annos, ac locum. scilicet in Regio seruatur tabulario tum vrbis Neapolitanæ, tum Panormitanæ. ex ea transmissa sunt omnia, ex hac vero ex scripta fideliter. Legat itaque diplomata anni 1341. 1344. 1348. tum VIII. tum X. Septembris. M. CCCCL. M. CCCCLII. In Castello nouo Neap. extat. Panor. in Regio tabul. M. CCCC LIII. M. CCCCLV. XV. Ian. In hisce regijs characteribus, & Periconij dignitas, & in Periconium Regis existimatio, in obeundis muneribus prudentia, in peragendis rebus magnanimitas, ac virtus, in stabiliendis fortitudo sic eluxit, vt non minus a ceteris commendaretur, quam plurimi ob res præclarè gestas ab Rege haberetur.

Dat. in Castris In Castro Capu. Neap. 11. Martij. In felicib. Reg. Castr. apud flum. Fars. Apud Turrim. 31. Decembr. in Cast. nouo Neap.

Vnam, aut alteram legationem hic subscribam, vt ex his eæ, quas recensuimus Periconij Naselli virtutes luce clariores elucescant. Altera ad Sessæ Ducem 1441. Regis nomine obita. Vltro, citroque sermonem cum eo habuit. Regis voluntatem exposuit. annuit ille. paci consuluit, ac dissidentes, discordantesq; Venetorum, Ligurum, ac Florentinorum animos cum Rege conciliauit. Itaque vnius Periconij opera pax stabilita. bellum omnino sublatum.

In Cin. Peueu. 30. Ianũ 1441.

Altera vero ea est. Graui morbo laborabat vir ille Malatesta sic appellatus. Periconium de more Rex ablegat. verbis monet, ne de valetudine desperet. Eum .n. fratris loco semper se habiturum pollicetur. Venetos, ac Florentinos obsidentes nihil expauescat. Hac de re ad Ferrariæ Marchionem, Furli Dominum, ac Raymundum Boyl Proregem sibi creatum perscribit, & legatum mittit Periconium suum egregiæ, spectatæq; virtutis virum, vt eius caussam communem putent.

In Reg. Castr. felicit. Apud Tõ. Terrarum 12. Dec. 1447.

Et ex his illud, ni fallor, apertè conuincitur Periconium vel ea tempestate singularis prudentiæ, virtutis, ac sapientiæ virum, vel

præcipua quadam nobilitate præclarum extitisse. in legationibus in obeundis huiſce generis homines eliguntur, vt quos virtus quandoque non mouet, generis nobilitas contineat in officio.

Et quamuis Rex Alphonſus infinitis propè beneficijs Periconiũ affecerit, vno tamen diplomate mox laudando ſic illuſtrauit, vt eo quidem nihil illuſtrius, magnificentius nihil. ſic habet.

Alphonſus, &c. Vniuerſis, &c. Sane in perſona nobilis, & egregij viri Periconij de Naſelli ſcribæ, familiaris, & fidelis noſtri dilecti multipliciter cognoſcentes erga nos fidem claram, deuotionemquè ſinceram, nec minus propter laudabilem in noſtris agendis ſuæ obſequitatis promptitudinem, & actus operoſi exercitij virtuoſos, quibus decenter ornatur, ſicut in noſtris per eum præſtitis euidenter oſtendit, & poſt. *Hinc eſt, quod præmiſſis & alijs conſiderationibus dignè moti iam dictum Periconium de Naſelli ſcribam, Riccardum eius Patrem, Rogerium, & Ioannem fratres germanos ipſius Periconij in vtroque parente coniunctos fideles, & familiares noſtros dilectos, ac omnes, & ſingulos ex eis, & quomodolibet ipſorum per rectam lineam deſcendentes maſculini quidem ſexus natos iam, & in antea naſcituros in perpetuum ab omni, & qualibet ſolutione, ſeu præſtatione generalium collectarum, taxarum, donorum, munerum, &c.* & infra nihil certe ad familiæ gloriam amplificandam præclarius: *Periconus, & alij cum eo ſuperius nominati, & ab eis deſcendentes poſſint, & valeant vbilibet per totum prædictum Regnum Siciliæ vltra Farum cum eorum familia, & familiaribus deferre arma, alijs prohibita ad eorum defenſam in nullius offenſam, lege, ſeu conſtitutione portatione armorum vetante aliquatenus non obſtante. Et inſuper volumus, & expreſſe iubemus de certa noſtra ſcientia, & gratia ſpeciali quod tam prænominati nunc viuentes, quam ex eis vt prædicitur deſcendentes pro quibuſcumque cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſiue mixtis, non poſsint ad iudicium trahi, vocari, citari, conueniri, impeti, compelli, &c. Dat. in Caſtris noſtris felicibus contra Publinum die 27. Aug. xi. Ind.* 1448. Vt ſcilicet ex tanti beneficij magnitudine Regis beneuolentia in Periconium magnitudo & declaretur, & noſcatur,

ex Reg. tab. ad an. 1448 fol. 212.

§. 2. Ex Rogerio itaque Periconij fratre ortus eſt Petrus I. & propria, & auita nobilitate præclarus. ex hoc Baldaſſar I. ex Baldaſſare Gaſpar I. Comiſi Baro, qui Carolo V. Imperatore regnante varijs, grauiſsimiſquè perfunctus eſt in Sicilia muneribus.

ex pr. dat. Pan. 1550 & 1552. in Reg. tab. fol. 258.

§. 3. Gaſpar Baldaſſar II. filio gloriatus. Baldaſſar vero Gaſpare II. primo Comiſi Comite inſignis, qui cum familiã illuſtrandi miro quodam ſtudio raperetur, apud Hiſp. ac Sic. Regem inſtitit, vt Comiſi Baroniam Comitatus titulo decoraretur. Annuit Rex, & ratio-

tionem addit in diplomate. *Quare*, sic habet, *considerantes generis candorem, ac obsequia per Spect. nobis dilectum Gasparem de Naselli Baronem de Comisi multis in rebus tam à se, quam a progenitoribus suis, tam nobis, quam nostris praestita merito quidem maioris honoris titulo prouehimus, &c.*

ex pr. dat. in Oppid. Madrid. 1571. In Reg. tab. f. 33. an. 1609,

§. 4. Gaspari Baldassar III. successit, qui Vrbis Panormitanæ Prætor fuit, in quo obeundo munere sic præclare se habuit, vt postpositis tum vitæ periculis, tum fortunæ bonis, pro Sicilia, proquè Vrbe Panormitana sese præbuerit vsquequaquè tutelarem. Consule Regis literas anno 1612. perscriptas, atque ab Regio tabulario diligenter asseruatas.

fol. 145. eiusd. ann.

§. 5. Baldassarem demum sibi superstitem reliquit Aloysium, qui & morum suauitate, & generis præstantia iucundus, & carus est omnibus. Ad Aragonæ Principatus apicem 1606. Comitatus dignitatem euexit, vt ex hac dignitate maiorem hæc familia gloriam, diuino opitulante numine, consequeretur.

Atque hæc de Naselli familia sint satis. Quæ .n. nobis scripta sunt, ex recta, vt aiunt, linea scripta sunt. Ceterũ varijs floruere temporibus plures huiusce familiæ Proceres, & viri bello præclari, & sanctimoniales Deo sacræ, quæ sanctitatem vitæ cum generis nobilitate iunxerunt. Inter primarios Vrbis nostræ Eqquites est D. Vincentius Naselli & bonitate, & virtute, conspicuus. pluribus perfunctus ex interuallo in Panormitana Vrbe muneribus, ac hodierna die Sindici prouinciam obit cum bonorum omnium consensione susceptam, qui & Panormitanæ Reip. pacem, omnibus auxilium, opem implorantibus feret, alioq; in posterum Vrbs Panormitana varijs diuexata calamitatibus aspectu, bene Deo obsecundante, perfruetur.

D. DIDACVS DE OLIVERA.



§.1 DIDACVS de Oliuera ſicut hodierna die in Panormitanorum Equitum luce verſatur, ita & antiquitus Martinus de Oliuera, a quo ſuum repetit genus, in Galliç nobilitate ſuum adeptus eſt locum. Martinus enim non modo maiorum ſuorum imitatus eſt gloriam, ſed maſcula etiam animi virtute ſic proſapię dignitatem amplificauit, vt Petrus Rex, cum ad Mauros ex Hiſpania depellendos, exterminandoſquè bellum compararet, inter ceteros duces Martinum de Oliuera ſumma

cum voluntate delegerit. Quo quidem edito facinore cum ingenitę virtutis, ac nobilitatis specimen ille dedisset, non minus hostium spolijs, quam rerum gestarum vestigijs nobilitatus Palentię suum domicilium, sedemquè collocauit. Hęc vbique pœnè terrarum cognita familia, diuersisquè in locis diuersam sortita nomenclaturam. In Gallia enim Oliuier, In Lusitania Olíueira, In Hispania demum Oliuera nominatur, quę profectò sic Martinum suspexit, vt & mirumquantum venerata. Plerique, nec pauci quidem ex hoc tamquam ex vberi, fœcundoquè stipite palmites eruperunt. Singulos recensere animus non est, cum superuacaneum planè sit eos orationis meę penicillo describere, quos Hispaniarum historię, ac veterum annalia celebrarunt.

§.2. Floruit inter hosce omnes & maximè Andreas de Oliuera, qui, prȩterquam quod acceptum sui generis splendorem, lucemquè seruauit sic Regijs literis Madriti conscriptis anno 1601. celebratur, vt a Rege,& nobilis eques, & strenuus miles, cuius pro Regis amplificanda gloria mirumquantum desudauit industria, & laudetur, & euehatur. Grauibus, pręclarisquè in Lombardia perfunctus est muneribus, in quibus quidem obeundis morbo correptus excessit è viuis, ac suę virtutis, ac nobilitatis superstites Didacum, Garziam, & Antonium liberos reliquit.

Ex lit. Madrit. datis ann. 1601.

§.3. Illud de Antonio exploratum omnino est, ac certum, eum, vt loquuntur historię, grauesque testantur viri, in Sabaudię prȩlio contra Henricum IV. Philippi Secundi Regis auspicatissimi signiferum extitisse, quę quidem historię sic de singulari eius animi virtute, pręclaris editis facinoribus verba faciunt, vt tanto signifero gloriatus sit Rex, gloriata sit & Hispania.

§.4. De Didaco vero, qui maior Andreę natu, nostrique Didaci Auus fuit, illud dicendum occurrit, quod cum in Hispania remansisset, egregium virum illum, ac strenuum, fortunatumquè Ducem numquam satis prodignitate laudatum Garziam fortitus est filium, qui, cum pro Hispaniarum Rege varijs in rebus operam collocasset suam, proquè Regis dignitate vel retinenda, vel promouenda incredibili cum eius animi constantia, fortitudinequè sanguinem fudisset, sic ab Rege Regijs literis illustratur, vt nihil vel pręclarius, nihil vel magnificentius omnino possit afferri. Omitterem, vt pleraque etiam

etiam lubens omitto, cum rerum fastigia prosequi sit animus; at cum plane ad Garzię virtutem vel ostentandam, vel ad magnitudinem animi in exantlatis pro Rege laboribus extollendam maximè faciant ex plurimis pauca delegi. Sic itaque Rex.

§.5. *Nos Philippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonæ &c. Eos viros præmijs afficiendos censemus, quos non solum virtute, & probitate, & qualitate ornatos ad nostrum Regium seruitium propensos cognoscimus, sed etiam ipsorum Patrum, & maiorum probata fides apud nos commendat. Quamobrem cum fidelis nobis dilectus Capitaneus GARZIA DE OLIVERA de nostri belli consilio in nostro vlterioris Siciliæ Regno, ita se totum nostro Regio obsequio deuouerit, vt in omnibus bellicis occasionibus eius secutis tempore in Belgio, Italia, Gallia, & alibi nullum strenuitatis, vigilantiæ, militaris industriæ, & fidei suæ officium prætermiserit; cuiusquè fortitudo, ac rerum bellicarum peritia, sanguinisquè effusio in occasionibus magni ponderis maximè emicuerit, & D. DIDACVS DE OLIVERA eius filius, & Andreæ de Oliuera eius Ataui, aliorumquè maiorum vestigia insectando nobis etiam aliquot annis inseruierit; vt amborum meritis aliqua in parte satisfacere videamur &c. Dat. Madr. 12. Iun. 1620.* Ex lit. dat. Madrit. 12 Iun. 1620.

§.6. Plures, vt ingenuè fatear, Regum literas hactenus perlegi. honorificentiorem aliquam ista non vidi. nihil enim Rex in ea non apponit, quod Garzię gloriam non efferat, quod labores non prędicet, quod animi virtutem non extollat. Pugnas in Belgio, in Italia, in Gallia pugnatas enumerat, sed de strenuitate, de vigilantia, de militari disciplina sic sermonem habet, vt quantum ceteris suppeditat laudandi materiem, tantum mihi adimat scribendi facultatem, vt recte possim illud hic Mantuani vsurpare.

. . . . *Inopem me copia fecit.*

§.7. De rebus ferme omnibus ab Garzia pręclarè gestis, tum pro tuenda, seruandaque Catholici Regis gloria, tum etiam pro eiusdem dignitate amplificanda Regij patrimonij extat epistola, quam integram hic exscribere non grauabor, cum ea certè singulas ab eo res editas sic Regi Opt. ponit ob oculos, vt si nihil profecto aliud Didaci de Oliuera haberet familia, id quidem satis ad familię gloriam immortalitati commendandam videretur. Ecce tibi.

S. C.

S. C. R. M.

§.8. *Per essecutione dell'ordine datomi da V. M. con sue regali lettere delli 6. di Ottobre* 1584. *ho fatto pigliare conforme al decreto per via del Consiglio Patrimoniale con intelligenza, ed interuento del Fisco informatione de' seruiggi del Capitan GARZIA DI OLIVERA, per le quali consta, che da circa venti anni a questa parte ha seruito a V. M. in diuerse occasioni da valoroso, e segnalato Soldato, ed vfficiale, e specialmente nel soccorso, che si diede a Malta essendo assediata dall'armata Turchesca, ed anco nelle Guerre di Fiandra, nelle quali con singolar valore seruì insin'a tanto che la Fanteria, e Caualleria Spagnuola vscì da quelli Stati per ordine di V. M. e fece molti segnalati seruiggi. E primieramente nella rotta del Conte Ludouico Fratello del Principe d'Oranges. Seruì nella presa d'Arlan come aiutante del Sergento Maiore Pietro de Pas. Doppo fù mandato col Mastro di Campo Francesco Valdes in Olanda con carico di Sorgento Maggiore. onde dal detto Valdes segl'incommendarono molte cose d'importanza, e sempre ne diede buon conto; e fù vno de primi, che furon causa di pigliarsi il forte di Maslanchas, e combatteua valorosamente contro nimici, che haueuan venuto a soccorrere la Terra di Lepden; fù malamente ferito da due archibuggiate, da vna de quali fù stroppiato d'vn braccio. Hebbe anco vn'altra archibuggiata nella coscia in vna Scaramuccia, che si fece vicino a Delfe. Fù fatto per il suo valore Tenente della Compagnia de Caualli del Commissario Generale Antonio di Oliuera, la quale gouernò con molta soddisfattione, e si ritrouò con quella di Vanguardia nel primo rincontro, che si hebbe con nimici vicino a Selimon. Andò parimente sopra Mastrich con sua Compagnia, la quale fù vna di quelle, che scaualcorno per guadagnare la porta, e nella entrata combattè valorosamente. Così anco fece nella presa d'Ambores, e riceuè molte ferite nella testa, per occasione de quali è rimasto corto della vista. Si ritrouò nel soccorso di Ramonda, e nella Battaglia, che si diede a nemici vicino ad Anamur. Oltre di questo tutto il tempo, che il Sig. D. Giouanne andò in Campagna, si ritrouò esso Capitano Oliuera con sua Compagnia, e gli furono incommendate molte cose d'importanza toccanti al seruiggio di V. M. Costa similmente esser stato lui causa, che si decollassero li nimici, i quali stauano saccheggiando Telimon: assaltò*

saltò vna notte certe Compagnie de nemici, le quali stauano alloggiate in vn Casale detto Mol; ed hauendole rotte, e sbarattate gli prese quattro bandiere, ed altri priggioni; ed hauendosi renduto la Città di Malinas vedendo l'inimici il male, che se le preparaua, vna notte repentinamente assaltaro i nostri di sorte, che furono rotti, e vinti. Ilche hauendo inteso il suddetto Capitano Oliuera, il quale si ritrouaua di guardia con la sua Compagnia lontano da quel luogo da circa tre miglia si partì con quella, e con alcuni altri Soldati, che raccolse di quelli, che se n'andauano ritirando, e datoli buon animo fece lui capo, ed andò a ritrouare i nimici, che se ne andauano vittoriosi, e l'assaltò con tanto impeto, e valore, che non solamente si ricuperò la preda, che portauano, ma hauendoli rotto, e sbarattato si pigliarono più di seicento priggioni, e cinque cento caualli. Perilche il Principe di Parma gli donò la Compagnia di Caualli, della quale esso Oliuera era Tenente. Costa parimente, che andando esso Oliuera con Don Pietro di Toledo a soccorrere certi Castelli Delosquenque nelli paesi di Geldres assaltò con la sua Compagnia due Compagnie d'inimici, che andauano a portar soccorso ad vna terra di rubelli, ed hauendole rotte prese i due Capitani, e due bandiere. Oltre di ciò nelle sudette guerre di Fiandra fece diuersi altri seruiggi, si come per le dette informationi si può più particolarmente vedere; per le quali anco appare, che doppo d'hauer vscito la Caualleria Spagnuola dalli Stati di Fiandra, ed ordinatosi da V. M. che si appedasse il detto Capitan Oliuera patì molto interesse per hauer venduto molti de' suoi Caualli a prezzo basso. Doppo, quattro anni sono, se ne venne in questo Regno, onde similmente ha seruito in Carichi di Capitan d'arme a guerra con sodisfattione, e per gl'auuisi, che vi sono stati di armata Turchesca fu mandato due volte a Malta. L'vna con la sua Compagnia, e l'altra per capo della gente di guerra, che andorno la. Si vede anco per dette informationi che molti de suoi parenti han seruito a V. M. in carichi preeminenti, e morti in suo seruiggio, ed al presente esso Capitan Oliuera sta seruendo in questo Regno. &c. Dat. in Messina a 30. di Giugno 1585.

§. 9. Iam breuissimis expressam characteribus vides, & animi virtutem, & præclara facinora ab Garzia edita. Contemplator, attendito, ac demum de tanto Duce sententiam feras. Vt mirum inde non sit, si tum Comes Oliuarensis Garziam de Oliuera Equitum leuis armaturæ in Sicilia, cognitis hisce rebus omnibus, penitusquè perspectis, gubernatorum Equitatus Mediolanum ablegarit, tum etiam Rex Hispaniarum de animi magnitudine Garziæ certior factus, quam non victoriæ modo, sed fusus etiam sanguis (*habet enim is*, ait Ambrosius, *& vocem suam*) eloquitur; in bellis conficiendis *Ex literis dat. anno 1593.*

præ-

præclarissimam, honorificentissimamquè in Sicilia Prouinciam imposuerit. Nihil enim ille dubitabat, quin omnia euentura essent ex sententia, si belli momenta ab vno dumtaxat Garzia de Oliuera librarentur. Rex itaque ad Machedæ Ducem cum scriberet, hæc de Garzia exercituum instauratore conscripsit.

Surita in hijt. Hisp.

EL REY.

§. 10. *Illustre Duque primo, mi Virrey, Lugartiniente, y Capitan General. Por quanto teniendo consideraçion a la Calidad, meritos, y seruiçios del Capitan Garzia de Oliuera, y a la mucha platica, y esperiençia, que tiene de las cosas de la guerra, y que es Iusto, que por ella sea honrado, y fauoreçido, y señaladamente en los consejos de guerra, y cosas conçernientes a ella que en este Reyno se hizieron, y offreçieren, le ho eligido, y nombrado, segun que por la presente lo eliso, y nombro por vno de los del dicho mi consejo de guerra en el, paraque como tal interuenga, y se halle en los consejos de guerra, y cosas toccantes a ella, que ay se offresieren en la forma, que interuienen los otros consejeros que tienen semejante plaça, y ceda la mia. Por donde osencargo &c. Dat. en Tordesillas a 26. de Enero 1601. Yo el Rey.*

§. 11. Quam magnum sit non in Sicilia modo, sed in Italia hoc munus, dicant, qui hanc artem profitentur. Præcipuum quidem, ac dignum, quod satis est ad virum quempiam æternitati consecrandum. Lego præterea anno 1601. Machedæ Duce Siciliæ Regnum administrante, Ducis, seu vt vocant Capitanei, in Vrbe Panormitana sic perfunctum egregiè Garziam, vt expectationem famæ, famam res ipsa superarit. D. Felicem ex illustri, nobilique Spinolæ familia duxit vxorem, ex eaquè D. Didacum de Oliuera Paternæ virtutis hæredem, atque a maioribus suis nihil planè degenerantem suscepit. Didacus verò cum D. Vincentij de Bononia Marchionis Marinæi Filiam habuisset, ac tanti Patris, Atauorumque vestigijs institisset, quæ pro gloria, ac dignitate Regis Catholici vel retinenda, vel amplificanda gessit, operæ pretium hoc loco recensere non est, cum Regij characteres, ac omnium ora proloquantur.

Virg. Aen. 6.

. . . . . vno auulso non deficit alter.
Aureus, & simili frondescit virga metallo.

P.

VINCENTIVS PILO.



§.1. PLurimas certe familias vel in panormitanæ Vrbis, vel in orbis terræ luce versantes hac ipsa tempestate reperies, quæ vel bellorum tumultibus oppressæ, vel tempestatibus actæ nullius pænè splendoris, decorisquè vnicuique videbuntur. Fortuna cum eorum progressibus non ita prosperè, ac feliciter obsecundet, facit, vt aliquando nonnullæ vel præstantissimæ familiæ in suo splẽdore, quem vel ea enascente suscepere, non versentur. Itaque ab ijs, qui nec Historiarum periti sunt, nec naui, vel ex infimo genere suam repetere originem habeantur. Et certe si in familiam, quam

præ

præ manibus habemus,oculos conuerteris, dignam quidem & nobili familiarum honore, & mei operis luce arbitrabere. Licet autem in huiusce familiæ multa non offendas, vel magna,quæ scribātur,vel mira,quæ laudentur; id certè non familiæ quasi earum rerum omnium egenæ,sed temporum,vt opinio mea fert, iniuriæ adscribendum putes. Sunt.n. qui nobilitatis gloriam non sectantur, cum id superuacaneum ducarit; sunt & alij, quos cum aliud ex alio impediat,in origine, eiusq; progressibus indagandis animum non adijciunt. Sunt denique & alij, qui licet non pauca de sui generis nobilitate reperiant, cum tamen ea vel obliuione obruta, vel intermissa recordatione demortua luci proponere (cum ijs commentitia, fictaq; videantur, quamuis verissima,& plurimorum approbata consensione scriptorum)verecundentur. Meæ igitur partes sunt nobiles familias in nobilitatis luce collocare, sub annorum vero, temporumq; inuolucris, tricisquè implicitas explicare, ac pro virili parte contendere, vt incognitæ familiæ splendor ab vnoquoque suspiciatur.

§.2. Lego itaquè Vincentij Pili & Caluelli maiores, antequam Panormum appellerent,quadringentorũ septuaginta octo annorum interuallo in Vrbis Ligurum splendore floruisse. Ad eam vrbem cum Ingo Pilus 1153. huiusce familiæ origo, & caput (a quo gradatim descendendo ad Vincentium Pilo hodierna luce Marinæi Marchionem,vt ex publicis Ligurum tabulis demõstratur apertissimè, peruenitur)sese contulisset, ita quidem in ea vrbe versatus, vt excelluerit. Rescriptum vidi, diligenter legi, exscripsi publica Ianuensis vrbis auctoritate firmatum,in quo tota familiæ Pilo series luculentissimè cognoscitur. Inter ceteros, qui in huiusce familiæ seriei luce versati, duo viri illi silentio prætereundi omnino non sunt. Gabriel,ac Barnabas Pilo;Ille 1389.ab Ligurum Proceribus electus,atq;ad Mediolanum Ducẽ ablegatus, vt pro Ligurum Rep. de seruanda fide solemni sese sacramento lætus obstringeret. Hic vero tum rebus præclarè gestis, tum a maioribus suis haud degener in libro Nobilium Serenissimæ Genuensium Reip. inscriptus. cui quidem Reip. hoc solemne semper est,vt is, quem in Nobilium album adscribit,vera, auitaque nobilitate florescat. Ille itaquè Ingo Pilus,vt ad Ingum redeamus, Griffæum cognomento Pilo in Hispania degentem, cui Rex Ludouicus Barcinonis principatum contulit,agnoscit affinem. Extat.n. Epistola ad Ingum Pilo ex Raymundo Berengario Pilo, qui floruit an. 1160 Quarto Barcinonis Comite Barcinone conscripta, quæ cum Inghi Pili affinitatem cum Grif-

Ex tab. pub. vrb. ligurũ. & ex testibus desũp. ibid. ann. 1611.

Ex pub. tab. vrb. Ianuensis.

Ex pub. tab. & ex actis Anij Axereti Not. Gen. 1611.

Ex libro exscripto ab originali

Griffæo, vt innui, satis omniū oculis proponat, latinitate donandam non putaui, ne quis forte sibi persuadeat, & quidem falso, aliquid additum de meo. Ea certè antiquitatem sic olet, vt verba non pauca vix intelligi, legiquè a quopiam possint. Eius itaq; exemplum hoc est. *Raffaelis Ferrarij ligur. apud Antonium Brignione Genuēsem.*

§. iij. *Ay viene de baxo el amparo de V.M. en essa Ciudad de Genoua el lleuador desta por algunos negoçios suyos. me a seguro que para su.... ... vendrà cumplidamente proueydo; y cònoçera en obras quanto haya sido de prouecho mi recomandaçion de la que el tiene muy...... desseo, que assi como nos otros estamos juntos en el mismo lignage a vn que apartados de Ciudades, y Reynos, assi nos juntaremos siempre en ayudar, y faboresçer a quien nuestro fabor dessea. guarde dios a V. M. mil años. de Barcelona 20. de Setiembre de 1154. Raymundo Berengario Pilo Conde de Barcelona.* *L. Marinæus de reb. Hisp. l. 9. f. 363. Fran. Tarapha de Regibus Hisp.*

§. iv. Multa itaq; de hac familia circumferuntur, digna quidem quæ commemorentur; sed hæc cum adeo mihi non constent, in hūc locum transferenda non duxi: dicam id, quod negari a quopiam iure non potest, Vincentium Pilo, & Caluello, cuius nobilitas quam magna, quamq; singularis sit ex Caluelli familia constabit, non solum Marchionis Marinæi; vt ex diplomatibus constat, sed etiam Comitis Oppidi Capacis, vt etiam ex Philippi IV. Hisp. ac Sicil. Regis literis liquet, titulo insigniri. Hæres præterea Feudi Broccati, quod sibi iure obtigit hæreditario Laurentij Pili Patris, eiusdem Domini qui Baronis etiam Miccini, ac Summacchi nomen in Vincentium filium, dignitatemq; transfundit. *Vlt. Iulij 2. Ind. 1619. 22 Octob. 1625. 28. Iul. 1598. 11. Ianuar. 14. Ind. 1596.*

De Vincentio vero illud silentio prætereundum non videtur, sic .n. is in Panormitanorum Equitum luce versatus semper est, vt ab vnoquoque in honore, ac pretio fuerit habitus; itaq; vt hac tempestate nemo sit, qui eum præcipua quadam beneuolentia, studioque non prosequatur. Sic ingenita morum lenitas, sic auitæ nobilitatis ornat decus. Hæc ad me varijs laboribus, varijsq; elucubrationibus peruenerunt. Si quis forte plura cognouerit, alienæ gloriæ non inuidus existat. proferat. de beneficio grati. maximæ, immortalesquè gratiæ referentur.

D. AGNES DE PLATAMONE.



§. 1. Agnes ex Familia Platamonia Baptistam Platamone sui generis cognoscit auctorē, qui tum anno 1437. tū 1440. Siculi Proregis munere perfunctus.

Alphonsus, &c. Cū nos volētes statui nostro cōsulere, & tam persecutioni huius nostræ Fel. Vrbis, quam vniuersali beneficio Reip. ipsius Regni Siciliæ salubriter prouidere, Magnificum virū Baptistam Platamone Consiliariū, & Secretariū nostrū dilectū suis exposcētibus seruitys, ac meritis in nostrū vnicū Viceregem in eodē Regno, & Insulis coadiacentibus meritò præfecimus, &c.

Ad Galliæ Regem pro Alphonso Rege legatus accessit, vt discordes Romanorū, Florētinorumq; animos ea, qua posset lenitate, cōponeret. Et quidē nemo id temporis fuit, qui de Baptista, vel magnifice nō scriberet, vel preclare nō loqueretur. Quare apud nōnullos scriptū inuenio: *Illustri, & potenti Domino D. Baptistæ Platamone Regni Siciliæ Viceregi, & Baroni terræ, & Castri Iacis, & Baroniæ Kisichilliæ.*

Ant. Pan. in dict. & fact. Regis Alphons. In act. Hectoris Imperati. 1444.

in lib. regis. ann. 1630. 1366. f. 34 in reg. tab.

§. 2. Baptistam duos habuisse cōsanguineos cōstat satis, Petrus alter Miles Hierosolymitanus; alter verò Antonius Melitensis Episcopus de vtroq; rectè gloriatur ille armis, hic nobilitate, ac virtute insignis. Reginæ epistolam ad Melitensem populum perscriptam consule.

Ex lit. datis in Castris apud Albaretū Aquæ viuæ 26. Mar. 1441.

§. 3. Baptista ergo duplici filio, & Iulio Sacio, & Ioanne Fernandio præclarus. Vterque conspicuus. Iulius Sancius natu maior, & Oppidi Iacis Baro, & Mag. Rationalis, & Messanæ Stratigotus. *Nos*, sic Rex Alphon-

Dat. in Ciu Caietæ 8. Feb. 3. Ind. 1441. phonsus, *attendentes fidem puram, & deuotionē sincerā, quas fidelis noster dilectus Sanctus de Platamone filius Magnifici, & dilecti Consiliarij, & Secretarij nostri Baptistæ de Platamone dicti Regni Siciliæ vltra Farum Vice-regis, &c. sibi tāquam benemerito officium Stratigoti nobilis Ciuitatis Messanæ, eiusque districtus, &c.*

Ex pub. tab vrb. Mess. ex monum. vrb. Panor ex lit. datis in Opid. valis Olet. 1537. §. 4. Ioannes vero Fernandius Sancij frater, & Risichilliæ Baro, & Messanæ Stratigotus Antoninū, & Blascum liberos ex Bartholomea de Alagona suscepit. Antoninus & Panormitanæ Vrbis Præfectus, & ad Proreges non rarò pro Panormitana Vrbe legatus. Ex hoc Io. Fernandius II. Risichilliæ Baro, & Cæsar Vrbis Panormitanæ Dux.

ex act. Bartholi Zizi 25. Octobr. 1557. ex act. Lact. Cauar. hoggidi Buzac. 1574. ex act. Andr. de Māsisio 1619. Ex Blaschi testam. §. 5. Io. Fernādius, vt in posterorū prole generis nobilitas, ac splendor seruaretur, Antoninū II. Risichilliæ, ac Cutò Baronē, ex quo familia Baronis Cutò suā ducit originē, ac Scipionem ex Eleonora Bonaiuto suscepit, quē Maletti Baronia donauit. Hic Hieronyam Sauactier, & S. Stephano Barcinoniæ gentis nobilissimam duxit, ac Petrus est ortus Matthæi pater hodierna luce viuentis. Hæc de Antonino.

Ad Blascum. Blascus itaq; cū Elisabetthā de Vigintimillijs Regis Ioannis Baronis, ac Marchionis de Ieraci filiā duxisset vxorē Hieronymo sibi non dissimili, nec a maioribus degenere gloriatus.

§. 6. Hieronymus nuptias cū Constantia Isfar, & Cruillas Baronis Sicilianæ filia celebrando Ioannem sortitus est filium.

§. 7. Ex hoc Vincētius, qui duxit Mariā Angul, & Cordoua Equitis nobilissimi filiā. Huiusce pater fistulatorib⁹ in nauali prælio ab D. D. Io. ab Austria cōstitutus est Dux, & in Mostagnę bello cōtra Mauros & sub nobili Comite de Alcaudete eius patruo, & sub Marchione Piscarę, cui Mediolani, & Custodiæ, & Equitū Præfectus fuit, militiā militauit; quiquidē Marchio hęc de huius virtute habet inter cetera. *Teniēdo cōsideraçion Señor a vuostros muchos, y grādes seruiçios echos a Su Magestad, y para dar principio al premio dellos os ago merçed, &c.* Et paulo post. *Atento a que nos haueis seguido en nuostras buonas, y malas fortunas, &c.* Hic ergo Agnete de Platamone, & Cruillas gloriatus, eaq; vt prosapiæ gloria augeretur cum D. Ioanne de Sandoual, & Pacieco nuptias celebrauit.

§. 8. Quoniā vero in D. Ioannē de Sandoual nobilissimū Equitem Marchionis Villenæ olim Proregis pro D. Antonio de Sandoual eius fratre in Velinæ cōflictu fortiter enecto custodiæ Præfectū, fortè fortuna incidit sermo, pace tua, mi lector, liceat pauca de huiusce generis splendore vel leuiter attingere, vt, quem nobilitate florentem demiratur Hispania, veneretur & Sicilia.

§. 9. Hic itaq; est ex nobilissima de Sandoual Familia, quæ argentum cuderet, ex Ducibus de Lelmo, ac Marchionibus de Denia, &c. qui Regis D. Pelagij tempore inter ceteros Dynastas extitere, vt hic Regum

gum diadema susciperet. Vidi ego, legique non paucos de Hispaniæ nobilitate scribentes Auctores, qui ex Gonzalo Teliz, & Nuña ex familia Regis de Leon primam originem trahere asseuerant, ex quo vir ille Fernandius Gonzalez Castiliæ Comes proficiscitur, ac tanti generis auctor recensetur strenuus Eques ille, qui tandiu clypeo, gladioque armatus Mauris aditum obiecto robore bellando interclusit, ac distinuit, donec Rex D. Pelagius, militibus collectis, ad prælium, ineundum accessit, ac victor inde recessit. Rex vero, tantum militem trucidatum, dissectumq; cum videret animi dolore commotus lacrimas tenere non potuit, tandemque ad lacerati corporis membra, ac diuulsum caput hæc habuit. Dicam Hispanice, Hispanice maior vis. *O Sando Cueruo, que no has sido sino SANDOVALE, pues con solo tu braço poderoso has sido oy nuestro Saluador, y tal deue ser tu nombre, y de tus deçendientes.* itaque post quandoque *Saluador*, quandoque *Sandouale* appellantur, atque idem sonat *Sandoualidor, Saluador*, ac *Sandoual* in Hispania.

Chronic. Inuictiss. D. Alph. 7. Imperat. Hisp. F. prudẽtij de Sandoual.

Aloysius de Gongora in suis lect. sollemnib. Chron. Regni Castiliæ f. 618. mihi Didac. Matute, ac Pignafel in prosapia Christi. Prudentius de Sãdoual f. 190. in Chron. Alphonsi VII

§. 10. Antoniũ II. & Ioannam Pacieco proneptem D. Ioannis Pacieco Excellentiss. Marchionis de Villena Siciliæ olim Proregis proneptis optimo quidem iure genitores D. Ioannes de Sandoual habuisse gloriatur. De Ioanne, denato Antonio, hæ Proregis literæ circumferuntur, quæ eius munera, & nobilitatem non silent. *Estando*, sic habent, *al presente vaca la Compañia de Cauallos, cõ que seruia a Su Mageslad D. Antonio de Sandoual defunto, y conueniendo a el encomendare el gouierno, y cargo della en persona de valor, platica, y experiençia concurriendo en la de vos el Cap. D. Iuan de Sandoual las partes necessarias teniendo consideraçion a la calidad de vestra persona, y a lo que haueis seruido a Su Mageslad a imitaçion de vuostros passados en el estado de Milan con la ventaja, que alli os segñado, y despues de baxo de nuestra mano en la enbaxada de Roma en las cosas, que os en comendamos, y vltimamente en este Reyno de Alferes, y dos vezes de Capitan de Infanteria Spañola, teniendo por cierto que cumpliendo con las obligaçiones de vuestro naçimiento sacareis cierta la sperãza, que siempre hemos tenido de vuostro valor, y honrado proceder, &c. En Palermo 19. de Henero 1609. El Marques.*

§. XI. Alexius de Sãdoual Vẽtosæ, & Cerasenę Quintus Dominus Mariam Portocarrero Ioannæ Portocarrero consobrinam vxorem duxit, quæ primum D. Ioannis Paceco Villenæ Marchionis vxor fuit. nepos est Catarinę Aregliano, & Mẽdosæ Comitis de Ailar, & Ducis, vt ita dicam, dell'Infantado vxoris Antonij I. D. Ioan. de Sãdoual, quæ est Castilliæ Admirati pronepos. De matrimonijs nihil hic. omnia præclara, cũ familiam Ducis de Lelmo familia Sandoual attingat.

Alph. Lopez de Aro. de tit. Hisp. lib. 4. p. pr.

§. 12. Ioannes ergo, vbi cum Agnete de Platamone, & Cruillas matri

trimonium Marchionis Villenæ voluntate contraxit, multiplicē sortitus est prolē. Hodierna luce Ioanne, ac Maria perfruitur; quam Matthæus Antonius Sandoual Pacieço consobrinus Oppidorū Caresenç, Saffedon, Villaluilla, & Malapesæ Dominus duxit vxorē. Atque hæc de Ioanne de Sandoual ex occasione dicta, non lōge petita sint satis.

Ex pr. [illegible] Cam. 13. Mar. 12 Ind. 1418. Ex [illegible] Cam. 4. Apr. 1441 Ex [illegible] in Cancell. [illegible] 1454. Ex [illegible] in Can. [illegible] 1459. Ex [illegible] Pan. 1534

Ceterum, vt ad rem nostram reuertamur, varijs semper, grauissimisque muneribus Platamoniæ familię Proceres in Sicilia perfuncti. Bernardus de Platamone a Rationibus Magister. Ioannes Agnetis Fuus ter Consistorij, ac nouies M.R.C. Iudex. Miles Regius Thomas Messanæ Stratigotus, Antoninus Vrbis Panormitanæ præfectus, Ioānes, ac Antoninus Equitū, peditumq; Duces, ac demū, vt omittamus ceteros, hæc familia sicut Dynastis, ita & Præsulibus gloriatur suis, cum constet satis vnum Ludouicum de Platamone Syracusanum Antistitem extitisse. Ioannę Reginæ literas audiamus.

Ioanna, &c. Fuit nobis nuper reuerenter præsentatum quoddā Apostolicum breue [illegible] solemnitate munitum ex parte Reuerendi Ludouici de Platamone tenoris sequentis. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionē. Nuper Ecclesiam Syracusanam per liberam dilecti filij Petri electi Syracusane [illegible] in manibus nostris [illegible] .... & per nos ad supplicationem carissimi in Christo filij nostri Caroli prouidimus, teque illi præficimus in Episcopum, & Pastorem. Ea propter nobilitatem tuā hortandam duximus, vt eumdem Ludouicum Episcopum, seu eius Procuratorem, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum die 8, Mar. 1518

In Reg. [illegible] f. 61. [illegible]

Hæc habui, quæ de Platamonia familia conscriberem. plura prætermisi, ne multus essem, quæ necessaria mihi sunt visa, in pauca perstrinxi. legito, attendito, iudicato.

Satis scio a plerisque hanc Platamonis familiam Insulæ Platamoniæ in Grecia extitisse Dominam affirmari, a plerisque vero satis aperte comprobari. nihil ad me hactenus certi perlatū est, rem propono. hoc certo scio Galeni tempestate hanc familiam in Grecia maxime noruisse, cum in primo de morbis vulgaribus cap. xix. legatur se Filenum graui morbo laborantem in ædibus Platamonis remedia attulisse, neque .n. Galenus hæc scripsisset, nisi Familia Platamonis sibi conciliare nomen posset.

A nonnullis vero, qui Romā contenderunt, accepi extare statuam æneā Iulij Sācij Platamonis ad posteritatis memoriam eo elogio.

IVLIVS SANCIVS DE PLATAMONE FECIT.

Vt dignoscatur hanc familiam non vno tantum loco, sed in multis Orbis terræ partibus, & generis nobilitate, & rerum præclare gestarum vestigijs nobilitatam floruisse.

P.
AGATHO PORTO.



§. 1. QVamuis altius hæc familia suam repetere posset originem, cum tamen hæc ita luculenter non probetur, non est, cur de ea aliquid literarum monumentis commendemus. Quod certum proponimus. Floruit ergo hæc, & adhuc floret in Vicentia Vrbe, in cuius luce vel hodierna die tantæ familiæ posteri versantes Comitis nomine insigniti ex præcipuo, singularique Caroli V. Imperatoris priuilegio perfruuntur, ac bicipitis Aquilæ stemmate gloriantur; cum .n. Sigismundus Imperator Vincentiam appulisset, huiusce familiæ Procerum sibi domicilium peculiari ratione deligendum putauit. Quare ne cõsequentibus annis tanti

tanti beneficij memoria moreretur, ſuapte ſponte hoc familiæ Porto inſigne communicandum duxit, vt quæ Imperatorem domũ aliquando receperat, Imperatorijs ſemper inſignibus iure potiretur. Atque hoc plane ſic ratum habuit Carolus V. Imperator, vt vel hoc ſole huiuſce familiæ Proceres omnium oculis contemplandum, conſpiciendumquè proponant.

§. 2. Porro diuerſis temporibus tantæ proſapiæ Proceres qua armorum gloria conſpicui, qua literarum laude inſignes in terrarũ orbe floruerunt; vnum, aut alterum iuuat hoc loco proponere, ne multorum virorũ multitudine noſtrę ſcriptitationi pariatur obſcuritas. Hippolitum Porto ſtrenuum Ducem Cæſar Campana proponit ob oculos, qui cum pro Imperatore contra Saxòniæ Ducẽ fortiter, ſtrenueq; certaret, & in bello deprehendit, atquè ad Imperatorem victor adduxit. *Scriuono alcuni*, ſic habet ille, *che per eſſer di capo grande, e groſſo, nõ fu malageuole il riconoſcerlo tra molti*(De Duce ſcilicet Saxoniæ ſermonem habet) Et poſt. *Stimaſi più vera la opinione di coloro, che affermano eſſer egli ſtato preſo da principio non conoſciuto per altro, che per huomo di gran portata, e che mentre fuggiua, & èra dal Conte Ippolito Porto ſeguito, lo preſe per la banda, che al collo portaua, e fermollo. la onde il detto Cõte Ippolito Capitan di vna Compagnia di lancie, leuatagli la celata di teſta, e datogli vn cappello, inſegno che fuſſe ſuo priggione, lo conduſſe all'Imperadore.* Et demũ. *E per eſſer ſtata la priggionia di tal perſonaggio coſa di gran momento per l'honore, e per l'vtile, ed eſſendoui molti ad vn tratto concorſi, che aiutarono, e fauorirono quell'attione, nacque di ciò contraſto importante. ſi che ciaſcuno volea eſſer quegli, che ne riportaſſe la gloria. nel che nõ poſſiamo hauer maggior teſtimonio, che l'Imperadore, da cui ne fu fatto giuditio col premio, che ne riconobbe il Conte Ippolito di quattrocento ſcudi di penſione annua, che gli fu aſſegnata nello ſtato di Milano, e di p[o]ter vſar l'arme di Saſſonia inquartate nella ſua, come tuttauia vſano i figliuoli di lui.* Hæc ille. Quid de Aluiſe, quid de Brunoro Porto? ille armis glorioſus, hic, vt ipſiſſimam Iacobi Marzari orationẽ, ac ſcribendi genus vſurpem, *non ſi trouò in min[o]r concetto queſti anni ſteſsi di Eccellentiſſimo, ed iſperimentato Capitano della guerra, ſendouiſi lungamente eſſercitato ſotto la diſciplina del Signor Gio. Paolo Monfrone Fortebrazzo chiariſſimo Capitano ſuocero ſuo, co'l quale trouandoſi l'anno 1528. all'oſſedione, e preſa di paura rimaſe combattendo grauemente ferito. Seruì con honorati gradi della militia nelle guerre di Toſcana per Clemente Settimo Sommo Pontefice, ed in Picardia per Carlo Quinto Imperatore Capitano de leggieri; nelle quali tutte guerre hauendo reſo ſempre teſtimonio della peritia, conſi-*

p. 2. lib. 1. an. 1545. Et Iacobus Marz. li. 2. in hiſt. Vicentiæ fol. 191. mihi.

In hiſt. Vicent. lib. 2. f. 179. mihi

glio,

glio, e valor suo, fu poscia dall'eccelsa Venetiana Republica condotto co'l carico medesimo de leggieri, ed onorato piatto, nel cui seruigio passò gli anni della vecchiezza a miglior vita, lasciati degni di memoria fra' l numero di molti figliuoli. Hæc Iacobus.

§.3. Quoniam vero vnaquæque familia non minus armis, vt in prouerbio est, ac generatim hodierna luce receptum, quam literis insignitur, haud itidem viri sapientia præstantes hic desiderantur. Ioannes Porto, teste Iacobo Marzari, literarũ laude præclarus, ac vrbes moderandi munere & prudens, & insignis. Leonardus itidem Porto, de quo hæc idem ipse Vincentiæ auctor historiæ. *Leonardo Porto Giureconsf. celebratiss. Caualiere di Carlo V. Imperadore, e dalla sua Serenità creato, e decorato insieme d'altre dignità, & honori per le qualità, e virtù sue esimie, delle quali e questi, e li precedenti anni fece in Roma, in Venetia, in Germania, ed altroue chiarissima esperientia. Compose in latino sermone vna dottissima, ed eccellentissima vtil opera in libri due partita delle misure, pesi, e monete antiche, &c.*

Loco supra laud. f. 14.

f.164. lib.2.

§. 4. Atque hæc quidem generatim, vt luculenter elucescat hãc familiam viris singulari virtute præstantibus posse nõ immerito gloriari. Ceterũ certa temporis nota nõ est, quo tempore huius familiæ Proceres in Siciliam appulerint; certum illud Nicolaũ Panormitanum Patritiũ, cuius maiores e Vincentia Vrbe profecti, vsurã lucis Panormi accepisse; qui Baro Grani, & Burraiti, Burraiotto, Racalmari, & Granatelli Dominus fuit. Hic ex Ioanna de Albertis Benedictum, Leonardum, ac Saluatorem sortitus inter ceteros est liberos. Hosce ordine præpostero percurramus.

ex act. tab. Vincent. de P. nicol. xij 1464.

§.4. Et Saluator quidẽ Baroniã Grani a Patre suscepit; cetera .n. feuda ceteris Pater cõtulit; ductaq; vxore Leonorã habuit, quã D. Petrus de Vigintimillijs Baro Gratterij, & Golisani Comes duxit.

§.5. Leonardus vero Burraiti, Burraiotto, Racalmari, & Granatelli dumtaxat hæres totius progrediente tempore Siculæ Classis Præfectus Regijs literis creatus. in eo plane obeundo munere non prudentem minus, quàm strenuum se præbuit Ducem. in adeundis periculis cautus, & catus. turpe .n. esse aiebat in re militari dicere, Non putabam. Scipionis videlicet Africani apophtecma. Dux imitatus est Ducem.

Val. Max. lib.7. c. 2.

§.6. Benedictus demum Regius miles, de cuius dignitate quam magna, quamquè sit ingens, alibi dictum satis. iam mi lector hanc ex occasione cognosti.

constat ex act. Scipiõ. de Messana 1500. 23. Iul. 13. Ind ex pu. mon. Pan. 1533.

§.7. Hic ergo Saluatore II. Vrbis Senatore gloriatus, qui & prudentia, & virtute conspicuus, nec a suis degenerare maioribus est visus.

visus. Saluator Benedictum II. Leonardum, ac Petrum ex vxore suscepit atauis vel similes, vel certè non impares. Leonardus, & 1577. a Rationibus Magister, & 1583. Senator. Petrus vero vrbis Duce D.Gastonio Porto S. Iacobi milite pro thesauri custodia ab eodem constitutus non paucis, nec exiguis affectus est vulneribus. Ex Benedicto Iacobus itidem Senator, quam prouinciam cum sui nominis laude administrauit. Hic Benedictum, qui cũ Clericorum Regularium militiæ nomen dedisset, e vita cum laude decessit; Saluatorem III. Mamilianum, Leonardum II. (ex quo Iacobus Petrus, ac Franciscus miles Hierosolymitanus) & Agathonem, qui dumtaxat hodierna luce superstes est & ingenuus, & virtute cõspicuus, ex Eleonora Paratori ex antiquissima Vrbis Panormitanæ, nobilissimaquè familia sortitus est filios.

§. 8. Hosce breui, & veridica serie describendos iure suscepimus, vt huius familiæ prosapia luculenter existat. Et plane si eos omnes, quos in probanda Francisci Porto nobilitate ante Melitensem Magistratum Agatho protulit in medium, ex qua probatione Miles Hierosolymitanus creatus est Franciscus Agathonis nepos, voluissem percensere numerãdo, vtrinque & in legendo, & in scribendo non vulgaris labor. Ceterum si cetera in hac vna familia nobilitatis argumenta desiderarentur, quæ ne desiderãtur quidem, illud videretur satis, cum vno dumtaxat B. Caetano Clericorum Regularium Religionis fundatore glorietur, is .n. ex familia Porto suam ducit originem. *Nacque*, sic habet Io. Baptista Castaldus eius vitæ scriptor, *il Beato Caetano in Vicenza Città del dominio Veneto circa gli anni del Signore* 1485. *suo padre fù il Conte Gasparo Tiene, e sua madre si chiamò Maria Porto, famiglie ambendue antichissime delle prime in detta Città*. hactenus ille, & nos cum illo hactenus.





§. 1. ANtonius de Requesens (cuius familiam sic eius maiores & nobilitate, & rebus præclarè gestis illustrarunt, vt & scriptores laudibus extulerint, & fama vbique terrarũ disseminata,& sparsa prædicarit) iure optimo de eorũ virtute,deque eorumdẽ nobilitate gloriatur. Hic prosapię originem agnoscit suę Aloysiũ de Requesens, qui, vt auctor est Paulus Diaconus;ac Cæsar Baronius, ex Comitibus Bauariæ, ex quibus Reges,ac Imperatores profecti sũt,trahit genus. *lib.6.c.13. ad an.726. Antonius Beuter cap. 12. & 21.*

§. 2. De Aloysso multi multa,& quidẽ præclara. ego pauciora,& ea certe, quæ Raphael de Ceruera scribendo recenset, quæque ex Barcinonensi tabulario deprompsit, ac fideliter exscripsit. sic habet Hispanice. *Luys de Requesens paso cõ este Infante D. Martin a la Ysla de Sardeña año* 1409.*&c. y este mismo* 1411.*y* 1412. *assistio continuamente e nel parlamento general de Cataluña, que se tubo en la Ciudad de Tortosa para*

inca-

incaminar, y resoluer la declaraçion del Rey, que hauia de suceder en los Reynos de la Corona de Aragon. Despues del Rey D. Martin, y fue nonbrado entre 24. personas, que en nombre del dicho parlamento ordenaron la forma de la dicha declaraçion; y en este parlamento se allaron Bernardo, y Galcaran de Requesens sus hijos. hæc ille. Quoniã vero de Calcerano, a quo Frãciscus de Requesẽs S. Iacobi Baro proficiſcitur, dicẽdũ erit, hoc omiſſo, de Bernardo, qui ad rẽ meã facit, ſermo habeatur eſt omnino neceſſe.

§. 3. Bernardus ergo a tãto Patre nõ degener Patris ſemper inſtitit veſtigijs, qui, vt ait idẽ Raphael de Ceruera, *Se hallo en dicho parlamẽto general año* 1412. *y* 1424. *en vna Iusta que el Rey D. Alfonso mantubo en Barçelona, y año* 1438. *lleuò in vna galera suya a la hija del Conde de Vrgel que lleuauã a casar a Napoles cõ el Conde de Nola.* Anno ergo 1440. plus, minuſue in Siciliam ſe contulit Magiſtri Portulani munere inſignis; in quo planè obeũdo munere ita præclarè ſe habuit, vt Regis animũ permouerit, quò nouo Proregis beneficio 1463. Bernardũ volẽs, ac iubẽs afficeret. Creatus ergo Siciliæ Prorex tantũ toti Regno attulit vtilitatis, quãtũ ex publicis, priuatiſq; monũentis luculẽtiſſimè deducitur.

§. 4. Aloyſium Siciliæ Cancellariũ ſortitus eſt filiũ, qui dũtaxat vnus non familiam vnam, non regnũ vnũ, ſed terrarum orbẽ vniuerſũ poſſet editis facinoribus illuſtrare. quæ de hoc circumferuntur non vulgaria, non leuia, nõ communia. Hic vt ſuo Regi haud ſe præberet infidũ, Cataloniæ principatum, quæ eſt pars Citerioris Hiſpaniæ, ab ijs, qui ab Rege defecerant, oblatum ſumma animi conſtantia reiecit, moleſteque ferentes incolæ ita in Aloyſiũ iracundia exarſerunt, vt ferro, flammiſque volitantes armati repente in eius arces coniecerint faces, & qui ſuapte ſponte Catalonia ſpoliauerat ſeſe, Catalonia duce, ſuis ſe ſpoliatum bonis videret inuitus. Hic, qui penes D. Antoniũ de Requeſens ſunt hodierna luce Lilybæi redditus, & honorũ gradus ſua ſibi virtute, tum in comprimenda ferocientium hoſtium, & a Rege deficientium audacia, tum ſingulari beneuolentia, ac prope diuina in Ioãnem Aragonum, Siciliæ, Nauarræque Regem liberalitate acquiſiuit. Non grauabor hic verba regij diplomatis recenſere. Hæc ſunt. *Ioannes Rex Aragonum, Siciliæ, Nauarræ, &c. Occurrunt nobis varia, & notabilia, ac digna opportuno quidem tempore in vtriusque fortunæ pacis, ac bellorũ casibus regiæ maiestati præstita & omni animi virtute, & constantia impensa per vos magnificũm, & nobilem consiliariũ Regum Aloysiũ de Requesens militem præsertim in hoc bellorum discrimine strenue, ac viriliter contra rebelles, ac inimicos ipsius maiestatis, qui nequiter ab eius obedientia deuiauerant, ac per tyrannidem Principatum Cataloniæ, ac Ciuitatem Barcinonia occupatunt, & a Domini obedientia, & fidelitate suæ maiestatis remouere operã dederunt diminuendo, ac seruitio regiæ maiestatis tamquã vestri Regis, ac Domini*

Ex priu. dato in Villa perpiniani 23. Iulij 1473 in reg. tab. 27. Nou. 7. In. 1473. fol. 122.

mini insudando non sine manifesto vestræ personæ periculo, ac sumptibus; ex quarum rerum omnium causa quodammodo vestrum patrimoniũ exhaustum dici potest. Considerantes sane omnia dicti Magnifici singularia, vtiliaquè seruitia omni memoratu digna dicto Domino Regi præstita, & quæ Genitor vester præstitit, nec non ad ea quæ vos de bono in melius altissimo Duce præstare in futurum potestis, concedimus. Et post paulo. *subuenistis dictæ Maiestati in suis arduis, & vrgentissimis bellorum necessitatibus mutuando eidẽ Maiestati florenos auri tres mille septingentos quinquaginta & nullam vsque nũc solutionem, & satisfactionem, aut effectum consecuti extitistis. nec non considerantes magnam pecuniarum quantitatem videl. libras nouẽ mille, & quingentos monetæ principatus Cataloniæ, quas vos dictus magnificus prompto, ac liberali animo dictæ Maiestati tradidistis, &c.* Et demum sic egregie. *Quoniam ipsa vestra nobilis Aloysii de Requesens seruitia talia sunt, vt non solum remuneratione prædictorum, verum etiã multo maiorẽ, & ampliorem dignissimè postulare videantur, concedimus secretiã Ciuitatis Marsaliæ, portum, & Carricatorium, &c.* Quid hoc dicendi genere vel grauius, vel dignius, vel certè præclarius ad Requesensis prosapiæ dignitatem vel illustrandam, vel amplificandam? Hic demum ab Regina Ioanna factus est Mazariæ gubernator. Diploma consule. nihil eo præclarius. *Ex lit. dat. mess. 13. Sep. 1495.*

§. 5. Quid Ioannes, ac Bernardus tanti genitoris filius? De illo nihil, qui cum forte decimũ octauũ agitaret annũ morte correptus rerũ dũtaxat præclarè gerendarũ grauidus excessit è vita. Bernardus vero ita in vnaquaquè re virtutem animi, ac fortitudinem ostentauit suã, vt vrbis panormitanæ Prætor extiterit, & Carolus V. fortunatissimus Imperator cum ab Drepanitana inuictiss. vrbe recederet, nulli alij totã naualẽ classem Drepani commorantẽ, quã huiuscemodi viro tradendã putarit. Multus essem, si plane vellẽ hic Bernardi præclara facinora percensere dumtaxat enumerando. loquuntur historiæ. historias consule. Hoc vnum monitum te volo Bernardum Siciliæ Cancellarium Messanæ obijsse Stratigoti munere fungentem. Virtutem tanti viri Messana defleuit. Ex Bernardo Ioseph Bussemi Comes est ortus, qui vniuersæ fuit Siciliæ ex occasione Vicarius. Castelli mari iam imminentis præfectus, ac regni itidẽ magnus Cancellarius; qui ab Carolo V. Imperatore obtinuit vel adolescens, vt aut ipse, aut eius tutor posset eo munere perfungi. Caroli V. Imperatoris literas proferamus. Inter cetera hæc. *Ex lit. dat. Drep. 31. Aug. 1535* *Ex priu. dat. Barcin. 22. Apr. an. 1538.*

Carolus, &c. cõplectẽtes animo singularia, diuturnaq; seruitia, & gratissima obsequia nobis & regio nostro sceptro diuersimode in vtriusq; fortunæ successibus præstita & impensa per quondã spec. consiliariũ nostrũ Bernardũ de Requesens progenitorẽ tui nobilis, & dilecti nostri Ioseph de Requesens Baronis Pantellariæ; quippe qui in prædicto Siciliæ vlterioris regno plurimum inseruire non destitit. quæque postrema egerit, non in postremis ponẽda existimamus, quo

sit.

scil. affectu & animi cōstantia tēpore, quo verebatur ne Turcarū potentissima classis prædictum inuaderet regnum in nobile Ciu. nostrā Messanam, vbi maximū imminebat periculū Stratigotus illius, & Capitaneus armorum per nos constitutus pro amore & seruitio nostro cū vxore, & c. sponte se cōtulit, & post. *Attēto maxime quod ab antiquo prædecessores tui & de domo, & familia tua de Requesens officium Cancellarij nostri in d. regno Siciliæ exercuerunt semper nimia fidelitate; cum de tua bona indole, licet in puerili sis constitutus ætate, nil minus expectandum censeamus, officium ipsum Cancellarij obitu eius patris tui in præsentiarum vacans in aliquam prædictorum seruitiorū remunerationē tibi duximus concedendū.* & post. *ipsumq; officiū eo vsq; per tuos substitutos idoneos, & sufficientes per tutores, & curatores tuos eligendos, & nominandos. Quæ quidem merita cū non sint obliuioni tradenda sed potius condignis muneribus, atq; gratijs compensanda, vt ex tot, tantisq; seruitijs, et obsequijs dicti genitoris tui specialis gratiæ fructum sentire valeas.* hæc Imperator.

§. 6. Ioseph ergo inter ceteros, quos suscepit, ex Anna de Requesens liberos Antonio hodierno die in Principū luce versāte gloriosus; qui plane Antonius vt familiæ dignitatem, & nominis gloriam amplificaret, Bussemis Comitatui Cosyræ principatum voluntate Hispani Regis adiecit. Ter vrbis panormitanæ Præturam exercuit. Prima quidem tanti muneris electio dicenda virtutis experimentum, Secūda boni regiminis approbatio, Tertia apud Regem iusta Panormitanæ vrbis expostulatio. Plures sortitus est liberos, Quorum alter Saluator Bussemi Comes; Alter Didacus Messanæ Archimandrita. Tertius Bernardus S. Iacobi miles. Silentij amator. prudens. Quartus Ioannes miles Hierosolymitanus, qui in triremium cū turcicis Melitensium conflictu ante vrbis Syracusanæ conspectum, dum fortiter pro Hierosolymitanæ Religionis vel retinenda, vel amplificāda dignitate pugnaret, multa sanguinis effusione gloriosus vitam cum morte commutauit. Quinta Anna Ferulę Marchionissa; Sexta demū Ioanna Posanitę Baronissa. Ceterū Saluator horum omnium maior natu filius Patris hæres Antonio II. perfruitur, ex quo & multum dignitatis, & gloriæ in familiæ permouenda gloria ab vnoquoque speratur.

Ex mon. 1611. 1621. vrbis pan. 1627.

Hæc de D. Antonio de Requesēs Bussemi Comite, ac Cosyræ Principe habui, quæ scriberem, omnia ex vno Aloysio de Requesens recta, quod aiunt, linea diligenter deducta. Nolui hoc ego loco ceteros huiusce familiæ Dynastas scribendo complecti, vel Militiæ Præfectos, vel Expugnatores vrbium, vel Regnorum moderatores, vel Classium naualium Duces, vel exercituum victores. Hosce enumerare animus non est; vt vnius dumtaxat Aloysij diuitijs vnus ditetur, ac perfruatur Antonius.

D. FRANCISCVS DE REQVESENS.



§. 1. DE Requesensi familiæ nobilitate ita lōgè, lateq; fama percrebescit, vt nemo sit, quin aperta eā oratione fateatur. Tanti generis splendor multiplices tantæ laudis bucinatores iure sibi vendicat suo. Et quemquā de hac familia nec pauca, nec exigua mihi dici iure possint, cū ab huiusce familiæ Proceribus res præclarè gestæ ita sint magnæ, vt scribēdo cōplecti vix possint, quot tñ in bellis Duces, quot Vexilliferos, quot Pręfectos sortita sēper est, tot sēper egregiorū facinorum progenitores sortita, quos plane si vellē percensere dūtaxat enumerando, longa satis mihi pertexenda videretur historia. Hæc luce clariora. ad eum nostra reuertatur oratio, qui ordine gradatim progrediente, primum familiæ de Requesens attingit auctorem.

§. 2. Calceranum ergo de Requesens D. Franciscus de Requesens suæ originis agnoscit caput, qui Cataloniæ, ex qua suū repetit genus,

com-

communis moderator, ac Dux fuit; de cuius planè editis facinoribus cũ satis vniuersa proloquatur Italia, mea conticescit oratio. multiplices sortitus hic liberos sicut auita nobilitate, ita ingenita, masculaq; virtute præclaros. Aloysiũ I. ex quo Stephania de Requesẽs profecta, quæ & cũ Marchione primum de Osueles, deinde cũ Comite Beneuẽti nuptias celebrauit. Calceranũ alterũ in Catalonia Palemos, Neapoli Triuenti, & Auellini Comitẽ, ac Ciuitatis Rubbo Dominum. Tertium denique, vt de ceteris silieam, Berlingherium Ioannem. omnes Patri similes, omnes virtute conspicui, insignes omnes.

§, 3. Ex Berlingherio itaque Regis Aragoniæ Architiclino filius nõ degener D. Aloysius de Requesens nostri Francisci Auus, qui huiusce familiæ Primus in Siciliam appulit Siculatũ triremiũ Præfectus. Quænã ediderit facinora non est cur mea oratione celebrentur; hæc .n. neminẽ latẽt. possem hic plures laudare auctores, sed vnus pro omnibus Surita proferatur, qui cũ lib. 10. cap. 97. tom. vlt. suorũ annal. de Aloysio de Requesens loqueretur, hac inscriptione proposita *De la vitoria, que huuo D. Luys de Requesens junto a la Pantelarea, del Arrayz Soliman &c.* sic exorditur. *Antes deste hallandose D. Luys de Requesens Capitã General de la armata del Rey en la Pantelarea, para yr con toda ella la buelta de Berueria, siendo casi el fin del mes de Iulio, sobreuino vn rezio temporal: y por el salieron de alli vna nao, y vn galeon, que lleuaua: y el se quedò cõ nueue galeras en a quella Isla. Forcejo la nao con el tiempo, y boluiendo para el puerto, de donde auia salido, descubrio treze fustas de Turcos, cuyo Capitan era Arrayz Soliman, que auia tomado vna galera del Papa Iulio: y pocos dias antes hizo mucho daño en las costas del Reyno de Sicilia en las mares de Trapana, y Marsala. Estas fustas salieron a combatir la nao: y sintiendo las galeras la artillaria, pusieronse en alta mar: y reconocieron las fustas: y hizieron vela: y los Turcos se pusieron en huyda, luego que descubrieron nuestras galeras. Fueron en su seguimiento a muy gran furia: y viendose los Turcos muy accossados, y que les yuan al alcance, afrenillaron sus remos, y amaynaron las velas, y recongieronlas, y yçaron sus antenas, y començaron a bogar todo lo que pudieron, por salir a sobreuiento. Quando vieron que las galeras les yuan ganando mucha ventaja, y se les acercauan, pararon: pareciendoles que la naue, y el galeon quedauan muy atras: que no podian juntarse con las galeras, por ser el viento contrario: y entonçes los nuestros fueron à remo hazia las fustas: y comẽçò à jugar la artillaria de ambas partes. la pelea se començò a trauar entre ellos valerosissimamente: y de suerte, que huuo muchos heridos de las dos partes: porque los Turcos tuuieron el viento mas fauorable, y hazian mucho daño con las flechas. Durò la batalla mas de dos horas: y a la postre fueron los Turcos vencidos: y de las treze fustas se escaparon las quatro, y tres fueron a fondo, y las seys quedaron en poder de los nuestros: en las quales*

auia hasta quinientos Turchos, y quatrozientos Moros, y murieron los mas dellos. El Capitan murio de vn tiro de artilleria, que era muy famoso Cosario, y muy temido por todas las mares de Leuante. Con esta presa boluio D. Luys muy vitorioso al puerto de Trapana, y embiò a Roma las vãderas de la Yglesia, que se cobraron en esta jornada, y presentolas al Papa Leon en nombre del Rey, Ramiro Nuñez de Guzman, que residia allì por Embaxador: hæc Surita. Huc accedit & illud, quod ad Aloysij gloriã maximè facit amplificandã, is .n. cum annis effætus, ac Siculã classem regere pæne nõ posset, a Prorege accepit, vt eã filij traderet potestati, ac se se in otiũ referret, sapienter respondit: suũ non esse Regiã clasſẽ filio concedere, filij virtutis esse, ac magnanimitatis sibi comparare.

§.4. Hic ergo ex Altabella Tagliauia, & Aragona Castriueterani Comitis filia vxore Berlingheriũ suscepit, qui cũ tãti patris in eodẽ obeundo munere vestigijs institisset, ita quidem preclarè se gessit, vt admirabundi oẽs in vnũ Berlingheriũ oculos, animosq; conuerterint. elucebat in eo regia quædam magnanimitas, ac singularis virtus. In aggrediendis rebus prudens, in obeundis nauus, in perficiendis celer; quod planè præcipuum prudentiæ genus est, ac præcipua prudentis nota.

§.5. Anno 1557. ex Regis auctoritate Berlingherij virtute suo põdere perpendentis arci, quæ imminet portui, præfuit. M. vero D. LX. cũ Christiana clasſis ad Gerbarũ Insulã deuastandam, perdendamque, Medinæ Duce Ductore, cõtendisset, omniaq; fortunæ refragantis impetu perculsa, prostrataq; cum vidisset, regale vexillũ posthabere nõ ratus, maluitq; profecto Regis dignitatẽ sibi, vitæq; præponere, quam turpi fuga saluti consulere. Vita, quæ cum turpitudinis nota seruatur abijcienda potius est, quam retinenda. Tanti exempli igne succensus Ioannes de Cardona eius gener, ne degener esset, Regẽ proprijs commodis, atque vtilitatibus anteponendum putauit, ne Regiæ dignitatis gloria vel ne tantillũ quidẽ imminuta videretur. Ab Turcharũ manu captus vterque primũ Bizantium deducitur. Deinde vero vna cũ Sancio de Leua Neapolitanæ clasſis Præfecto, & Aluaro de Iande in maris nigri castellum transmittitur. proprijs redempti omnes sumptibus; redemit Berlingherius se horũ aureorum millium pretio 12000. Qui profecto omnes sicut vnanimi consensione captiui, ita pari conspiratione ab Barbarorũ seruitute exempti cũ in patriã reuerterentur, Berlingherius summũ sui ipsius desiderium omnibus reliquit. In Græca .n. vrbe nescio qua diẽ obijt suum, quẽ terræ mãdantes Cataloniæ decus, Ducũ ornamentũ, nobilitatis, ac fortitudinis florẽ, roburq; summo cum mærore fleuerũt. Is ex Melchiona Vigintimil. Domini Bussemi filia filium habuit Franciscum de Requesens, qui quintum agitans annũ ex viuis excedentẽ fleuit patrẽ, ac eos honoris gradus, cum per

æta-

ætatem non liceret, ad quos aſcenderat parens, non attigit; tandem ad decimum ſextum ætatis annum cum perueniret Ioannis de Cardona totius Siculæ claſsis Præfecti eius conſanguinei voluntate, vni ex præcipuis triremibus præficitur. Hic eo ipſo die, quo die D.D. Ioãnes ab Auſtria contra barbarã Turcharũ manum de toto aſſe certaret, ſic honorificè, præclarèq; ſe geſſit, vt ab Hiſp. Rege Opt. ſemper, ac Max. editorũ facinorũ conſcio, plurimis, grauiſsimiſq; honoribus in nauali militia fuerit affectus. ſæpe.n. Siciliẽſis, ſæpe Neapolitanæ claſſis prouinciã adminiſtrauit. Demũ Petro iam de Aragona, D. Caroli Terræ nouæ Ducis filio mortẽ obeunte Sicularum triremium Præfectus eligitur. creatur; ac repẽtina morte correptus tãta dignitate diutius perfrui non potuit. Humanæ dignitatis flos, reflante fortuna, vel languet, vel corruit, vel perit. rectè illud. *Homo bulla.* vt ſcilicet nihil ſit humana vita vel fugacius, vel inanius. Omittamus cetera. ad Franciſcum noſtrum deueniamus.

§.6. D. Franciſcus ergo de Requeſens cũ Petrũ de Peralta S. Iacobi de Comicis Baroniſsã duxiſſet vxorẽ, Franciſcũ, quo certe hodierna luce vrbs Panormitana gloriatur, ex ea ſuſcepit; qui planè maiorũ ſuorũ res pręclarè geſtas cũ ſecum animo cogitaſſet, tanto permotus, ac excitatus exemplo 1608. Marchione S. Crucis Duce totius Neapolitanæ claſſis Præfecto ad Aracis Ciuitatẽ profligandã, diſſipandamq; nullo ſtipendio affectus cõtendit. Eius animi virtus in eo prælio ſic eluxit, vt inter ceteros electus ad æneũ inſtrumentũ tormẽtario igne fætum caſtello mari incubanti admoueret. D. Emanueli del Carriglio Hiſpano viro terra, mariq; glorioſiſs. qui prælio interfuit, habenda eſt fides, cum rem hanc & publico reſcripto, & luculenta oratione fateatur. Confecto iam prælio in Regnum Nauarræ ſe contulit, cui eius Patruus vir clariſſimus D. Ioannes de Cardona præerat Prorex, eoq; nulla alia ratione conceſsit, niſi vt Hiſp. ac Sicil. Regi faceret ſatis, proq; Rege in bello, quod a Gallis ea tempeſtate parabatur, labores exantlaret, ſudores ſpargeret, atque omnes induſtriæ ſuæ neruos cõtenderet, oſtenderetq; ſeſe a maioribus ſuis ne tantillum quidẽ degenerare, qui omnes pro retinenda, vel amplificãda Hiſpani Regis gloria ſumma cũ animorũ voluntate deſudarunt. Hæc de Requeſenſi familia ſuis mihi cõprobata reſcriptis. plures omiſi, quorũ aliquos Siculæ claſſis Præfectos, expugnatores Africæ, Caſtellæ Commendatores, Hiſpaniæ Magnates, Romæ Oratores, Vtriuſquè Siciliæ Proreges, Gubernatores Mediolani, ac Flandriæ ſuſpexit Italia. Familia reapſe Illuſtrium virorum fæta, Hæroum parens.

SALAMONIA FAMILIA.



§. 1. SALAMONIAE familiæ descripturus originem, video, planeq; perspicio mihi potius de ea relinquenda non pauca, quam literarum commendanda monumentis. De ea .n. quæ haberi posset enucleata cognitio, ex antiquioribus publicis tabulis deduci difficulter potest, cum vel nonnullorum in curia, vel temporum iniuria sint eæ omnes ferè deperditæ. Et quidem si vno asseruatæ loco eæ diligenter permansissent, enim vero & cuiusuis antiquæ familiæ nobilitatis mirus fulgor eluceret, & huiuscemodi familias indagantibus liber ad scribendum campus aperiretur. Quorsum hæc. vt videlicet ab vnoquoquè noscatur Salamoniæ Familiæ ori-

originem rudi mihi Mineruа describendam: cum antiquitate circumsepta testes antiquitatis haud multos habeat characteres. Eam fama sustollit excepta consensione multorum, qui alienæ laudis haud inuidi lucem ferunt, cuius vel temporum calamitas, vel nonnullorum fortasse negligentia tantæ familiæ felicitati prorsus inuidit. Ex quanam ergo mundi parte suam hæc familia traxerit originem haud satis scio. id dumtaxat vnum, quod ex publicis liquet monumentis, hanc in diuersis Siciliæ Ciuitatibus qua in Agrigentina, qua Hymerensi, qua Panormitana Vrbe consedisse. Omitto oppidum Polizij, in quo licet id temporis fuerit immorata, immorata tamen est, vt eam regeret, cum, si famæ, ac multorum dictioni verum afferenti fides habeatur, id eius fuerit aliquando dictioni, potestatiquè subiectum. Eius nobilitatis vestigia non ędes modo Agrigentina maxima & seruat, & contemplanda vnicuiquè proponit, sed Hymera etiam in maximi domicilij columnis præfert affixa familiæ insignia; vt ex vrbium antiquitate familiæ sic constet antiquitas, vt nullus vnquam nemini relinquatur dubitandi locus.

§.ij Age vero ad eam scriptione illustrandam propius accedamus. Donatus de Salomone vir præstans ingenij, virtutis, ac sapientiæ Regi Martino periucundus Baro Grani, *super*, vt cum publicis characteribus loquar, *portum Thermarum*. de quo plane Rex honorifice plura, plura conscribit egregiè, ne tanti viri virtus vlla vnquam in-
An. 1407. in Reg. tab. f. 261. termissa recordatione moriatur. Regias Regis literas consule. Donato successere & cæteri, qui in Hymeræ vrbis luce versati. Roge-
Ex Reg. Tabul. an. 1452. fol 286. rius Oppidi Militelli Dominus, qui (floruit .n. anno post Christum natum 1430.) cum Antonio Russo, & Spatafota Sclafani Comite ex pacto conuenisset, Grani, quod aiunt, Baronia totius Siciliæ frumenti exportationem complectente donatus, quam in posteros omnes hæreditario quodam iure transfudit.

In Reg. tab. 1267. f. 62 §.iij. Iacobus fluminis falsi Baroniæ nota insignis, cuius in agendis rebus prudentia, in moderandis sapientia, in aggrediẽdis fortitudo, in perficiendis strenuitas quasi quoddam lumen eluxit. Nihil illi sese obtulit, quod summa quadam magnanimitate non superarit, nihil difficile, quod non vicerit, nihil non optimum, quod summa voluntate non perfecerit. Hæc habui de his generatim, quæ scriberem. satis scio plerosque alios superioribus sæculis floruisse, sed eorum ad me nomina non hactenus peruenerunt.

Ex Reg. Tabul. an. 1457. fol. 286. §.iv. Omissis ergo hisce, alijsq; huius familiæ Proceribus, ad Antoninum, ac Rogerium, de quo supra, fratres (fratres .n. hosce extitisse ex Prothon. off. 1437. apertè deducitur) Grani primũ Baronẽ

bre-

breuiter deueniendum, qui, vt ex publicis constat monumentis, & morum facilitate, & fortunæ felicitate iucundus omnibus, iucundior Regibus Aloysium ex vxore suscepit. In diplomate .n. Alfonsi Regis hæc prima fronte leguntur.

Vicerex, &c. Præsentis Priuilegij serie notum fieri volumus vniuersis tam præsentibus, quam futuris, quod in nostra præsentia constitutus nobilis Aloysius de Salomone filius, & hæres legitimus, & naturalis quondam nobilis Rogerij de Salomone, &c.

Hic a Patre non degener, qui sicut opum, ita, & morum, ac virtutis hæres, ex quo pedetentim & cæteri Grani Barones procreati, inter quos Panormi maximè floruit Rogerius ille vrbis Panormitanæ Senator, qui Franciscum, Portiam, ac Virginiam ex Laurea de campo suscepit. Franciscus maior natu Baroniæ hæres tribus liberis Rogerio scilicet, Antonino, ac Stephano; qui sunt hodierna luce superstites, gloriatus. *Ex act. vrb Panor. an. 1591.*

§. v. Antoninus itaq; Rogerij frater Riccardo, Paulo, ac Rogerio II. filijs gloriosus. Riccardus, & sua, & Francisci filij gloria insignis; qui in eo prælio ante Barlettæ vrbis conspectum pro Hispan. ac Sicil. Rege commisso viam sibi immortalem muniuit ad gloriam; quæ quidem victoria tanta est, tanta virtus, vt nulla Salamoniæ familiæ, ac vrbis Panormitanæ in suo ciue triumphantis trophæis, & monumentis finem allatura sit ætas. *In off Proth. an. 1484 fol. 223. Guic. lib. 5. f. 153. mihi*

§. vj. Paulus vero, & suis maioribus, & tanto fratri non dissimilis in Alisiensi vrbe sedem posuit, in qua peculiarem quamdam, honoramque Prouinciam sibi administrandam in Siciliæ Regno suscepit, vt videlicet castellis omnibus ad arcendos hostes in Sicilia ex interuallo dispositis, & constitutis & præsideret, & prouideret; ne ingruente belli tempestate Sicilia vel ab hoste diriperetur, vel ferro, flammisq; vastata bonorum incolarum iactura miserabunda defleret. singulare munus id temporis, quod viris dumtaxat Siciliæ primarijs à Prorege conferebatur. Quoniã vero idem ipse Paulus an. 1480. ad arcẽ quamdã instaurandã studium, operamq; nauare maioris momẽti negotijs præpeditus haud posset, Baroni Buteræ a Prorege imposita prouincia est, vt summã rei Pauli loco susciperet. Ecce tibi literæ. *Ex Reg. Tabul. an. 1480. f. 49*

Vicerex, &c. Magnifice vir Consiliarie dilecte. Infra l'altri ordini dati in quissa Terra, fu che si dassi celeri speditioni allu riparu dillu forti di quissa ditta Terra a mandati di lu Magnificu Paulu Salamuni sustitutu dallu Spett. Regiu Prouisuri dilli Castelli, ma per causa d'hauirsi da Nui impacciatu in altri facendi, inde certiorati di non s'hauiri datu tali principiu, essendo zà importanti per li suspetti d'inuasioni. committimu

anco-

ancora a vui, chi deggiati affrettari lu dittu reparu, & in quistu vsiriti vostra bona diligentia comu di vui ben confidamu. Dat. in Ciuit. Syracusarum aie 14. Decemb. xiij. Ind. 1480. Gaspar Despes. Dirigitur Magnifico Baroni Terræ Buteræ.

In off. Protho not. an. 1480.

Crediderim (nec certe me mea fallit opinio) id causæ fuisse, cur Paulus, vel ad extruendas, vel ad instaurandas arces animum non appulerit. cum enim Turcharum exercitus Christiani nominis hostis Otrantam vrbem ferè perdidisset, adepta victoria, quæ suapte natura insolens, & superba est, cum ferociores spiritus animo concepisset, in Siciliam inusitata rabie petulanter conabatur inuadere. Quare vt Prorex hostium impetus retardaret, ac infringeret audaciam. decreuit, vt Paulus de Salomone singularis prudentiæ vir ad Corilionis, ac Suteræ Oppidum se conferret, pararetquè omnino quæ ad bellum necessaria viderentur. Proregis characteres sic loquuntur. attendito.

Ferdinandus, &c. Vicerex. Magnifico Paulo Salamone Regio fideli dilecto. Como notorio è, e vui siti informato l'impio Turco inimico dilla nostra Christiana religioni capitando cu so essercitu maritimo in Puglia in la Citati d'Otrantu quella debellau, vsandu multi crudelitati, contru lu quali l'Illustrijs. Re Fernandu Re di Napuli ha preparatu essercitu di homini di cauallu, e di pedi, vndi ha mandatu l'Illustri Duca di Calabria so figliu, e per mari ha prouistu di naui, e galeri tenendo assedio li Turchi inclusi in la ditta Citati, cu lu quali essercitu maritimu hauimu trasmisu da quistu Regnu naui, e fusti armati, in modo che Deo duce speramo reportarindi la vittoria. E pirchi porria succediri lu ditto Turca preparassi maiuri essercitu, per inuadiri quistu Regnu, e non essendo fatta debita prouisioni di munitioni d'armi, e di riparu di mura forti, porria alcuna Citati, ò Terra incurriri in alcunu periculu, e propterea è statu deliberatu tuttu quistu Regnu duuirsi muniri di curazzi, celati, bombardi, & altri armi, & istrumenti bellici per putiri occurriri vndi bisugnirà. Per tantu confidanduni di vostra prudentia vi dicimu, e cumandamu che vi conferiti personaliter in le Terre di Coniglioni, e Sutera, & in quilli fareti congrigari consigliu, e trattiriti di potiri concludiri, che si deggia ogn'vnu mettiri in ordini d'armi secundu loro facultati per loro difensioni, & vtili, e quillu, che sarà deliberatu per consigliu mittiriti in effettu, & essecutioni, e damuui in & circa præmissa plena, e bastanti potestati, ac voces, & vices
„ *nostras, e si fussi deliberatu duuirsi imponiri alcuna gabella pro executione præmissorum ex nunc, pro tunc ratificamu, e confirmamu tuttu quillu, e quantu pir vui sarà fattu. cumandandu per has easdem a tutti, e singuli Officiali, e persone delli Terri preditti vi deggiano in præmissis exe-*

quen-

quendis nostri, ad obedire sub pæna di mille floreni d'applicarsi al Regio Fisco. Dat. Calatagir. xxviij. Non. 14. Ind. 1480. Gaspar Despes.

Ex Paulo Antonius secundus est ortus belli gloria conspicuus, cuius virtus cum explorata, perspectaq; iam esset, obtinuit, vt in legione Præfecti munus obiret. Et quamuis hisce, alijsq; non vulgaribus esset muneribus vbiq; perfunctus, Alisiensis tamen Vrbis Prouinciam suscepit, quæ planè prouincia ita quidem magna, ita præclara olim fuit habita, vt in colloquio anni 1534. quod generatim haberi subinde solet, Prorex Hector Pignatelli decreuerit eam non nisi viris primarijs, at nobilitate florentibus conferendam. *In off. Protbonot. an. 1543.* *In off. Prothon. anni 1544.*

Ex Antonio Pompeius, vt ex Genealogia è sacro Quæsitorum tabulario deprompta, ac fideliter exscripta constat satis, qui non litterarum tantum nota, sed virtutis etiam gloria insignis fuit. Varijs insignitus titulis in Equitum luce versatus. varia itidem possedit & oppida. Ex vxore ergo Laura del Puzzo claro loco nata quattuor suscepit liberos. Antonium, Ioannã Mariam, Franciscum, ac Didacum Patri non dissimiles, virtute non secundos. Ordine præpostero progrediamur. Didacus inijt cum Francisca Alotto, & Migliazzo matrimonium. Franciscus, dum adhuc florente ætate versaretur, morte correptus excessit è viuis, ac summum sui ipsius omnibus desiderium reliquit. Ioanna Maria cum primum nuptias cum Hieronymo Assali Panormitano patritio celebrasset, ex eaq; Hieronymum Assali, ac Salamone nobiscum vna degentem suscepisset morbo affectus breui diem obijt suum. Ea verò ad secundas Francisci de Ariz viri nobilissimi nuptias cõuolauit. Plura hic semper obijt munera tum ad gloriã Hispanici Regis amplificandã, tum ad sui ipsius, familiæque dignitatem promouendam, ijsq; sic planè perfunctus, vt & orbis terrarum in tanto viro virtutem in aggrediendis, animum in perficiendis, consilium in disponendis rebus & inspexerit, & suspexerit. Qui de Francisco de Ariz plura desiderat, legat F. Aloysium de Ariz, in quo plura quidem digna, quæ laudentur, non pauca, quæ suspiciantur. hæc inter cetera. *In lib. qui inscrib. De las noblezas de Auila.*

El dicho Ioan de Ariz casò segunda vez en Najara con Donna Maria de Larez, hija de Rodrigo de Larez, de la antigua, y noble casa de Arambaruque en Vizcaya. de cuyo linage ha auido grandes Cancellarios. Deste matrimonio auunque tuuo mucchos hijos, solos quedaron el mayor, el menor: el menor, que oy viue, es D. Frãcesco de Ariz, que desde su mocedad se crio in casa del Virrey de Cataluña, Duque de Maqueda, de quien hizo mucha cõfianza, como consta de los papeles, que tiene de vn priuilegio de Escriuano mayor de la Cancelaria General, del Principado de Cataluña, &c.

eum

eum, si placet, consule. totus ab eo Franciscus describitur. Sed hæc obiter. ad rem.

Antoninus ergo Pompei maior natu, & à maioribus non degener, & Patriæ virtutis hæres haud ignobilis octo liberos ex Eleonora lo Præsti claris orta parentibus vxore suscepit. Pompeium, omissis ceteris, Carolum, & Franciscum militem Hierosolymitanum. Salamoniæ familiæ femina gloriosa, cum in hisce auitæ familiæ decus, ac ornamentum sic efflorebit, vt licet Salamonia propago in nobilium familiarum luce versetur, inposterum tamen eius splendor auctus in dies familiæ lucem feret. Hæc breuiter de hac familia mihi exaranda operæ pretium duxi, ne consequentibus annis huiusce familiæ dignitas, vel memoria siue imminuatur, siue obliuione obruatur.



D.

D. IAIMVS SALA.



S. EX Barcinona Vrbe ſicut ſuum repetit genus, ita Auctorem Michaelem Salam Auum ex nobiliſsima Hiſpanorum ſtirpe Iaimus Sala cognoſcit. Plurimos ex vxore liberos ille ſuſcepit optimæ omnes indolis. Inter ceteros Garzias Sala præfulſit; qui ab Rege Emmanuele 1519. eligitur in India Orientali Malacæ Præfectus. literis ad eum perſcriptis Regijs nihil præclarius, in quibus illud inter cetera ſe videlicet eo munere donaſſe, nõ vt de eius virtute periculum faceret, cũ de ea ſibi in varijs, diuerſisq; muneribus ſatis aperte conſtaret, ſed vt ex viri dignitate non mediocrem ſibi gloriam, dignitatemq; Malaca compararet. Et rectè quidem; tunc .n. ab Rege Regna peculiaribus afficiuntur beneficijs, cũ ſpectatæ, probatæq; virtutis præficiunt moderatores. Cõtra Regulũ Pacenũ Gar-

Io. Petrus Maffei lib. 7. Hiſt. Indicar.

Ex literis dat. 1519.

lib. 7. Hist. Indic. f. 114. Garzias pugnauit. vicit. Et quidem, ait Maffæus è Societate Iesu, *eius tam præclari facinoris fama cũ ceteris circa populis, tũ præcipuè Regulo ipsi Paceno magnũ terrorẽ incussit. Missis extemplo ad Patiecũ, mox ad GARZIAM SALAM legatis demissè petijt pacem; eaquè conditione impetrauit, vt cũcta per scelus, ac fraudẽ ablata Lusitanis cũ fide redderet.*

Rex & Garziæ virtutẽ æqua lance perpendens, & victoriam ab Garzia comparatã, pleraq; alia eiusdẽ promerita totius Oriẽtis Prætorẽ 1548. iussit. *Castrio*, inquit ille idẽ, *vita functo (annus tum agebatur sæculi huius octauus, & quadragesimus) successiones, quas vocant, de more consultæ. Prima Ioannem Mascareniam, cuius modo meminimus, nominabat. Is, quod in Lusitaniã paulo ante redierat, solutus alter codicillus Prætorẽ declarauit Garziã Salam, grandi iam ætate virũ, multisq; in eadẽ Prouincia honoribus domi pariter, ac militiæ clarũ. Huic ritu solemni tradita extemplo gubernacula. Atque eo lætius fuit eius initium Magistratus, quod per eos ipsos menses e Dominicana quoque familia Prædicatores in Indiam peruenere.* (lib. 13. hist. Ind. f. 231. ad calcem.)

Et addecebat profecto eo auspicato exordio tantos Euangelicæ doctrinæ Concionatores in Indiam appellere, vt videlicet tam pio, tamque illustri viro non tam Regia Maiestas suis literis, quàm Dei Opt. Max. potentia beneficijs obsecundaret suis.

Ex hoc itaque natus est Iaimus, & Pantaleon Lusitanorum Dux in India. *Auxit*, sic habet Maffæus, *eam occupationẽ publicè per eos dies accepta clades. Munitũ, et opportunũ castellum erat in Persidis continẽte, Monaianũ, Armuzianæ ditionis, id hosti repẽte proditũ est. Et vehemẽtius tũ Regis, tũ populariũ animos inopinata res perculit. Missus extẽplo recuperãdi causa Mahometanus Præfectus cũ quinq; millibus Persicæ iuuẽtutis. additi ex fœdere Lusitani circiter quadringẽti. Pantaleon Sala præerat.* (Maff. lib. 14. hist. Indic. f. 242.)

Ex Iaimo Michael pater Diesis, & Sparaciæ Baro, qui cũ in Siciliam appulisset nobilitate nobilis Eleonoram Graffeo Baronis Partannæ neptem duxit vxorem. ex ea suscepit D. Iosephum, D. Vincentium, qui iam excessit è viuis, ac D. Iaimum. Postremi duo & Vallis Nemorum, ac Mazariæ Præceptores, vt vocant. Ille bis in Agrigentina Ciuitate anno videlicet 1607. & 1608. armorũ Ducis Prouinciam administrauit id temporis, cum Siciliæ Regnum Villenæ Marchio moderabatur. singularis plane vir prudentiæ, & comitatis. omnibus amabilis. eruditionis haud expers. cum diem obijt suum, non mediocre nobis sui ipsius desiderium reliquit. Plura habuisses, & grauiora, & digniora, quæ cum in traditione consistant, nolui in hunc locum reuocare. scripsi, quę certa. dubia reliqui. Veritatem sequor. (ex lit. Pan. dat. 1607. & 1608.)

D.

S.

D. ALOYSIVS SYLVERIA.



§. I. SYlueriam familiam sic ſuis abſolutam, perfectamquè numeris ſuſpicimus, vt eã iure in Panormitanæ Vrbis theatro, qui profitetur hiſtorias, admiretur. Et licet hæc è Luſitaniæ regno ſuam ducat originem, inter nobiliſſimas tamen Luſitaniæ familias principem ſortita eſt locum. Eius Proceres ab illius regni Regibus ſemper ad ſublimiores adminiſtrandas euecti prouincias. Et quidem Aloyſius Sylueria Sorteliæ Comes, quo titulo vel antiquitus huiuſce familiæ primores floruerunt, quemnam dignitatis

apicem

apicem attigerit, non est, cur quispiam ab Nicolao Godino e Societate Iesu asseueret. Is.n. dum Gonsali Syluerię martyris vitam, genusquè describit, hæc habet. *Natus est ex Illustribus parentibus anno salutis humanæ CIↃ. IↃ XXVI. Pater illi fuit Ludouicus Syluera Sortelia Comes Regis custodiæ præfectus, quod munus vt eximiæ apud Lusitanos fidelitatis indicium est, ita præcipuo quodam habetur in honore.* hæc ille.

Lib. primo c. 1.

§. ij. Haud .n. alij demandandam fore sui corporis curam ratus, quam qui sunt vel fidelitate singulares, vel virtute præstantes. Hinc Rex Lusitaniæ Ioannes huiusce appellationis Primus, cum Castiliæ, & Aragoniæ Reges 1430. inter se diffidentes desiderio componendi raperetur, non alium, quam Martinez Nunnum de Sylueria familia legatum mittendum putauit, vt is, qua esset prudentia, & auctoritate, conciliatis animis, discordijsq; sedatis, sibi finem constitutum compararet, ac tandem aliquando optatissima pax omnino sequeretur. Hac plane de re nihil est, cur dubites. Historiæ loquuntur. Surita testatur. Is.n. lib. 13. Annal. Regis Alphonsi V. sic exorditur.

Hieronym. Sur. lib. 13. ann. p. 2. cap. 59.

§. iij. *Assistendo el Rey alas Cortes, que tenia a los Catalanes, en la Ciudad de Tortosa, que estauan no solo embaraçadas, pero sin esperança de tomarse en ellas ninguna buena resoluçion, en lo que tocaua al seruicio, que el Rey pretendia se le hiziesse, para vna guerra con vn Principe tan poderoso, que se començaua a mouer por todas partes, llego a la Corte vn Cauallero embaxador del Rey Don Iuan de Portugal llamado Nuño Martinez de Siluera &c.*

§. iv. De cuius planè familię Proceribus tum nobilitate, tum virtute præstantibus cum Regi vnicuiquè constaret satis, Rex Sebastianus in deuincenda, expugnandaque Africa tametsi bonam nobilium virorum partem secum abduxerit, signiferum tamen Velaschum de Sylueria deligendum existimauit.

In Hist. Tot. Aloysu Banca in vita Greg. 13. par. 3. c. 36. 38.

§. v. Lego in Indijs nobilissimos ex Sylueria familia Duces floruisse, qui rebus præclarè gestis æternam in terrarum orbe consequuti sunt gloriam. Inter hosce peculiari quadam ratione Hectoris de Sylueria virtus eluxit, qui centum nauium classis præfectus cum esset, postquam innumerabiles ex hoste victorias comparauit, multasq; regiones in Cambaiæ finibus secundo marte deuicit, Regemquè Adenum in sui Regis potestatem redegit, coegitquè; vt Lusitaniæ Regem Patronum, ac defensorem agnosceret, eiquè tributi nomine in singulos annos dena serafinum millia Amurzianæ monetæ persolueret, inter præliandum in Insula Betel, quæ postea ex

edita

edita clade mortuorum Insula dicta est, victorijs onustus, ac trophæis conspicuus excessit è viuis. Aloysium de Coglieo scriptorem egregium hoc loco omittendum non duxi, qui cum de hac singulari Hectoris Syluerię victoria loqueretur, hæc scribit. *Fue grande esta victoria aunquè costò la vida (entre nueue Portugueses que murieron) de aquel gran Capitan Ector de Syluerra cuya limitada sepultura, en aquella Isla, dio fin amàs Eroycos hechos, delos que Ector Troyano cobrò en el nombre de Eroe.* Lege lib. x. Historiarum Indicarum Io: Petri Maffæi è Societate Iesu, in quo de militari Hectoris virtute non pauca. Lib. 10. nel imp. milit. de lusitan. f. 201.

§. vj. Nequè planè minorem assecutus est gloriam Antonius de Syluería, qui cum in Indijs nonnullas legiones duceret, ita in prælijs præclarè se habuit, vt ijs in locis præclara suæ magnanimitatis, ac virtutis monumenta reliquerit, relatisquè victorijs suum nomen immortalitati consecrarit. Ex pluribus pauca decerpam. Vnum illud in medium ingenitæ fortitudinis specimen afferam Duce Io: Petro Maffæo, is .n. vbi diutius ab Antonio contra Mahometanam manum fortiter, strenuèquè pugnatum, sic habet.

§. vij. *Capto Rumæo Castello in vnam Diensem arcem tota belli moles incubuit. ac simul terra, mariquè oppugnatio cæpta. Maioribus primum tormentis per dies aliquot sine intermissione muri quatiebantur; lusitanis, vbi quid procidisset, impigrè obmolientibus. Aspera dein prælia, promoto ab hostibus aggere, vineisquè, commissa. acti vtrinquè cuniculi: sæpe eruptionibus, sæpe in ipsa mænium strage pugnatum est. Verum atrocissima omnium postrema dimicatio fuit. Triplici acie deinceps ad mænia successerant Turcæ. quattuor ipsas horas mira contentione certatum; ac tantus fuit ardor animorum, vt Lusitanus fistulator assidua, neq; irrita iaculatione iam loculis pilarum exhaustis; dentem excesserit sibimet, raptimquè in fistulam inditum plumbi loco in hostes emiserit. E Turcis quingenti eo die desiderati. vulnerati circiter mille. E lusitanis fortissimi viri cecidere quattuordecim; e reliquo numero partim ambusti, partim grauiter vulnerati adeo multi, vt non plus quadraginta idonei ad sustinenda arma superessent. Iamquè ad extrema ventum erat vna cum viribus annona quoque, & tormentarius puluis, & pleraquè instrumenta belli defecerant. Vicit nihilominus pertinacia Lusitanus, quod nulla vi, nullis cladibus non modo ad arcis deditionem, sed ne ad pacis quidem mentionem adduci potuit: ipsis quoquè fæminis, puerisquè supra sexum, & ætatem omni ope adiuuantibus viros, eosquè ad certamen, ac decus, & oppetendam in Christiana causa mortem adbortantibus. Inter hæc ab Nonnio, dum ad subsidium inclusis ferendum reliquam ornat classem, celeriter præmissæ liburnicæ* Lib. xi. hist. Indic. f. 186.

sexdecim,

sexdecim, ad Madrasabam accesserant noctu, quaternis in singulas puppes luminibus ad speciem augendam haud frustra sublatis. Eo quippe terrore Turcæ perculsi, tribus iam millibus suorum amissis, & super alia damna, arctioris etiam in dies commeatus, & imminentis hyemis pauore perterriti Sofarem execrantes Vrbem incendunt, & noctis intempestæ silentio conscendunt naues, duobus circiter mensibus in obsidione consumptis. ac vela dant in Arabiam tanta trepidatione, vt saucios quingentos, & magnã tormentorum partem sede reliquerint. Is dies fuit festus Sanctorum omnium; quo etiam pulchrior, lætiorquè Lusitanis, exitij metu præter spem liberatis illuxit. Turcico amoto auxilio, Sofar quoquè cum suis in loca remotiora discessit. Insulam dein totam lusitani sine certamine recepere. Inclyta per gentes ea fuit victoria; bonamq; Asiæ, atque Africæ partem, Europamque penè totam noua cum nominis Lusitani laude peruasit. Quippe non cum incondito, ac semiermi Aetiope, vel cum fugacibus Indis, sed cum paratissimo, & exercitatissimo milite, & Imperatore in summa propugnatorum inopia fuerat res. Ergo Franciscus ipse Rex Galliæ magnus virtutum æstimator, captus admiratione Syluerię, pictam eius imaginem e lusitania postmodum expetijt, præstantium virorum ac Ducum tabulis

Lib. 10. *inserendam*. hactenus ille. De hoc ipso Antonio plura lege apud eumdem, & passim aliis, & Aloysium Coellum. Qui de Iacobis, de

Lib. 10. f. 200. Didacis, de Aluaris de Syluería Maffæum, ac Coellum consulat.

Li. 9 11. eiusdem. §. viij. Ceterum si in hac Syluería familia tot Proceres, ac Duces desiderarentur, satis profecto præ omnibus vnus esset Gonzalus Syluería e Societate Iesu, cuius res præclarè gestæ, cuius vitæ, mortisquè genus sic illustre fuit, ac celebre, vt non ad vnam familiam, sed ad mundum ipsum illustrandum sufficere videretur. lege Nicolaum Godinum, qui non Gonzali modo Sylueriæ genus aperta oratione describit, sed præclara etiam facinora in martyrij prælio edita sic ponit ob oculos, vt ex vtroquè habeas, vnde Sylueriæ familiæ petas laudationis argumentum.

De Syluería familia generatim satis. ad ipsam ipsius seriem deueniamus.

§. ix. Atque vt ex Petro Gomez de Syluería auspicemur. is in Castiliam ex Lusitania traiecit, vt Catarinam Lopes de Arbuelos, quæ per id tempus apud Reginam Isabellam. Regis Ferdinãdi vxorem in aula iuxta veterem Lusitaniæ morem degebat, nuptui traderet. Inter ceteros, dum Ferdinandi Regis esset à cubiculis, Ariam Gomez de Syluería Filium suscepit, ex quo Rodericus Gomez, qui huius familiæ primus Panormum appulit, vt Panormi cum Maria de Bononia Aloysij de Bononia Marinæi Marchionis filia nuptias

ce-

çelebraret. Atquè dum Rodericus ipse in M. Neapolitanæ Vicariæ curia Regentis munus obiret, opera Eminentiss. ac Illustrissimi D. Don Ludouici Torres Cardinalis Amplissimi, ac Montis Regalis Archiepiscopi, cuius singularis alacritas in aggrediendo, prudentia in agendo, virtus in perficiendo tamquam peculiare quoddam lumen eluxit, pactionibus hinc, inde firmatis, institutum, perfectumquè hoc matrimonium fuit. Panormum itaquè anno a Virginis puerperio 1584. Regnante inuictissimo, ac super omnes retro augustissimo Philippo Secundo, ac Comite Briatico administrante Siciliam se contulit. Plures hic prouincias administrandas, Rege annuente, suscepit. In Italia Castellanus, & Gubernator Piombini. a custodia Ioannis ab Austria Præfectus. In Sicilia vero eo ipso anno, quo anno Panormum accessit, vrbis panormitanæ creatus ab Rege Prætor. a Philippo post Tertio Magister Portulanus; Siciliæ Vicarius, belli Consiliarius, ac generalis Conseruator, quo in munere obeundo anno 1603. excessit e vita. In Sacello S.Citæ sibi adscripto terræ mandatus. in cuius sepulchro hoc elogium, quod de eo dictum est hactenus in pauca perstringit.

Rodericus Gomez de Syluera maximos vbiquè terrarum virtute, & merito consecutus honores, cum olim in Hispania, vnde clarum genus duxerat Serenissimi D. Ioannis ab Austria custodiæ in bello præfuisset, & postea in Italia Populoniā gubernasset, & Neapoli Vicariæ Regentis munus obiuisset, & in Sicilia a bellicarum rerum Consilijs, Vrbis Panormitanæ Prætor, totiusq; Regni vicarius, & magister Portulanus extitisset, Regij tandem patrimonij conseruator omnium in omnibus approbatione laudatissimus è vita decessit tertio Idus Decembris anno ætatis suæ LXVI. Dominicæ vero Incarnationis 1603. Hisce compendiarijs characteribus totum Rodericum expressum iam habes.

§. x. Verum .n. vero sicuti in his omnibus administrandis rebus Roderici prudentiam admiratus, sic planè in alijs præclarè gestis animi virtutem veneratus est orbis terrarum. In granatensi .n. bello ita præclare, strenuèquè se gessit, vt is vna cum trecentis dumtaxat militibus, quos duceret, ex loco nescio quo hostes, quem sibi ad bellandum aptiorem delegerant, & eiecerit, & ijsdem etiam aditum in collibus Ventomil intercluserit; adeoque Regibus ob hæc edita facinora percarus, vt eum fuerint miro quodam studio prosequuti. Extant Philippi secundi ad Comitem Albadelistam literæ, quæ cum Regis in Rodericum voluntatem haud obscurè declarent, hoc loco omittendæ non sunt. Promamus.

El Rey.

§.

§. xj. *Illustre Conde primo nuestro Viso Rey lugartiniente, y Capitan general, aunque teniendo vos tanta satisfaçion de la persona, y seruiçios de Rodrigo Gomez de Siluera como me haueys significado por vuestras cartas, pudiera escusar de encomendaroste, toda via por la que a mi del me queda, boluiendose a continuar mi seruiçio en ese Reyno, he querido que lleue esta, para encargaros mucho, que en conformidad de lo que teneys entendido de su calidad, y esperiençia, le honreys, fauorezcays, y adelanteys en las occasiones, que se ofrecieren, y paraque vos le Iurgaredes a proposito, que por las causas referidas alçare, y me terne por seruido de todo lo que por el hizieredes. dada en Madrid a 23. de Deciembre 1589.*

Yo el Rey.

§. xij. Hic itaque singulari virtute conspicuus, præclarisquè muneribus illustris Aloysium de Sylueria haud sibi degenerem filium ex vxore suscepit; qui sic in panormitanæ vrbis luce versatur, vt ab vnoquoquè & auitæ nobilitatis eques suspiciatur, & paternæ virtutis hęres æternis commendetur encómijs. Et licet plura de hoc dici possent ad eius animi virtutem, nobilitatemquè celebrandam, tamen ne cuipiam vel quid a me fictum, excogitatumquè videatur, quod scribo, proferam id, quod Comes de Castro præcipuæ prudētiæ, ac sapientiæ Prorex, cum de Aloysio literas ad Hispaniarum Regem mitteret, ac Siciliam administraret, asseuerat. Quod planè cum tam ad nobilitatem Roderici Genitoris illustrandam, quam ad nostri virtutem Aloysij exornandam maximè faciat; integram illius epistolam Hispanicè conscriptam hoc loco exarandā putaui. Ea est.

Señor.

Rodrigo Gomez de Siluera segun costa por los papeles que se me han presentado salio a seruir a su Mag. que està en el Cielo el año de 1568. quādo Don Luys de Requesens Comendator mayor de Castilla, y del consejo de estado fue eligido por lugar teniente de Capitan general de la mar, y hallādose con el en Cartagena le nombrò por su Capitan de la guardia. Despues llegò a quel puerto el Signor Don Iuan de Austria, y el Comendador le hizo tan buena relaçion de la calidad, y partes, que concurrian en la persona de Siluera, que le mandò continuar el mismo cargo de Capitan de la guardia como lo hizo mas de dos años en las occasiones de mar, y tierra a que el Signor Don Iuan fue en a quel tiempo proçediendo en ellas con mucho valor, y satisfazion hasta que en Genoua proueyo su Alteza este cargo en Don Luys Carrillo, que despues fue Conde de Pliego, y en este interin se señalò particularmente en la guerra de Granada lleuando a su cargo algunas tropas de gentes para ocupar como ocupò vn puesto de importançia por donde se entendia hauian da hazer salida los moros del fuerte de Fregiliana para ocupar

cupar la sierra de Ventomil, de que resultò gran seruiçio por que fue el prinçipio de la vitoria que se tuuo executando lo que se le ordenò con mucha diligençia. Y en otra ocasion, que se ofreçio allì mostrò no menos animo cũpliendo con 300. Infantes que lleuò a su cargo la orden que le dio el dicho comẽdador mayor rendiendo, y tomando vna cueua donde hauia gran cantidad de Moros naturales del dicho Reyno de Granada, y en estas, y otras ocasiones mostrò muy bien su valor, y prudençia. Despues passò a Italia y Don Iuan de Cuñiga Comendador mayor dela orden de Santiago, y Virrey de Napoles le proueyo en el cargo de Regente de la Viqueria de aquel Reyno en el qual dio tan buena cuenta que le absoluieron los electos, y sindicadores, y le dieron por buen ministro, y el Conde de Miranda que suçedio al dicho comendador hallò tan buena opinion de Siluera que le occupò en otros cargos, y particularmente le encomendò el gouierno del presidio de Pomblin por muerte de Don Iñigo de Mendoça de que assi mismo dio satisfazion. Despues vino a este Reyno con el Conde de Briatico, y el año de 1584. le nombrò su Mag. que està en el Cielo por pretor desta Ciudad de Palermo, y el mismo Conde con ocasion de su yda a Meçina le encomendò la guardia, y seguridad de la misma Ciudad con titulo de Capitan de Armas a guerra. Acauado el tiempo desta ocupaçion de Pretor se hallaua a qui el Visidador General Gregorio Brauo, y conuiniendo suspender de offiçio al Mastro Portulano del Reyno por algunas causas dependientes de la visita se le encomẽdò este offiçio en el qual proçedio tan cuydadosa y rectamente que se conoçio hauer hecho grande benefiçio assi al Reyno como ala Real hazienda, instituyendo en los cargadores del trigo nueuas ordenes para la administraçion dellos. Acauada la Visita se boluio este offiçio a su dueño, y hauendo el Siluera quedado desembaraçada acudio a essa corte a pedir remuneraçion de sus seruiçios y su Mag. que està en el cielo le nombrò el año de 90. por vno de los consejeros de guerra deste Reyno, y en comendò particularmente su persona al Conde de Alua que era Virey en a quel tiempo para que le ocupasse en los demas negoçios y cargos que se ofreziessen de su Real seruiçio como con efecto lo hizo, y el Conde de Oliuares, Marques de Hierace, y el duque de Maqueda valiendose de su consejo, y pareçer en las ocasiones de Paz, y guerra que se ofrezian perteneçientes al seruicio de V. Mag. como ministro de tan larga esperiencia, y buen zelo, el año de 1601. mandò V. Mag. exonerar a Miguel Idiaquez del cargo de Conseruador deste Real patrimonio, y iubilarle en su casa con sueldo por hallarse muy uiejo, y impedido, y se seruio V. Mag. de nombar para el al dicho Rodrigo Gomez de Siluera con el mismo titulo de consejero de guerra. esta ocupaçion seruio poco mas de tres años con la misma integridad, y satisfazion que las passadas hasta que murio el año de 1603. Casose en este Reyno con Donna

Maria

Maria de Boloña de las prinçipales del, y dejò vn hijo solamente, que se llama Don Luys de Syluera, el qual me hecho instançia paraque haga a V. Mag. la relaçion que le hago de los seruiçios de su Padre para a compañar la pretençion que tiene de que V. Mag. le haga merçed. Don Luys es Cauallero cuerdo, y de buenas esperanças en el real seruiçio de V. Mag. tiene hasta quatro mil ducados de Renta, y se trata lustrosamente. Supplico a V. M. que en consideraçion de los seruiçios de su Padre, y de que Don Luys no ha reçiuido hasta agora remuneraçion alcuna dellos, mande V. Mag. que se le haga en su pretension la onra, y merçed que espera de su grandeza por que se empleará muy bien en su persona. Guarde Dios a V. Mag. como la Cristianidad ha menester. de Palermo a 14. de Enero 1619.

§. xiv. Plura continet, vt vides, hæc epistola, quam innui. legito. attendito. iudicato. Aloysius itaquè vt nobilitate præclarus, sic virtute conspicuus quamuis in Vrbe panormitana, regnoque Siciliæ munia quidem, eaquè præcipua potuisset obire, semper tamen ab ijs sibi comparandis abstinuit sese. Quoniam vero virtus incendij imitata naturam prodit iubar suum, non se se abstinuere Proreges, qui tota animi contentione ad munus Panormitani Senatoris obeundum non coegerint Aloysium. Constanter is designatum reijcit onus. Illi contra Aloysij virtute commoti acriter instant. vrgent. Is ne tandem Principum verbo minus audiens videatur, annuit; vt iure de Aloysij virtute lyrici illud vsurpare quis posset.

Intaminatis fulget honoribus.

S

DON FRANCISCVS STAITI.



§. I. BREVI, ac perſpicuo orationis anfractu D. Franciſci Staiti ſcripturus originem, cogor hanc paulo altius repetere, vt eius dignitas luce clarior eluceſcat. Hic ergo familiæ primum veneratur auctorem Ioannem Staiti Meſſanæ Stratigotum, qui anno 1300. tanto perfunctus eſt munere, clariora propono, cetera lubēter omitto. Et quidem ſi mecum ratiocinari, vel ſentire quis velit, ſic mecum ratiocinetur eſt neceſſe Ioannem, etſi tantæ dignitatis apicem in Sicilia conſcenderit, ab alijs nobilitate floren-

tibus

tibus fuisse prognatum. Quis .n. Staiticæ nobilitatis originem cadere in vnum dumtaxat Ioannem asseueret, licèt is huiusce prosapiæ proponatur caput. Porro nouum Equitem in Ciuitate dominantem Messana non tulisset. Quare nobilitatis origo ex superiori fonte profecta est.

§. 2. Ex Ioanne Iacobus, & Gilius est ortus, ille non minus diuitijs, auroque locuples, quam prudentiæ nota insignis Drepanum concessit. In ea inuictissima Vrbe semper floruit, semperque in nobiliũ luce versatus, ac paternæ nobilitatis hæres in rebus obeundis prudentiam sic ostentauit, vt reapse Patris filius extiterit.

ex act. Not. Francisci Iāca. 1349

Hic vero Messanæ Stratigotus. *Scriptum est*, sic Regiæ literæ loquuntur, *GILIO STAITI de Messana Militi Stratigoto nobilis Ciuitatis Messanæ, suique districtus, &c.*

Ex Reg. Prothonot. an. 1360. f. 75.

§. 3. Iacobus filios agnoscit Gilium, & Ioannem II. Vterque miles Regius. quæ dignitas quam magna, quamquè sit ingens ex Regij militis dignitate liceat cognoscere. Prorex igitur Procerum corona circumseptus, vbi quis ad Regij militis gloriam esset euehendus, ad Panormitanæ Vrbis Basilicam accedit. decantato Euangelio, *ac prius*, vt Regij Tabularij verbis vtar, *sacris omnibus benedictionibus factis ad hoc consuetis*. Proregi sistit. Hic stãs primum omnium equiti galeam capiti imponit, ac lateri auratum gladium accommodat. interim aurata itidem calcaria pedibus admouent Proceres nonnulli, ac strenui milites. Prorex e noui militis vagina gladium educit. galeam icit. in ipso ictu sic equitem conuenit. *Nostro Signor Iddio, e Messer San Giorgio vi facci buon Caualiere*. Quare perfecta, & absoluta, sic Regium Tabularium autumat. *Illustris Dominus Prorex imponit eidem militi iam facto Collarium quẽdam auri.* Repente è vestigio tubarum, ac organorum vocibus omnia percrepant, replentur omnia, omniaquè veræ præferunt argumenta lætitiæ. Prorex ijsdem ipsis circumuallatus Proceribus Regiam petit. Dimissi Proceres domum, præuijs clangentibus tubis, nouum militem, Vrbe gaudio gestiente, deducunt. Regium tabularium consule ad an. 1486. ex eo hæc, aliaquè cognosces. Si ergo Ioannes Staiti II. ad Regij Militis dignitatem, qua dumtaxat viri nobiles donabantur, euectus est, & auita generis nobilitate, & propria virtute poterat iure gloriari. Neque .n. exigua gloria est masculam in bellis conficiendis præferre virtutem, cum vir non modo generis nobilitate, sed armis etiam illustretur. & vtrinque Ioannes illustris; qui pro sui Regis amplificanda gloria contra Mauros fortiter, strenuequè pugnando non tam vulneribus affectus, quam hostium

ex act. Not. Andreæ Liutij 1497.

ex act. Andr. de Liutij.

spo-

ſpolijs onuſtus è viuis incredibili cum omnium dolore deceſſit.

§. 4. Ioannes ergo Gilij minor natu frater Couinum ex vxore ſuſcepit, qui Petro I. filio. Roberto nepte, Petro II. pronepte viris inſignitur illuſtribus. omnes a maioribus non degeneres,

§. 5. Petrus Michaele filio martiali virtute conſpicuo, belliquè gloria in primis celeberrimo perfruitur. Hic ab Rege delectus, vt milites vbique conuocaret, eligeret, in album referret, atque ad bellum pro Catholica Maieſtate gerendum ſeſe compararet, eoſq; omnes Ducis nomine inſignitus moderaretur, ac regeret. Et vero antequam ad bellum accederet, qua erat prudentia, curauit, vt Petrus eius filius cognomento III. Meſſanā contenderet, feudorumq; omnium locupletem, quæ iure ſibi hæreditario obtigebant, hæreditatem adiret. Porro eo munere glorioſè perfunctus. *ex monum. Drepa. & ex act. ſup. laud.*

§. 6. Petrus Caluano filio inſignis. Hic Auo, hic Patri & virtute, & prudentia pæne par. Ex Galuano Iacobus II. eſt ortus primus Chiuſæ Baro, vt ex publicis tabulis conſtat ſatis, & ex condito iā teſtamento commonemur. Militiæ deditus ſemper fuit, cum nauem rebus omnibus ornatam, quæ decurrere facili negotio poſſet, optimoque Duce Chriſtophoro Rizzo armatam, & aleret, & poſſideret. Hic vbi è vita deceſsit & familiam honoribus amplificatam, & diuitijs affluentem reliquit. *ex act. Iuliani deſūma. 1532.*

§. 7. Iacobus Franciſcum Iuriſprudentiæ Doctorem, Antonium, Nicolaum, & Io. Petrum ſortitus eſt liberos, quos opibus ornatos ſuperſtites reliquit. liberalis in pauperes, munificus in omnes. Et omiſsis quidem ceteris in vno breuiter Franciſco ſiſtendum, de quo id, quod Reſp. Piſana in Doctoratus diplomate literarum monumentis commendauit. *Vniuerſis, &c. Cum igitur Magnificus, ac Excellentiſs. DOMINVS FRANCISCVS STAITI Siculus Drepanenſis, quem virtus eius eximia, ſuiquè plurimi, probatiſsimi, ac laudabiliſsimi mores omnibus exhibent admirandum, colendum, & venerandum, &c. Dat. Piſis 1540. Stilo Ro. Cu. & M. D. XLI. Piſano calculo.* *Ex condit. teſtam. an. 1558.*

§. 8. Franciſcus præ ceteris Hieronymo V. I. D. glorioſus. *Vno auulſo non deficit alter Aureus*, cuius diploma ex Bononienſi Vrbe depromptum ſic loquitur. *Glorioſa ſtudiorum Mater Bononia, &c. Cum itaque Illuſtris, ac Excellens DOMINVS DOMINVS HIERONYMVS STAITI filius quondam Illuſtris, & Excellentis V. I. Doctoris Don Franciſci Staiti Siculi Drepanitæ, qui ſcientia præclarus, ingenioquè acutiſsimus, moribus modeſtus, atque omni doctrina præditus, &c. Dat. Bononiæ* 1572. *Virg. 6. Æn.*

§. 9.

Ex cond. ipf. teft. 1602. ex act. Iulij Tebrono.

§. 9. Hic ergo cum Panormi Innocentiam ex nobilifsima Bracco familia duxiffet vxorem ex ea Francifcum hodierna luce viuentem, ac in Equitum luce verfantem fufcepit. Francifcus vero ex nuptijs cum D. Iacoba ex eadem familia Quinti Baronis Chiufæ filia celebratis multiplici liberorum prole gloriatus Hieronymo videlicet, Iofepho, Innocentia, Chriftophoro, & Caterina.

§. 10. A primo Familiæ auctore vfque ad Francifcum Panormi degentem, ac Panormi natum recto ordine familiæ feriem profecuti. Ceterum abs re non erit hic inferere plures alios ex eadem familia prognatos, ac varijs, grauifsimifquè muneribus infignes, qui in Mamertina Ciuitate fufpiciuntur. Floret hęc familia vel hodierna luce Meffanæ, in qua & nobilitate gloriofi, & obitis muneribus cum laude præclari. Et quamuis non pauca de hifce dici mihi pofsint; hæc tamen lubenter omittimus, cum fatis aperte Meffanæ, ac Siciliæ conftent: illud dumtaxat diligenter aduertendum Alphonfum Staiti rebus præclarè geftis tantum fibi nomen comparaffe, vt 1477. a Comite Cardonæ Prorege fuerit electus, qui Meffanæ Patres confcriptos, ceterosquè publicis muneribus exornandos pro libertate crearet. Sic Regis literæ proloquuntur.

Ioannes, &c. Vicerex, &c. Nobili viro Alphonfo de Staiti Secreto Nob. Ciuitatis Meffanæ, Regio Confiliario dilecto falutem. Cum in Scrutinei compilatione, & Officialium creatione ipfius Ciuitatis pro anno præfenti reputauerimus induftriam veftram, virtutem, & legalitatem; fatis etiam proficuam feruitio Regiæ Maieftatis, & Reip. prædictæ Ciuitatis beneficio vtilem propterea de eiufdem fide, virtute, fufficientia, diligentia, & legalitate plenè confidentes ordinationem prædicti Scrutinei, & creationem Officialium duximus committendam, &c. Dat. in Vrbe Felici Pan. 2. Septembr. 11. Ind. 1477.

Il Conte di Cardona.

ex Pr. dat. Pan. 15. Mar. 1484 in Reg. tabul. f. 271. ex Pr. dat. in Ciu. Vpfali 1501. ex Reg. tab F. 180. ex Reg. tab an. 1560. F. 180.

§. 11. Non omittendus & Io. Henricus Staiti Meffanæ Secretus; quod illi munus a Rege, *præmifsis refpectibus, & etiam feruitijs maiorum, &c.* collatum fuit, & Aegidius de Staiti Regius miles, & Iacobus Vrbis Drepanitanæ Dux 1534. & Fredericus Staiti Saccenfis Caftelli Præfectus 1560. cuius diploma quam fit honorificum fatis eft proponere, non perpendere. fic habet.

Philippus, &c. Vacante in præfentiarum in manibus ipfius Regiæ Curiæ Caftellania, fiue tenentia Caftri Ciuitatis Saccæ ob mortem Spect. Antonini Allata Baronis Villæfrancæ illius vltimi poffefforis, & volentes Nos in ea de aliquo idoneo prouidere, ne Caftrum ipfum Rectore, fiue Caftellano careret facta difcufsione occurriftis vos in mentem noftram,

& ad

& ad plenum confisi de fide, virtute, sufficientia, vigilantia, & animi integritate vestra, de quibus nobis plenè constitit, ac debitum habentes respectum ad satis grata, & vtilia seruitia, quæ per vos Suæ Cat. Maiestati, eiusquè Regiæ Curiæ diuersimodè præstita tam hoc prædicto Regno Siciliæ in aduentu Classis Turcarum, & Gallorum, quam in omnibus occasionibus ad seruitium Regium concurrentibus, & semper continuando, & nouiter in expugnatione Gerbarum anno præterito, vbi vos Nos insequendo vti Capitaneum Generalem Regiæ Classis præfatæ Maiestatis mandato, cuius fuit facta expeditio ipsius Classis, cum qua vos de ordine, & mandato nostro prædicto Regio seruitio cum vestra biremi, & diuersorum militum, ac nonnullorum nobilium, & aliarum personarum comitiua PROPRIIS SVMPTIBVS die, noctuque insudando, nullis parcendo laboribus, & expensis, ac vitæ discriminibus contulistis; vbi etiam pro subuentione dictæ vestræ comitiuæ, ac ipsius biremis conducere fecistis quoddam vaxellum vestrum munitionibus, & victualibus onustum, quo deperdito cum omnibus prædictis victualibus, & in manibus Infidelium peruento, fuit opus erogare non modicam pecuniarum summam pro sustinendis illis nobilibus, & alijs cum persona vestra venientibus, & demum persona vestra permansit in fortilitio Gerbarum post aduentum Classis Turcarum quasi in limine captiuitatis cum Comitiua vestra in istum Siciliæ Regnum vos contulistis, & postea biremis aduersante fortuna fuit à triremibus Classis inimicæ intercepta cum omnibus armamentis, & sericis, quæ erant non mediocris æstimationis; & propterea in aliqualem vestrorum seruitiorum recompensam, quæ longe maiori præmio digna sunt, cum nondum alia sit oblata occasio maioris gratitudinis, & beneficij prouidimus, &c.

§. 12. Non silentio prætermittam Fredericum Staiti (isne sit, qui supra, anceps sum) Armorum Ducem in Ciuitate Tauromenij delectum, vt Turcis fortiter obsisteret, eiusque aditum in Siciliam intercluderet. quæ quidem illi prouincia demandata est, quod in alijs obitis muneribus præclarè se habuit, ac animi virtutem obtentauit suã. Verba diplomatis sunt mihi latinitate donata. ea sic.

Philippus, &c. Confidando Noi sommamente della virtù, esperientia, e valore della persona vostra, e considerando quanto bene vi hauete portato nell'altri carichi, che vi sono stati imposti, habbiamo fatto elettione della persona vostra, &c. *Don Iuan de la Cerda.* Ex pr. dat. Pan. 14. Apr. 1561

§. 13. Taceo & Franciscum Militem Hierosolymitanum Panormi Melitæ, quod aiunt, Receptorem belli gloria conspicuum, & Fridericum itidem Staiti Augustæ Comitem ad tantæ dignitatis apicem familiæ genus euehentem; & Iacobum Vrbis Drepanitanæ ex Reg. tab an. 1563. fol. 420. ex Reg. tab an. 1566. f. 713.

Equi-

Equitem, ab Hisp. ac Siciliæ Rege titulo, Don, Regia liberalitate insignitum; ac demum ne singulos percenseam numerando, cum Leonardi Simenes plurimum valeat auctoritas, nullum munus, vel Capitanei, quod aiunt, vel Senatoris, vel Præfecti, &c. in Drepanitana Vrbe inuictissima est, quod præclarè familia de Staiti non obierit, quod summa cum dignitate non perfecerit, quod incredibilium cum omnium acclamatione, plausuque non explicarit.

Dictitant nonnulli se in Neapolitano Regiæ Siclæ tabulario legisse Hieronymum Staiti Regis Alphonsi a cubiculis extitisse, ac Fridericum itidem Staiti Brancaleonis Marchionem totius Regis Equariæ Præfectum. Penes hosce sit fides.

§. 14. Ceterum familiæ dignitates non est cur hoc loco recenseantur. constat Baroniam Chiusicellæ, & Chiusæ magnæ fuisse penes Iacobum Staiti, qua Don Franciscus Staiti hodierna luce perfruitur. & in Regio Neapolitano tabulario legitur Ioannem Staiti extitisse Messanensem Equitem, pro quo Ferdinandus ad summum Pontificem perscripsit, vt ei triremem vnam (quidnam causæ sit haud scio) pontificia liberalitate concederet. Hæc dumtaxat exaranda duximus, plura omittenda, ne in huiusce familiæ descriptione multi videremur. Hæc suis comprobata auctoritatibus, suffulta rationibus, & laudata priuilegijs, quibus quidem omnibus Chiusæ Baro D. Franciscus Staiti merito gloriatur.

f. 113.



D.

D. PETRVS SPETIALI, AC ROSSEL.



§. I. PETRI Specialis, ac Rossel Familia ex Aretia, vt aiunt, Vrbe suam ducit originem, ex qua profecto in plures Orbis terræ partes disseminata, ac sparsa, in Cataloniæ tandem, Maioricæ, Angliæquè regionibus domicilium, sedemquè collocaunt. Diuersis, iustisquè de causis moti eiusdem familiæ Proceres, quasi familiæ obliti diuersa stemmata præsetulerunt. satis enim constat complures solitos ex editis facinoribus insignia tum sibi, tum posteris fabricasse. Atque hoc forte innuit Mantuanus, cum de

de eo milite, qui nihil momenti bellando gesserat, sermonem habuit.

Æn 9. *parmaque inglorius alba.*

cum mos ijs esset antiquitus, qui cum hoste signa contulerant, vt si quod fortè facinus in decertando edidissent, in parma describendum curarent, eoquè tamquam stemmate familia in posterum vteretur. Et quidem rectè dixi diuersis diuersa stemmata confecta, sicut etiam multifariam nomen ipsum huiusce familiæ profertur, cum alij Rosellum, nonnulli Rossellum, pleriquè Rossel pro regionis varietate pronunciarunt. Illa itaquè, quæ ex Aretij Vrbe non recessit, triplices primum rosas, postpaulo, senas, demum nouem pro stemmate considerandas proposuit. Eius Vrbis Chronicon, si velis, consule. *In Chron. V. rb. Aret*

§. 2. Ea vero, quæ in Cataloniam peruasit, Auem, quam nos communiori vocabulo Rossellum nominamus, præfert; quæquè Caroli Magni tempestate verum prosapiæ auctorem Comitem Rossellon D. Gualdericum Perellas, & Rossel & agnoscit, & colit. *Stephanus Barellas in hist. Catalon.*

§. 3. Quæ Maiorica in Vrbe fixit pedem septem rosas pro insignibus protulit, atque dum in Christianæ Reip. puppi sederet, & Ecclesiæ clauum regeret Innocentius VI. creatum S.R.E. Cardinalem F. Nicolaum Rosselli terrarum Orbis suspexit, ac veneratus. *Michael Pius Bonon. in vitis virorũ Illustr. S. Dominici.*

§. 4. Ea demum, quæ in Angliam penetrauit Leone pro stemmate vtitur; suumquè a Comite Betford Rossel repetit genus. Qua de re F. Thomas Rossel ex Cœnobitis S. Mariæ a Iesu sic habet in Chronic. suo. *In primis*, inquit, *est vnus Comes in Anglia, qui vocatur Betford, qui hoc ipso supra nomine vocatur, qui si modernus Rex Carolus sine prole discessisset, est ex primis, qui ius succedendi in Regnum prætendunt ratione consanguinitatis, est enim ex antiquissimis, & nobilissimis familijs totius Angliæ, & ex hac ipsa domo transierunt in Hyberniam, quo tempore illud Regnum Angli primo occupauerunt. Tres fratres, qui fuerunt tres Magistri Campi in exercitu Anglicano egregijs in bellis diuersis, ac præcipuè in hoc Hybernico factis celeberrimi, qui postea in diuersis partibus Regni Hyberniæ consederunt, ac tres familias constituerunt. quarum vna in eodem Regno in Prouincia Vltoniæ, altera in Media, tertia vero in Momonia vsque in hodiernum diem numerosissima propagine excreuit, adeo vt illa quæ in Vltonia hodie consistit sexcentos, eosquè omnes nobiles Equites eiusdem planè cognominis intra aliquot horas, quandocumquè hostis surget, in promptu habeat, nec minorem numerum reliquæ duæ familiæ conficere possunt. Ex illa etiam Anglica-* *In hist. Hyland.*

na

na domo Excellentiſs. Dominus D. Guilelmus Roſſellus oriundus eſt, qui temporibus Eliſabetthæ Reginæ Angliæ in Regno Hyberniæ Vicerex fuit, at poſtquam ibi aliquot annos in turbulentiſsimis bellorum motibus totius Regni habenas administraſſet, tandem in Angliam iterum receſsit, vbi ſua poſteritas in ampliſsimam propaginem excreuit, quæ ex principalioribus in Regno Angliæ hodierno die habetur. nupſerunt enim eis nobiliſſimæ quæque in Regno Angliæ Principiſſæ. Et poſt paulo. *Sunt & aliæ plures famoſiſſimæ propagines tum in Anglia, tum in Hybernia, quæ ex his familijs originem ducunt, quæ tum propter res bellicas, ac etiam nobilitate non minorem conſequutæ ſunt gloriam, de quibus pro modo ſermonem non facio.* Hactenus ille. qui plura, hunc conſulat.

Ex hoc ergo Comite in Anglia degente multi multa. Illud mihi ſatis Romæ huiuſce familiæ caput agnoſci, & in Collegij Anglici tabulis, in quibus diligentiſsimè eius Regni nobilium memoria aſſeruatur, vt is & ſuſpicitur, & colitur. teſtem ego oculatum conueni, qui huiuſce Comitis ſtemma in Collegio Anglico ſe vidiſſe, inueſtigaſſequè diligenter qualiſnam ſit, iureiurando profeſſus. eumquè certè qualem nos hactenus iure deſcripſimus, autumauit. quamuis etiam poſſumus illud de hac familia affirmare, Bernardum Roſſel ita Regi Martino Siciliæ Regi gratum extitiſſe, vt, cum nonnulli ab eo defeciſſent eorum bona, ac feuda huic dumtaxat vni, & conceſſerit, & Regio diplomate confirmarit.

§. 5. Leo itaque Roſſel Petri Auus ex familia Anglici Comitis Betford Roſſel in Italiam vna cum Anglici Regis exercitu peruaſit, vt Eccleſiæ laboranti ſuppetias ferret. Equitum in ea expeditione Dux extitit, affirmatquè Guicciardinus id temporis non ſolum a Rege miſſum exercitum, ſed Magiſtrum etiam Roſſellum, qui Regi erat a cubiculis, Romam ablegatum, vt eius verbis, & Regis voluntatem in Eccleſiam, & Pontificem triginta aureorum millibus muneraretur.

§. 6. Poſt annos aliquot, luſtrata iam Italia, perfunctiſquè ſumma cum ſui nominis laude muneribus, in Regnum Neapolitanum ſe recepit; atque anno 1524. in Ciuitate Poleſtina eiuſdem Regni ex nobiliſsima familia duxit Eleonoram Aliaſtri; ex qua Vincentium Roſſel Don Petri Patrem ſortitus eſt filium. Vincentius tanto genitore priuatus Panormum ſe contulit adoleſcens, annoquè 1573. Iſabellam Speciali Petri Speciali maiorem natu filiam habuit in matrimonio; qui planè certa, ſtabili-

què

què ſerie ſuam ex Nicolao Speciali totius Siciliæ Prorege duxit originem.



§. 7. Neque vero verbum illud, *Totius*, perperam appoſitum hic eſſe tibi perſuadeas velim; ea enim tempeſtare triplices ab Hiſpaniarum Rege Proreges in Siciliam mittebantur, qui cum triplices Siciliæ partes occuparent, ſingulis quiſquè partibus præſideret. Hiſpaniarum vero Rex cum gratum quid vellet Nicolao facere, oſtenderequè omnibus, quam ſibi exantlati eius tam in-

belli

belli Neapolitani, quam in aliarum rerum obeundis muneribus pro Regiæ Maiestatis dignitate vel tuenda, vel seruanda labores arriserint in suis Regijs literis totius Siciliæ Proregem & constituit, & vocat. Familiam ergo triennium administrauit, quamuis ex condito ab eodem testamento, non triennium, sed nouenium Siciliæ fuisse deducatur. ecce tibi verba. *Item dictus Magnificus testator legauit infrascriptis personis, & seruitoribus suis, consideratione seruitiorum per eos præstitorum, tam tempore eorum adolescentiæ, quàm tempore pacis, & maxime illis nouem annis, quibus ipse hoc Regnum Siciliæ gubernauit, tamquam Vicerex, quàm tempore guerrarum in Regno Neapolitano, &c.* Ad ann. 1421. vsq; ad 1428. in Reg. tab.

§. 6. Plura hic habes, quam requiras. Atquè profectò sic nobilis extitit Petrus Spetiali, vt in antiquis numismatibus eiusdem videantur insignia. Ex altera scilicèt brachium Leonis, ac virgula Lignea, cui Stella præfulgeat. Ex altera vero parte Aquila, vt inde nemo sit, qui dubitet, quin hæc familia sicut & Aragonia Claramontana, & Palicia cuderet argentum. Et quidem huiusce generis hæredes, qui dictis non habent fidem, Philippi Parutæ, teste oculato Alphonzo Zoppetta, diligenter asseruant. Atque ne progrediente tempore, huiusce familiæ memoria moreretur, Petrus Spetiali Isabellæ maior natu, qui hodierna die hoc cognomento perfruitur, sic in Panormitanæ Vrbis luce versatur, vt auitam nobilitatem & prouehat, & seruet. hæc obiter. ad rem.

§. 8. Vincentius itaquè Rossel quatuor liberos Don Petrum, quo de iam dixi, Leonem, Antonium, Franciscum spectatæ virtutis omnes ex Isabella Spetiali suscepit, qui quidem cum aliquot earum rerum munia, quæ in Panormitana Vrbe, Regnoque præstantiora, quæque viris dumtaxat primarij conferuntur, obijsset, tandem Leo Rossel ab Hispaniarum, ac Siciliæ Rege Philippo IV. Dux, seu, vt generatim dicitur, Capitaneus Panormitanæ Vrbis electus, Vrbem summa prudentia, studioquè anno superiore moderatus. Munus quidem in Panormitana Vrbe præcipuum, ac singulare, cum penes hunc sit non de fortunis, ac bonis omnium, sed de capite decernere, plectere. quæ profectò grauis ne sit auctoritas, nec ne, ex ipsa auctoritate pensetur.

Hæc habui, quæ de Don Petri Spetiali, ac Rossel familia perscriberem, plura omisi, ne multus essem. Munerum diplomata Ex lit dat. Pan. ann. 1630.

mata non exſcripſi, cum conſtent hæc ſatis; ac nemo eſt in Panor-tana Vrbe, qui de ſuſceptis ab hiſce muneribus certior non ſit. ipſa luce clariora. Siquis de hac familia vel legendo, vel audiendo plura cognouerit, ea ad me lubens tranſmittat. de munere non ingratus.



V.

D. ANTONINVS VASSALLO, PALEOLOGO.



§. 1 VAssallorum familiæ gloria sic longè, lateque diuagata superioribus sæculis est, vt vel Peloponnesiaca regio ab hominum fere societate remota de huiusce laudibus non conticescat, cum hanc certè cum Imperatoribus imperantem & viderit, & senserit; quæ merito vel hodierna luce Paleologi nomine gloriatur.

§. 2. Ex Peloponneso ergo hæc familia in varias orbis terræ partes disseminata, ac sparsa est, cuius gloria cum in vnius regionis am-

ambitu continere se se non posset, alios mundi terminos, plagasq; adinuenit, in quibus sane liberius, & gloriosius fortasse diuagaretur.

§. 3. Ex hac regione ante millesimũ quadringentesimũ trigesimũ Petrus, Nicolaus, ac Thomas proficiscentes Romam, Panormum, Anconam appulerunt(Paleologi nomine deposito, ac Vassallorum assumpto) ne hosce vel Imperatoris hostes vulneribus afficerent, vel nè ijdem, ceteriquè Imperatorium genus meritis prosequerentur honoribus. Quoniam vero hæc scribendi ratio vel excogitata, vel noua nonnullis fortasse videbitur, mihi regium diploma profferetur ex regio tabulario depromptum, sedulo perlectum, ac fideliter exscriptum. sic habet.

In reg. tab. ex registro an. 1439. fol. 455.

Alphonsus, &c. Cunctis notum sit Serenifs. auctoritate registratum ad Nicolai Vassalli Paleologi instantiam, vt sui ipsius posteri, & quisquis alius veritatis indagator, vnde Vassalli progenies deueniat, cognoscant. Imperatorum, Regumquè omnium mos vbique semper benignissime inoleuit, vt omnes suos dilectissimos conciues gratijs ab ipsis mes non tantum, verum etiam ab omnibus potestate fulgentibus beneficijs condecorentur. Maxime autem circa consanguineos regalis quædam dignitas non minus exposcit, ac ingens perinde amor grauiter postulat condignis prærogatiuis magnopere venerari, vt & posteris exemplum, & futuris quoque temporibus prosapia, quæ peculiaribus orbis partibus ampliatur, ab omnibus ita cognoscatur, ac debito honore illustretur, cum non minus Ciuitatum, habitationumquè gloriæ sit regalibus, ac peruetustis familijs, quam alio quouis terræ titulo magnificari. Vobis itaquè PETRO, NICOLAO, & THOMA Romam, Siciliam, ac maxime Panormum, Anconam proficiscentibus hoc diplomate in veritatis signum nostro charactere subscripto, aureoquè nostræ Cameræ insignito signo ideo tradito, vt omnes, ac quoscumq; certiores faciamus certa nostra auctoritate, & licentia discedentibus non licere PALEOLOGI Regis amplius (vt mea lege extra nostros confines, quisquis ex nostris consanguineis discendens, cautum est, CVM NON VT REGVM PROSAPIA HONORARI POTEST) SED VASSALLI, vtpote extra Regnum *nostrum prædecessorum meorum regnantes cognoscatis nuncupari in posterum vsquequè reuertatis volumus, ne nostrorum inimicorum indigna insania insano quodam furore .... ac ferina ipsorum contra Imperium ira vestro in sanguine compleatur, regnantes quantum possibile est, vt omnes vos, ac filios vestros pro nostris consanguineis cognoscant, & honoribus prosequantur. sic vniuscuiusquè virtus, ac fidelitas condigna. Dat. Peloponnesiaco nostro maiorum monte Silico, Arabic. Imperator. Constantin. feliciter olim vi-*

viuenti M. CCCC. XXIX. Vt ex hoc diplomate non obſcure deducatur hoſce omnes, eorumque poſteros non ſolum poſſe, ſed etiam oportere Paleologæ familiæ priuilegijs omnino gaudere.

§. 4. Ex Nicolao itaque in Panormitanæ vrbis luce verſante natus eſt Petrus 1439. Ex Petro I. 1460. viij. Apr. Petrus II. Ex hoc 1. Sept. 1478. Petrus Martinus III. Petro Martino ſucceſſit Petrus IV. 1492. Ex Petro 1509. Io. Matthæus. Qui quidem omnes cum a maioribus non degeneres, proſapiæ dignitatem, gloriamquè ſeruarunt. Horum ſeriem ego primum vidi in publici tabellionis Ioſephi Trabonæ actis hoc ordine digeſtam, atque in hunc locum fideliter, luculenterque translatam. *ex lib. parochiæ S. Margarit. 1439. Fides Not. Ioſ. Trab. facta 7. No. 1600.*

§. 5. Io. ergo Matthæus Ioſephum ex ducta ſibi vxore ſuſceptum, cum extremam vitæ metam attigiſſet, teſtamentumque de more condidiſſet 1543. bonorum omnium hæredem reliquit. Ex hoc Io. Matthæus II. qui plane cum Franciſcam Corbera duxiſſet vxorem, Eleonoram, Vincentium, Ludouicum vrbis Panormitanæ Senatorem, & Franciſcum ſortitus eſt liberos. Vincentius vero natu maior cum ſemper in Equitum Panormitanorum luce verſatus, ac Reip. Panormitanæ muneribus cũ laude perfunctus vxorem duxit, ex qua Petrus, qui Clericorum Regularium ordini ſe ſe lætus addixit, Antoninus, ac Franciſcus S. Mariæ del Brignolito, & S. Nicolai della Vina Abbas. *ex cond. teſtamen. per Not. Frãc. Gagliard. 1543. ex tab. vrb. Paoor. ex lit. dat. Pan. 1628 & 1629.*

§. 6. Petro ergo conſona ſuorum moderatorum, ac Sacri Quæſitorum Magiſtratus voluntate libros omnes tum ab exteris, tum ab ſuis religioſis viris in Sicilia typis excuſſos recognoſcendi, ac fidei res apud eiuſdem fidei Quæſitores inter cæteros ſtabiliendi facultas eſt: vt ex literis mox laudandis aperte conuincitur, quod que apud omnes in confeſſo eſt. Eæ igitur ſic. *ex lit. dat. Pan. 1624.*

Nos los Inquiſitores Apoſtolicos contra la Heretica prauedad, y Apoſtaſia, en eſte Reyno de Sicilia, y Iſlas coadiacentes por autoridad Apoſtolica, y Regia deputados, &c. Por quanto conuiene al ſeruicio de Dios nueſtro Señor, y buon deſpacho de las coſas, que ſe offreſcen tocantes al ſanto Officio de la Inquiſicion que aya en el perſonas de calidad, Religion, letras, y virtud a quien las cometer, y encomendar. Teniendo como tenemos ſatisfacion de la de vos el muy Reu. P. D. Pedro Vaſſalo Clerigo Regular, Teologo, y Predicador dela orden de Padres Teatinos, y que en vueſtra perſona concurren las partes, que ſe requieren de calidad, y limpiezza, de que nos coſta por informacion que ſe ha reçiuido de vuoſtra genealogia. Confiando que en cumplimiento de vueſtras obligaçiones atendereys a ſeruir a eſte ſanto Officio con el ſecreto, y fidelidad, que nos aſſegura

gura

gura vuestro hauito, y professiõn, y teniendo consideracion a lo bien que assi mismo ha seruido de familiar, y tiniente de Capitan de esta Felice Ciudad de Palermo Don Vincentio Vassalo vuestro Padre. Nos hà parecido nombraros como en vertud de la presente os nombramos, creamos, eligimos, y deputamos Qualificador deste santo Officio de la Inquisicion en causas de fee, y es nuestra voluntad, que hauiendo vos el dicho P. Don Pedro Vassalo dado el juramento de fidelidad, y secreto, que en tales cosas suelen, y acostumbran dar las personas a quien se encomiendan cosas de tanta consideracion, y confianza seays admitido en las Consultas, y Qualificationes de las dichas causas, como vno de los Qualificadores de esta Inquisition, y ordenamos, &c. En Palermo a quinze de Abril de mill, y seys cientos, y veynte, y quatro años.

§. 7. Hæc breuiter de hac familia duximus exaranda, omissis ceteris vel Militibus Hierosolymitanis, Stefano, ac Ioanne, vel Gallicæ classis Præfecto, Ioanne Baptista, vel Mediolaensi Comite Friderico, quæ quidem familia licet ex multis, varijsq; rebus sit insignis, vna tamen re maxime gloriosa est, cum ab Nicolao Paleologo haud interpolata serie suam ducat originem. Qui scribenti non habet fidem, tabularium consulat. Publicorum tabellionum rescripta recognoscat: locus, & annus ad oram. sic profecto plerique digitum ori quasi alter Harppocrates apponant, ac opus summa veritate conscriptum silentio venerentur, quando meritis efferre præconijs erubescunt.

§. 8. Pænes hanc familiam olim fuit & feudum Mastri, Grassadiæ, & Fulli. legi lapidem grandioribus exaratum characteribus, quemque ego non paucis Panormitanis Equitibus legendum proposui, in quo hæc.

PETRO CARALDO VASSALLO PALEOLOGO COMITI MISTRETIENSI DVCI OPT.

Vt ex his omnibus aperte cognoscatur familiæ nobilitas, quam, nisi quis inuidus, luculenta oratione fateatur est necesse.

HORATIVS VANNI



§. I. IOANNES Vanni Horatij Atauus ex nobilissimis in Pisana Vrbe parentibus duxit originem, qui & generis nobilitate, & in rebus agendis singulari prudentia de Pisana Rep. benemerentissimus varijs, egregijsque perfunctus summa cum sui nominis laude muneribus. Hic recensere omnia animus non est. Ex pluribus seligam nonnulla, vt ex hisce tanti viri dignitas, & æstimatio dignoscatur.

Ex publ. tab. vrbis pis. & exact. public. tabell. Philipp. de S. Caxiano.

§. II. Lego itaquè Iacobum Vanni Ioannis filium vna cum

viro illo præclarissimo Francisco de Catignano ad Ludouicum Mariam Sforziam Mediolani Ducem accessisse oratorem, ac de vtroque plane sic magnificè, præclareque in suis literis perscripsit Ludouicus, vt & erga Pisanam Remp. beneuolentiam, & erga legatos opinionem, quam conceperat animo, declararit. Eæ sic habent.

§. III. *Ludouicus Maria Sfortia Anglus Dux Mediolan. &c. Reuertuntur in præsentiarum Pisas Spectabiles Viri Amici nostri Clarissimi Domini Franciscus de Catignano, & IACOBVS DE VANNIS illius magnificæ Communitatis Oratores; quos his diebus elapsis ad nos misit; quibus cupientes iter tutum, expeditumque vbiquè præberi tam ob singularem beneuolentiam, qua ipsi Magnificæ Communitati iungimur, quam etiam propter eorum egregias virtutes, & amorem, quo vnumquemquè ipsorum complectimur &c. Dat. Mediol. die XXVI. Iunij. M. CCCC. LXXXX.*

§. IV. Et ex his illud aperte deducitur a Pisana Repub. sic habitum fuisse Iacobum in pretio, vt in difficillimis obeundis muneribus Iacobum communi omnium Senatorum voluntate delegerit. Quare & ad Venetam Vrbem, & ad ligurum Rempub. & ad Parisiensem Ciuitatem, & ad Gallorum Regem legatus accessit, ex qua legatione quantum gloriæ, quantumquè dignitatis sit assecutus ex eo conijcias licet; cum enim de huiusce prudentia, ac virtute fama percrebuisset ad Senensem Rempub. a Pisana ablegatus, vt in ea Summum Magistratum administraret; & administrauit quidem tanta prudentia, tantaque moderatione, vt exprimi scribendo, dicendoque vix possit. Illud autem hoc loco præteriri non potest, quod ad Iacobi dignitatem, familiæquè gloriam maxime facit, Pisanam vrbem de Iacobo sic semper verba fecisse, vt in literis ad exteros vel Reges, vel Rerump. moderatores perscriptis eo titulo insigniuerit. *Mandiamo Iacomo Vanni, e Grouan Battista di Pietro Ansiani,* (vno enim exemplo complectimur omnia) hoc est Reip. primores ablegantur.

Ex monu. pub. vrbis Pisanæ.

Ex pub. tab. vrb. Pisan.

§. V. Porro eo nomine, cum quis ad Iacobum perscriberet, vtebatur, cum plane cognosset nullum aliud tantum Iacobo conferre posse dignitatis, quam hoc dumtaxat Ansiani. Quare extant a viris primarijs exaratæ literæ, ea inscriptione. *Magnifico, & generoso Ansiano Pisano Consummato iuris consulto Domino Iacobo Vanno. Pisis.* Vel *Magnifico Domino Iacobo Vannis Iuris consulti, & Ansiano Pisis Domino meo Colendiss.* Hæc ea ratione

1. *April.* 1495.

ratione subscripsi, vt ex hoc scribendi genere deprehenderetur, & Iacobi æstimatio, & eiusdem dignitas, & laus. Vidi ego plures epistolas ad Iacobum exaratas ea ratione inscriptas. *Magnifico Iacobo Vannis & Appiano*, vt vtrinque huiusce nobilitas eluceret. Quantæ enim nobilitates sit Appiana familia, suffragium ferat Italia. atque hæc summatim de Iacobo.

§. VI. Ex Iacobo natus est Alexander, qui sic in Panormitanæ Vrbis luce versatus semper est, vt non mediocrem sibi gloriam, ac dignitatem compararit. Carus omnibus; virtute, prudentia nemini secundus, Panormitanæ Reipub. partes semper secutus. Verè Panormitanus Ciuis.

§. VII. Ex hoc Horatius. Patriæ amans, iustitiæ cultor, pauperum sectator, virtutum omnium studiosus, In obeundis publicis muneribus integer. auri contemptor, sui prodigus, alieni non appetens. Filio vel hodierna luce, cui nomen est Raphael, & Pontagij Barone, & Rocchæ Blançæ Marchione gloriatur.



Atque hæc de Familijs vel Panormi ortis, vel in eiusdem luce versantibus sint satis. Hæc operis mei pars plerisque fortasse non arridet, Quidnam causæ sit, satis scio; & quidem satis patet. Philologia non est necessum. arrideret enim vero, si Iouis Delphici monitum non posthaberent. dignitatum, au-

riquè

riquè fulgor oculorum aciem quandoquè perſtringit. *Fortuna non mutat genus.* Veterum Apophtecmata veritatem olent, ac Sanctitatem. Hinc multis inimica, peroſa; ne peroſi ſibi ſint iſti, ac inimici. verè veritatis hoſtes, alienæ dignitatis inuidi. qui germano, auitoquè generis ſplendore gloriatur, aliorum nobilitati non inuidet, calamum ſcribentis non timet. aurum non dedignatur Lydium lapidem; Auricalcum. Cæterum elatiori voce, ac grandiori charactere ſic aio. Non auro corruptus non pollicitationibus allectus, ſed veritate compulſus hęc ſcripſi. dictum alibi. comprobatum hoc loco. Quoduis vel certè maximum impar labori pręmium, quicquid velint, vel inuidi, vel hoſtes dicant. carpere profitentur, non ſcribere. Lingua, non calamus amicus. *Sed peragit curſus ſurda Diana ſuos.* Veritatis Sol tandem prodit iubar ſuum. conflictus nubium retentat lucem, non obruit.

Alc. in ea Il.


Haſce ergo familias, amice lector, in hoc priori volumine pręmiſimus, vt cęteris in poſteriori, Deo Opt. Max. opitulante, exarandis muniant viam. Si quid animo ferant voluptatis tuo, plauſum dato, vt ad reliquas lætiori calamo deſcribendas accedamus.

LIBRI III. FINIS.


PANORMITANA MAIESTAS.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.



De Regibus Panormi ortis.



NAtalis Regum, ac Imperatorum dies ita popularium, Regnorumquè animos incredibili quadã alacritate perfundit, vt qua tormentis bellicis explosis, qua succensis per Vrbium calles, ac plateas ignibus, qua institutis publicè ludis conceptæ signa lætitiæ præferre mirumquantum gestiant. Nam si antiquiores antiquioris sæculi homines, cum ijs forte quid accideret ex sententia, illius diei memoriam ab hominum memoria remouendam non opinabantur; hinc ortum illud;

Albo notanda calculo.

quidni etiam instituenda, Rege enascente, celebritas? cum regna, loquor .n. cum Imperatoris pæne verbis Friderici secundi, *dum Regum gremium numerosæ prolis fecundat editio, dispendiosam pati penuriã de Regibus non possint. Regibus .n. & ceteris orbis terræ Principibus Filij nascuntur ad gaudium, subditis ad salutem.* Digna planè tanto Rege sententia. ex Regum .n. ortu, & incolumitate columen regni est. Rectè ergo ceteris orbis terræ Principibus filij nascuntur ad gaudium, cum similitudo gaudium pariat; Subditis ad salutem. Sicut .n. dum de Rege contenditur, bella consurgunt, ita in certa Regum procreatione habetur salus. Et ijs quidem præcipua quadam ratione salus indicitur, qui semper in Reges peculiarem quamdam beneuolentiam, studiumq; nauarunt.

Ex reg. tabul. Neapol. antiquę siclæ in l. an. 1239.

Hinc idem ipse Fridericus, cum ex noua filiam vxore suscepisset, scripsissetquè ad panormitanos suos hac magnifica, honoraque

dicendi oratione est vsus, ex qua plane deducitur non Regis solum in Panormitanos beneuolentia, sed Panormitanorum in Reges perennis, iugisquè voluntas. Sic igitur habet.

Fridericus secundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem, & Siciliæ Rex PANORMITANIS FIDELIBVS SVIS *&c. Communem, & debitam omnium populorum regiminis nostri lætitiam expectationum nostrarum votis specialiter deducentes, ad vos Imperialium apicum certa descriptione deferimus, quod ad aliorum notitiam, fama tantummodo veritatis aliquando nescia, nuntiante defertur. Singularis tamen, & purus nostræ familiaritatis affectus,*
" *quem ad vos*, VELVT AD NOSTRVM POPVLVM SPECIALEM, ET PECVLIAREM *habemus non iniustam ceteris causam in-*
" *uidiæ de nobis, vel admirationis adducit. Vos etenim clarissima præde-*
" *cessorum nostrorum hæreditas, successorum indubitata patria, Aula Regum, vos exaltationis nostræ fidele principium, & sublimationis processus*
" *egregius, præcipuam gratiam meruistis. Propter quod sicut de manu Domini continuantur nobis bona continuè, sic prospera prosperis successiuè succedunt. Sicque desideria vestra prouidè meritò recreamus; de carissima consorte nostra natam nobis nuperrimè filiam, votiuis expectationi-*
" *bus vestris hilariter nunciantes; vt potè qui fælicitatis nostræ, nec minus vestræ, lætitiam vobiscum volumus domestica participatione sortiri.*
" *Inter cetera namquè, de quibus diuina potentia gratificari se nobis communiter eodem beneficio posset, & vobis nullum munus communi voto communius, nullum nostris, & vestris profectibus efficacius arbitremur, quam cum nostræ fæcunditatis prolis nouæ fætu multiplicat; cum qua tranquillitatis vestræ status secundiori robore nostri dominij roboratur, & petita pax vobis, & posteris confirmatur. Hinc quippe est Regnorum omnium salus, hinc vita pacifica populorum, cum regalis mensæ circuitus legitima sobole circumdatur. Hæc sunt affectionis certissima pignora principis ad subiectos, cum circa latera filiorum generosæ propaginis sua incrementa circumspicit, quibus fidem, & gratiam præparat subditorum. Nam cum vitæ propriæ terminos finiri præcogitat, propagari gaudet in sobole gratiam principatus. Et quamquam in prole fæminea Regnorum iura, & regnantium solia non quiescant, grata tamen hæc filia debet esse cum masculis, quæ velut tempestiua Paranympha sequentium ex arrha certissima masculorum ex Imperatricis nouæ consortio indubitatam nobis, & vobis (Domino fauente) de Regibus copiam repromisit.* Hactenus Imperator. Plura hic habes, quæ perpendas, iudicio committenda sunt tuo. ad rem.

Iure

Iure igitur Panormitana Resp. non modo Regibus in suo enatis glo-riatur sinu, sed eorum etiam auspicatissimum natalis diem publicis literis exaratum notat, ne tantæ gloriæ memoria annorum obliuione obruatur, ac dies, quæ futuri Regis excepit exordium, vel publicis publicæ lætitiæ argumentis, vel vnanimi publicorum characterum acclamatione celebretur.

Duos Reges Panormi natos & constans fama est, & scriptorum oratio, & Regum literæ nullum relinquunt dubitandi locum. Rex Petrus II. Fridericus itidem II. Siciliæ Rex, ac Romanorum Imperator. De primo nihil est, cur dubites. Idem ipse profitetur. *Petrus secundus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Si Panormitanam Vrbem felicitatis titulo suæ fidelitatis meritis insignitam, in qua prædecessorum nostrorum sedes, & gloriosa cunabula claruerunt, & ipsi prædecessores nostri Reges, & Principes, priuilegijs, immunitatibus, & gratijs plurimis decorarunt. Nos etiam, qui Dei nutu ab illis* Regibus, *atque Principibus originem trahimus, atque* IN EADEM VRBE ORTVM HABVIMVS, *& sceptrum regni suscepimus, sicut ipsam veri amoris, & fidelitatis actibus videmus excrescere, sic etiam debemus & cumulatis honoribus, & notabilibus gratijs perpetuò insignire.* Hæc Rex. Ex priuil. dat. Tan. 1340. Mē. Ma. 19. 8. Ind. & In Bran. f. 24.

De hoc igitur estne quis dubitationi locus? fictitiæne, an veræ, germanæq; sunt literæ? Qui dictis haud habet fidem, regios literarum codices scrutetur. Non hanc Panormus laudem falsò arrogat sibi. Non plenis buccis, non insolens, non armata Regiarum literarum monumenta commendat, quæ non promat. Custodem remouet clauim: ita quidem ea laudat, vt & proferat.

De Friderico vero & scatent libri, & sapientum voces non tacent. Et quoniam historicorum, ac veterum annalia plus detegũt, quam hic fortè exigit locus, ea omnia laudanda fideliter duxi, vt si quis aliquam de hoc opinionem falsò conceperit, tandem aliquando ratione conuictus deponat, & Vrbis Panormitanæ maiestatem, quæ inter Siculas Vrbes sola Reges suscepit, solaquè Reges educauit, summa cum gratulatione veneretur.

Verum antequam Historicorum huiusmodi de Friderico doctrina proponatur, illud aduertas velim ab Henrico sexto, vel Quinto, & a Constantia olim Sanctimoniali S. Saluatoris progenitum fuisse Fridericum, de cuius quidem Patre cum generatim circumferantur non pauca; abs re certè non est hoc loco recensere, cum hac ratione germana de vtroquè cognitio habeatur.

Et de Henrico quidem Imperatore hæc lego. *Henricus Quintus,* ait Francifcus Petrarcha, *Filius Barbarussæ imperauit post Patrem;* In libro Augustali.

qui fuit maritus Constantiæ Monachæ filiæ Guilelmi Regis Siciliæ, sub cuius titulo Insulam cæpit. Fuit strenuus, & asper more Patris, & aliquãdo infestus Ecclesiæ. Mortuus est in Sicilia, & sepultus apud Panormum, relicto Friderico Infantulo, & Philippo Patruo suo ad gubernationem regni, cum imperasset annis septem, & mensibus quinque. Hæc Petrarcha.

Ex suppl. Chronic. Et in supplemento Chronicorum hæc itidem habes. *Henricus eius nominis Quintus duodecimus germanorum Imperator, hoc anno videlicet 1190. imperio subrogatus imperauit annis octo. Hic autem tertio Imperij sui anno a Cælestino Pontifice Romam vocatus solẽnitate paschali celebrata ipsius Pontificis coronatione postridie coronatur. & a Constantia Guilelmi Regis Siciliæ filia nuper è monasterio edicta nuptui traditur* &c. Et ad calcem hæc. *Ita cum in regnum redijsset, mox Messanæ ægrotare cæpit, noscensque sibi mortem adesse propinquam, vxorem, & Fridericum Filium ad Innocentium Papam Romam mittens eosdem sibi obnixè commendauit; Philippum vero germanum Ethruriæ ducem quantum in se fuit Romani imperij, & Regni Siciliæ quousq; filius adoleuisset, gubernationem commendauit; confectoque testamento Panormi diem obijt;*

Beneuenustus Homil. in lib. de altar. mũdi. Hæc in supplemento. Vin' plura? plura tradit Himolensis, *Henricus*, inquit, *huius nominis sextus Friderici primi filius anno Domini* 1190. *defuncto genitore, consensu Principum Romanorum Imperator delectus imperauit annis octo. anno deinde electionis suæ tertio Cælestinus Pontifex Romanus postridie coronationis suæ Henricum sextum Friderici Barbarussæ in Armenia defuncti filium a germanis electoribus declaratum in Regem Romanorum Imperatorem constituit ea iniuncta conditione, vt Henricus ipse regno citra, vltraque fretum Siculum proprijs recuperato sumptibus, & censum solueret annuum, & iuris Ecclesiastici terram sibi redderet possidendam. Idquè vt Rex facilius assequeretur Constantiam Normanno Rege natam Virginem in Monasterio Panormi agentem occultè educi curauit; eamquè natu grandiorem, quæ nunquam filios procreatura videretur, dispensatione apostolica illi in Matrimonium collocauit.* Et infra. *Postea iteratò a Cælestino Pontifice Romano vocatus, magnum in Italiam exercitum duxerat, veneratquè secum Constantia vxor.* Et demum sic concludit egregiè. *Tandem cum in regnum Henricus redijsset Messanæ in Sicilia agens cum grauiter ægrotaret ad Innocentium Pontif. Ro. mittens vxorem sibi, & Fridericum filium Puerum cõmendauit, confectoquè testamento Panormi diem obijt. Fuit in agendis rebus strenuus, in hostes acer, in largiendo munificus, facundus eloquio, facie decorus, statura mediocris, ingenio prudens in Ecclesia Panormitana magnificè sepultus*. hæc Himolensis. Huiusce Elogij partem continet

elo-

elogium illud porphyretico sepulchro Henrici adiectum.

Imperio adiecit Siculos Henricus vtrosquè
Sextus, sueuorum candida progenies.
Qui Monacham sacris vxorem duxit ab aris,
Pontificis scriptis, hic tumulatus inest.

Pauca de Henrico, eiusquè moribus, imperio, vitaquè accepisti. accipe quæso te nunc reliqua de Constantia matre, deque Friderico Rege Panormitano Ciue; itaquè ferè omnia tum de Henrico, & Constantia progenitoribus, quam de filio Friderico ex occasione cognosti.

Audi ergo Geruasium Tornacæum seussionensem, qui in Hugonis Falcandi Præfatione vt hanc rem luculentissimè demonstret, sic altius exorditur, vt omnem omnibus adimat difficultatis locum, ac nouum auctorem de Regum Chronologia recens conscribentem moneat etiam, atquè etiam vt in refellendis historicis diligés, sit, ac nauus, qui, si acrior est Crisis, vnius, vel alterius scriptoris auctoritate non mouetur; nec aculeatum dicendi vsurpat genus, cum opinionum confutatio non sit Apologiæ scriptio, sed veritatis explanatio. Veritas non ex verborum asperitate, sed vim ex blanda oratione sortitur. Sic itaquè habet.

D. Rocchus Pyrrhi in Regum suo Chronolog. f. 12.

Historiam hanc a Rogerio Comite Siciliæ, & Roberto Guiscardo duce Apuliæ exorditur hic auctor (Hugo scilicet Falcandus) *quos Nicolao secundo Pontifice vixisse legimus; vt satis constare inde valeat ab anno Domini circiter Millesimo Ducentesimo Sexagesimo hæc auctorem scripsisse, sitquè annorum numerus, ex quo hæc quæ nobis supersunt reliquiæ hominis Siculi scripta esse possint annorum fere trecentiorum. Scribit autem Raphael Volaterranus in tertio suæ Geographiæ libro, Robertum Guiscardū expulisse Sicilia Sarracenos, qui anno Domini nongentesimo decimo quarto Apuliam, Calabriam, Neapolim, & Garganum montem occupauerant. Eum vero Robertum in Italiam primum ad quærendas nouas sedes venisse, vbi suorum exercitu, breui tempore omnem Apuliam colonis paucis, & ignauis habitatam, ac Siciliam, Græcis, & Sarracenis expulsis, in suam potestatem redegit. Verum vt ab initio regni Siciliæ colligamus, primum Siciliam tenuerunt Syracusani: deinde Marco Marcello tertium consule subacta Romanis Sicilia in prouinciæ formam redacta est vsquè ad Caroli Magni tempora, quando partito inter vtrumquè imperium orbe, Sicilia omnis cum Calabria & Apulia Constantinopolitano cessit imperio vsquè ad Nicephorum Imperatorem. Cuius tempore Sarraceni Apuliam, Luceriam, & alia loca nonnulla occuparunt anno Christi nongentesimo decimo quarto: ac deinde varijs excursionibus Calabriam, Neapolim, & multa*

præterea

prætèrea loca penetrarunt. Sed rursus inde sunt expulsi post centum fere annos aduentu Tancredi Normanni viri bello, armisquè strenui, qui suis finibus egressus cum numerosa prole duodecim liberorum venit in Italiam, tandemque adiutus aliquot Normannorum millibus, qui ad expeditionem Hierosolymitanam eo se tempore accinxerant, Siciliam, Apuliam, & Calabriam cæpit circa annum Domini millesimum, & octauum. Mortuus autem posteros reliquit Siciliæ Comites quadraginta trium annorum spatio felicitate maxima Insulæ imperantes. Tancredo successit Filius Robertus, quem Calabriæ, Apuliæquè Ducem declarauit Nicolaus Pontifex Romanus, cui & censuarius est constitutus. Sed Apuliam per se, Siciliam vero per Rogerium fratrem rexit. obijt autem circa annum Christi millesimum, ducentesimum, septuagesimum septimum. Post Robertum Ducem rerum potitus est Rogerius: post quem mortuum Guilelmus primus successit, qui Constantinopolim profectus, vt Imperatoris filiam vxorem impetraret, occasionem per absentiam dedit Rogerio fratris sui filio, vt regnum Siciliæ inuaderet: Ita n. eiectus, & nuptiarum spe frustratus apud Principem Salernitanum mærore animi confectus extremum diem obijt sine liberis. Sed Rogerius in eo regno, quod ita ambierat, variè iactatus Panormi obyt, relicto filio Guilelmo secundo successore, qui duodecim annos regnauit, mortuusque hæredem filium Guilelmum tertium cognomento Bonum reliquit, cuius regnum fuit viginti quinquè annorum. Ei vero nullus erat filius, qui succederet. Itaque Proceres Regem sibi creauere Tancredum eius patruum, Rogerij ex pellice filium. Quod cum non satis æquo animo ferret Cælestinus tertius Romanus Pontifex, Henricum Aenobarbi Filium Friderici Imperatoris, Siciliæ Regem declarauit et Constantiã Guilelmi secundi sororem Deo consecratam in Cænobio Panormitano, sed permissu, & auctoritate pontificia a voto, professionequè religionis liberatam tradens vxorem, vt vna cum illa ius regni in matrimonium veniret, atquè ita primo Siciliam, ac deinde Neapolim Henricus. Tancredum vero bello persecutus Neapoli obsessum interfecit, & vtrumquè regnum Friderico filio ex Constantia sublato reliquit &c.

Hæc Tornacæus. Quid ergo hac auctoritate clarius, quid hoc dicendi genere luculentius? Plura innuit, plura demonstrat. Chronologiæ Regum Auctor plura non desinit infarcire, quæ miror; quæquè Tornacæus, ceteriquè, vel quos laudauimus, vel qui mox laudandi iam sunt; euertunt. Crediderim hosce auctores ab eo non fuisse perlectos; cum si profecto legisset vel sententiam non tulisset suam, vel vtramq; opinionem proposuisset, vt lectores arbitri libratis hinc inde rationum momentis iudicarent. Huc accedit & F. Leandri Alberti Bononiensis auctoritas, qui hac ipsa de re sic bre-

In descrip. Sic.

breuiter, egregièque perſcripſit, vt veritatem omnibus cōſiderandam proponat. Hic igitur cum Metropolitanam Vrbis Panormitanæ Baſilicam italico ſermone deſcriberet ſic ait. *Vedeſi poi la quarta, ſepoltura, pur fatta di candido marmo, oue ſono poſte l'oſſa di Coſtanza Normanna, prima monica, ma Imperatrice poi moglie d'Henrico ſopra nominato.* Hæc ille. Video nouum Chronologiæ auctorem lætitia elatum inſurgentem, argumentantemquè ex his ipſis verbis nihil veri poſſe depræhendi; imo ſuam opinionem acerrimè comprobari, cum dicat.

Crediderim ego vixiſſe in Panormitano Cænobio Puellam ſub tutela Tancredi conſanguinei. & poſt paulo ſic apertius. *In regio ſeruatoris monaſterio* (ſ. vixit) *vbi inter cetera eius rei veſtigia, ſacrarum precum græcum volumen Moniales adhuc apud ſe habent, ſed breui temporis interuallo, credo, ibi fuit.* hæc auctor nouus. ſed conſiſte. audi quid ſubſcribat Albertus; *Fuori della Chieſa vedeſi la larga piazza, nel cui mezzo e deſignato il luogo, oue la detta Coſtanza gia molto vecchia partori Federico II. ſotto vn padiglione, accioche niun dubitaſſe, che foſſe nato di lei.* Non ergo ex Cænobio educta puellula, nec Fredericum peperit quadragenaria, cum mulieres quadragenariæ vetulæ non ſint. Id ex ijs, quæ ſubſcribenda iam ſunt, latius patebit, ac apertius. lege Pandolfum Colonnucci cuius auctoritas hoc loco omittenda non eſt. Sic itaq; non obſcurè conſcribit. *Federico Stauffem di caſata Illuſtre tra li Sueui Caualiero valoroſiſſimo, che per eſſer così nobile, e valoroſo Enrico quarto Imperatore le diede a ſua figliuola Agneſa per moglie; e per dote il ducato di Sueuia, che doppo pigliò il cognome del ducato di Sueuia. Da queſto matrimonio nacque Corrado ſecondo Imperatore, dal quale Corrado nacquè Frederico primo Imperadore cognominato Barbaroſſa, dal qual Imperador Barbaroſſa nacque Henrico ſeſto Imperadore, il quale pigliò per moglie a Coſtanza figlia di Rugero. queſta Coſtanza fu quella, ch'era monica dentro la batia di Palermo, e profeſſa, ed allora ſi trouaua Abbateſſa, e fu diſpenſata dal Papa &c.* *Pandol. Colon. lib. primo.*

Diſceptatur ab Hiſtoricis vbi nam Fridericus Imp. apud Vrbem ne, an vero in ipſa Panormitana vrbe lucis accepit vſuram, idque non ex dubitationis ſcrupulo decertatur, ſed vt Regis ortus ex loci deſignatione lateat neminem; cum omnes vnanimi conſenſione fateantur Panormitanam Vrbem non minus Petro ſecundo Rege, quam etiam Friderico II. Imperatore, ac Rege ſuo Ciue gloriari, & mirumquantum inſigniri. In ipſa igitur Panormi planitie Fridericum autumant plerique; contra vero in ipſo ipſius Vrbis ſinu ante ædem maximam prognatum alij. Latius rem totam ex auctoribus co-

cognosce. Ego vero quid tandem hac de re sit sentiendum, luculenter aperiam.

In suis Chronicis. Ecce tibi primo loco Philippus Bergomensis. *Constantia*, inquit, *Gulielmi Regis Siciliæ filia hoc anno s.* 1193. *ex Monacha iamdiu professa iussu Clementis Pontificis, Henrico augusto matrimonio copulatur, & ex Monacha Augusta nuncupatur*. Et paulo post. *Cælestino Pontifice consentiente, vt in eam Constantia deueniret sententiam videlicet vt nuberet, cum in professionis voto immobilis staret, & ætas annosa obsistere videretur; sed cum a Deo res processisset Henrico prædicto Imperatori tandem desponsata est; & Imperatrix facta nuptialem conscendit thorum, quinquagesimum & quintum agens annum rugosa concepit. Et cum ista conceptio propter ætatem non crederetur, Henricus Imperator ad tollendam omnium suspicionem, cum tempus partus aduenisset, edicto publico diuulgari cæpit, vt quicumquè vellet interesse futuro Imperatricis partui Panormum venirent, multisque astantibus Imperator in pratis Panormi tentoria ponere fecit, & cunctis videntibus, Imperatrix iam quasi decrepita Infantem peperit, videlicet Fridericum secundum*. Et demum sic Constantiam laudat. *Propterea hæc Constantia si aliquo alio merito vnquam esset extollenda, isto tamen vnico præter naturam partu per vniuersum orbem conspicua & commemoranda facta est* Hæc Bergomensis. Verum hic silentio prætereundus non est Boccatius, qui cum de claris mulieribus verba fecisset, hæc de Constantia Imperatrice perscripsit. *Constantia e summo orbis cardine terris Romanorum Imperatrix effulsit; verum quoniam comæ decus admirationem intuentium minuisse videretur, alia claritatis causa nostro æuo apparere volentibus quærenda est, quæ huic non defuit. Nam si vllo alia non detur merito, vnico saltem partu vndiquè conspicua facta est. Fuit hæc Guilelmi optimi quondam Siculorum Regis filia, cuius in ortu cum adesset, vt aiunt plurimi, Ioachim quidam Calaber Abbas prophetico dotatus spiritu Guilelmo dixit natam Regni Siciliæ desolationem futuram. Qua præfatione stupefactus Rex, atquè perterritus, cum præstitisset vaticinio fidem, secum cæpit anxia meditatione reuoluere, quo pacto posset contingere istud a fæmina. Nec aliter videns quam a coniuge, vel a filio; regno compatiens suo euertere si posset istud, consilio statuit, eamquè, vt connubij, atquè prolis auferretur spes virgunculam monasticis clausam claustris egit, vt Deo perpetuam virginitatem voto promitteret. Nec aspernandum si profuisset consilium. Sed cur aduersus Deum iustè mortalium scelesta facinora expiantem, stolidi, imbecillisquè conatus exponimus? minimo equidem, & vnico frustramur impulsu. Hæc autem cum, Sanctissimo Patre, fratreque extinctis, nemine se præter legitimè regni hærede superstite, iuuentutem omnem*

Boc. de claris mul.

per-

peregisset, iamquè facta videretur anus; sumpsissetquè post obitum Guilelmi regni diadema; Tancredus Regulus, & post eum Guilelmus filius iuuenculus adhuc; eoquè itum est, seu crebra, seu minis digna Regum innouatione vt factionibus Procerum, vndiquè bellis scaturientibus ferro regnum omne in exterminium trahi videretur. quamobrem quibusdam compatientibus infortunio menti incidit, quod postmodum subsequutum est, Constantiam scilicet alicui insigni Principi in coniugem dari; vt eius ope, & potentia pestiferi sedarentur tumultus. Nec absquè dolo, atquè labore ingenti obtentum est, summo consentiente Pontifice, vt in eam Constantia deueniret sententiam scilicet vt nuberet; cum immobilis staret in professionis proposito, & annosa etiam videretur ætas obsistere. Sed cum, ea etiam renuente, res adeo processissent, vt commodè nequirent retrahi, Henrico Romanorum Imperatori olim Friderici primi filio desponsata est. Et sic rugosa anus, sacris omissis claustris, positisquè Sanctimonialium victis, cultu ornata regio, nuptaque, & Imperatrix deuenit in medium, & quæ Deo virginitatem dicauerat perpetuam, thalamum Principis intrans, nuptialemquè conscendens thorum, ea inuita deposuit. Ex quo factum est non absquè audientium admiratione, vt quinquagesimum, & quintum ætatis annum agens, annosa conceperit; & cum tarda penes omnes conceptionis huiusmodi fides esset, dolusquè crederetur a pluribus, ad auferendam suspicionem, prouidè actum est, vt propinquante partus tempore, edicto Cæsaris Matronæ Siciliæ regni vocarentur omnes volentes futuro partui interesse. quibus conuenientibus etiam ex longinquo, positis in pratis extra Ciuitatem Panormi tentorijs, & secundum alios intra vrbem, percipientibus cunctis, Imperatrix decrepita Infantem enixa est Fridericum scilicet. Quis ergo non conceptum, partumquè Constantiæ arbitrabatur monstruosum? cum præter hunc nostris sit nullus auditus temporibus. quid nostris dico temporibus? non ab aduentu Aeneæ ad Italos, vnũ præter, tam annosæ mulieris conceptus Helisabet scilicet Coniugis Zachariæ, ex quo Dei singulari opere Ioannes natus est, cui inter natos mulierum secundus nõ erat in posterum surrecturus. hæc ille. En habes, amice lector, & Constantiæ genus, vaticinium, vitam, nuptias, partum, ætatem, ac partus locum. Audi reliqua ex reliquis de Constantia, dequè Friderico Imperatore scriptoribus. In Proëmio Capitulorum Regni Siciliæ de ipsa Constantia isthæc inuenies. *Moritur autem Guilelmus secundus anno Domini* 1189. *Tãcredus licet naturalis, a Siculis statim coronatur, Proceribus, ac magnatibus, nulla expectata mora, timentibus, ne regnum in Ecclesiam Romanam recideret. Tancredus certè homo* *In capitul. regni Sic.*

tantæ ſocordiæ fuit, vt eum Guilelmus negaret ex Rogerio genitum. Gualtherius vero Archiepiſcopus Panormitanus non valens hæc pati Conſtantiam monialem, ac profeſſam ex Rogerio natam e Monaſterio Panormitano eduxit, eamquè licet Deo dicatam Henrico ſexto Imperatori apoſtolica diſpenſatione in matrimonium collocauit; hac conditione, vt Siciliæ regnum dotis nomine repeteret. Henricus, Conſtantiaquè primo Neapolim veniens oppugnarunt. demum Siciliæ regno debellato, Tancredo tunc mortuo cum aliquibus Siculis proceribus ipſum adiuuantibus anno Domini 1195. *Conſtantia enim quinquagenaria grauida facta eſt, nullo credente Siculo per totam mamillis diſcoopertis Siciliam migrabat lac ſtillantibus tandem ipſius Baſilicæ in publico apud Panormi cimiterium peperit, ne forte partus ſuppoſitus crederetur a Siculis. Fridericum genuit Anno* 1197. *quo equidem anno obijt Henricus Imperator. Conſtantia demum Fridericum filium ſuum adhuc puerum Regem vtriuſquè Siciliæ coronari mandauit anno Domini* 1208.
Hæc ibi.

Quæres hic opportunè cur pontificia auctoritate ſancitum, vt è Cænobij ſolitudine ad nuptiarum regale ſolium conuolaret, quæquè mundo, nuncupatis votis, nuncium remiſerat, regni gubernacula tractaret, atque in regni puppi ſederet. Iam cauſam noſti. Sed ex Florentino Archiepiſcopo ampliorem habeto, qui de Friderico ſic ait. *Hic ſiquidem filius fuit Henrici Sexti Imperatoris, qui Henricus filius fuerat primi Friderici Imperatoris, qui etiam magnas perſecutiones Eccleſiæ intulerat. Hunc ergo Henricum Imperatorem Clemens III. de Alemania euocauit, vt Romam veniens bellum moueret contra Tancredum filium alterius Tancredi, & nepotem per lineam fæmininam Roberti Guiſcardi. qui Tancredus tunc erat Rex Apuliæ, & Siciliæ, ſed cenſum debitum non reddebat Eccleſiæ, & dignitates Epiſcopatuum, & Abbatiarum regni conferebat, cui volebat contra ius, & in dedecus Eccleſiæ. Quæſiuit ergo dictus Clemens Papa auferre regnum Tancredo. vnde ordinauit Archiepiſcopo Panormitano, vt Conſtantia ſoror Regis Villelmi, & hæres regni Siciliæ, quæ monialis erat in Monaſterio Panormitano, è Monaſterio egrederetur, cum iam eſſet ætatis quinquaginta annorum diſpenſando ſecum, vt contrahere poſſet matrimonium. Et dictus Archiepiſcopus Panormitanus procurauit, vt clam Romam ipſa Conſtantia accederet; quod & fecit; ibiquè deſponſata, & coniugata fuit Henrico Imperatori, ex qua non multo poſt filium ſuſcepit Fridericum Secundum, de quo intendimus. Reuerſa igitur in Siciliam grauida, cum multi dubitarent de vero eius conceptu, cum ita eſſet antiqua, ac vicina partui fecit papilionem extendere in medio cuiuſ-*

Par.3.tit. tit.19.c.6.

cuiusdam plateæ Panormi, & edictum posuit, vt si qua mulier vellet accedere, & intrare papilionem, cum esset partitura, libere intraret, vt tolleretur omnis suspicio de vero eius partu. Natus ergo Fridericus iste ex moniali iam quinquagenaria &c. Hæc S. Antoninus.

Reliquum est, vt de loco ipso, vbi fuit a Constantia Fridericus enixus, pauca dicamus, aperiamusquè nostram de hac disputatione sententiam; cum de Rep. Panormitana vel non detrahenda, vel certè non imminuenda sit gloria; maior.n. ea ex ipsius Imperatoris in ipsa Vrbe, quam ad Vrbem ortu consequitur.

Errant vel maximè, qui putant historiæ veritatem vel coniecturis, vel temporum notis inniti oportere; præsertim vero cum ex alio capite haberi veritas possit. tunc vtendum coniecturis, tunc temporum adhibendæ sunt notæ, quando vel traditio, vel testimonium, vel scriptorum desideratur auctoritas. Et planè historia nihil aliud est, quam vel rerum gestarum expositio, vel res gesta ab ætatis nostræ memoria remota. Siue elegantius, & argutius. Historia testis est temporum, lux, vel imago veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis. Et rectè quidem imago veritatis; imago.n. ea absolutissima dicenda est, ait Viues, quæ rem nequè maiorem, nequè minorem reddit, non vt vmbræ in ortu, & occasu solis, in meridie propè nullæ. *Cic. 1. de Inuent. lib. 2. de orat. ad Q. fr.* *Lib. 2. de caus. corrup. artiū.*

Qui igitur, vt Philippus Bergomensis ait, Henricum in Panormi pratis posuisse tentoria, vt suspicio prorsus de edenda prole tolleretur, coniecturas, non veritatis lucem sequitur. in eam.n. opinionem is incidit infinitam propè hominum, ac fæminarum multitudinem edicto Regis excitam ex tota Sicilia Panormum conuolaturam, vt nouo parturientis effœtæ Imperatricis spectaculo interesset; cumquè ea conuenisset (quod probandum) in panormitanis æquoribus tentoria collocanda decreuit Henricus. Sed reuera hæc Bergomensis coniectura derogat mirumquantum Regiæ maiestati, & grauitati; Regis.n. grauitatem de decebat, ac maiestatem cuiuscumque sexus, vel ætatis conferta multitudo; contra verò addecebat vel maximè matronarum delecta nobilitas.

Historiæ itaquè veritas de Friderico suis aperienda momentis, quæ cum & traditioni innitatur, & testimonium proferat, & scriptorum auctoritatem nō desideret; quidnam prohibet, quo minus asseramus in Basilicæ area Fridericum a Constantia fuisse progenitum?

Et traditio quidem, cum ne tantillū quidem immutatur, ac euertitur, admittenda. & forte iuxta hoc dicendi genus dixit Tertull. Traditio est nihil quæras amplius; cum a maioribus nostris ibi *Tertul.*

peperisse Constantiam tradatur, vbi hodierna luce fons ante ædem maximam testis regiæ liberalitatis existit. Traditionem certè consequitur & multorum testimonium, & auctorum auctoritas. Quid .n. eo vel clarius dici potest, vel luculentius in proemio capitulorum Regni Siciliæ literarum monimentis commendatum, de quo supra; *Constantia quinquagenaria grauida facta, nullo credente Siculo, per totam mamillis discoopertis Siciliam migrabat lac stillantibus, tandem ipsius Basilica in publico apud Panormi cimiterium peperit, ne forte partum suppositum crederent Siculi, & Fridericum genuit.* Quid eo Beneuenuti Himolensis dicendi genere vel ad rem aptius, vel præclarius? *Fridericus &c. natus ex Henrico sexto, & Constantia sorore Regis Siciliæ, quæ cum antiqua esset sub papilione Panormi in medio plateæ, vt tolleretur omnis suspicio, in lucem edidit.* Quid eo D. Antonini Archiepiscopi vel distinctius excogitari potest, vel explicatius? *Reuersa igitur*, Constantiam intellige, *in Siciliam grauida, cum multi dubitarent de vero eius conceptu, cum ita esset antiqua, ac propinqua partui, fecit papilionem extendere in medio cuiusdam plateæ Panormi, vt si qua mulier vellet accedere, & intrare papilionem, cum esset partitura, liberè intraret, vt tolleretur omnis suspicio de vero eius partu. Natus ergo Fridericus ipse ex Moniali iam quinquagenaria.* Quid deniquè eo vel illustrius, vel certe nobilius? *Natus fuit Fridericus in Ciuitate panormitana ex antiquissima muliere, quæ, ne crederetur partum esse suppositum, publicè in medio palatij peperit.* Audiendus itaquè Bergomensis haud est, cum eius sententia (de Boccaccio nihil, cum is ad neutram inclinet partem) præterquamquod singularis est, ac nullam facit fidem, plurimorum, grauissimorumquè sit auctorum inimica sententiæ; Et cum hac in re nullæ extent publicæ tabulæ, nulli certi, firmiquè characteres, sed consonus scriptorum dumtaxat consensus habeatur, cōsentaneum est, vt eos sequamur duces, qui vnanimi consensione idem afferunt, idemquè probando confitentur.

Loco supra laudato.

In opere de Hist. ætatū mundi cum addit. Aeneæ pij papæ. Loco supra laud.

Ex vocabulario iuris in fine.

Huc accedit & illud, quod pænè me fugerat, elogium, quod cum fuerit a viro erudito confectum, & graui non dubitandum certè est quin id veritatem propius attingat. In Constantiæ sepulchro scriptum inuenies in æde panormitana maxima.

Ex m. s. ēt antiq. asseruato apud D. Marianum de Caluellis.

Cæsaris Henrici latet hic Constantia coniux
Vndeno lustro hac platea rugosa sacerdos
Facta, dedit partu Fridericum Augusta secundum.
Pro meritis sacrata tenet sic ossa Panormus.

Iudicet ergo lector arbiter, an ea Bergomensem fefellerit opinio, nec ne, qui profecto si legisset, quæ ceteri conscripsere, sen-

ten-

tentiam sine dubitatione mutasset. Nec planè inconstantiam eius iure quis argueret, cum doctiorum, prudentiorumque sit cognitis, libratisquè hinc, inde rationibus, quod D. Thomæ Aquinati in Theologicis, grauissimisquè disceptationibus vsuvenisse certum est, sententiam deponere, idque, quod mordicus, constanterquè propugnarunt, acriter impugnare.


Ceterum haud me latet Vrbem regiam Panormitanam posse ceterorum etiam Regum, ac Imperatorum ortu non immerito gloriari. Nam dempto Henrico sexto Imperatore, ac Rogerio Comite Normanno, iure potest affirmare ceteros esse ciues suos. De Rogerio .n. Rege primo, de quo suo loco, qui primus diadematis honore Panormi fuit affectus, quis est, qui dubitet, quin Panormi natus? ex aduentu.n. Rogerij in Siciliam Patris vsquè ad eius mortem duodeuiginti pænè interfluxerunt anni, nec quispiam est, qui asserat alibi a Rogerio Comite Rogerium Regem filium fuisse procreatum, nec Ciuitas vlla est, quæ suum dicat, suum repetat, suum esse confirmet. Inde si paulatim facto quodam gradu ad ceteros delabamur ex Rogerio primo Rege Rex Guilelmus cognomento malus, & Constantia Imperatrix. ecce tibi quod non solum Imperatorum aula, sed Imperatorum cuna Panormus est. ex Guilelmo Guilelmus bonus; ex hoc Rex Tancredus nothus, qui, mortem obeunte Guilelmo, superstes triennium Siciliæ impetrauit; donec euocatus ex Germania Henricus Sextus Constantiam Monialem, & vt autumant plerique S. Saluatoris Abbatissam duxit in vxorem. Ex quo natus noster, de quo supra, Fridericus, ex Fridericus Conradus, ac Mamfredus Reges; qui omnes iure panormi orti, ac panormitani ciues omnino dicendi. Nam (& in hoc quidem probando coniecturis vtendum) cum Reges sedem suam in Regia panormitana Vrbe collocarint, & in eiusdem luce versati hic vixerint; nec planè aliud quid obstat, quod oppositum vel suadeat, vel saltem innuat; commodius, ac rectius mihi videtur asserendum hosce Reges, ac Imperatores hactenus recensitos; aliosque, qui ad me adhuc legentem non peruenerint, Panormitanos Ciues esse nuncupandos. Appelletur itaquè Vrbs Panormitana Regum Patria, Imperatorum, ac Imperatricum cuna, Monarchorum aula. Patria quidem, cum Reges pariat, Cuna cum foueat, Aula, cum euehat.

Ex antiq. m. s. quæ asseruantur apud D. Marianum de Caluellis

CA-

CAPVT II.

De Regibus Panormi diademate donatis.





Anormitanæ Vrbis maiestas non minus ex Regibus Panormi ortis, quam ex Imperatoribus diademate donatis iure celebratur, iure suspicitur. cum .n. & Siciliæ caput, & Regum Regia sit a natura Panormus constituta, ab scriptorum annalibus decantata, & ab Regum, Imperatorumquè approbata monumentis, quod suum erat, natura concessit, contra vero quod in Regum voluntate situm, Reges, qua sunt munificentia, elargiti. Naturæ itaquè beneficio Reges illa suscepit, Regum munere Reges coronandi sortita dignitatem. Quæ profecto quanta sit gloria, quantaquè maiestas ex tertio capite latius cognosces. Ceterum illud de Regibus corona donatis iure inficias ire quis possit, quin Panormi plures regio fuerint diademate insigniti? At consiste amabo te inquies. Est qui neget. Quonam is nixus fundamento? Valido. videlicet in figmento, vt assolet, suo. O rem egregiam. Hic planè, cum in panormitanam Remp. male sit affectus; iure ne, an iniuria vel idem ipse sit arbiter, quicquid potest de illius dignitate incōdita, dissonaquè oratione detrahere, detrahit quidē. Nec eius honesto pudore suffunditur vultus, cum sibi constet satis se quoties Panormitanæ maiestati conatur officere, veritati officit. miror plane. Is itaq; in ea opinione versatur vix vnū Fridericū secundū in toto Fazello ab Panormitano Archiepiscopo coronatum. Videamus, an ea consistat opinio, repetamusquè paulo altius exordium, vt ex eo deinde necessaria consequutio inferatur, & oppositæ opinionis falsitas luculentissimè deprehendatur. Dictum superius est Panormitanos Claramontanorum arte circumuentos ita se in Martinum Regem habuisse, vt non mediocrem illi conflauerint iniuriam. Is vbi gubernacula Siciliæ tractanda suscepit, repente è vestigio Panormitanorum nomine legatos excepit, vt in panormitanos fraude deceptos iracūdiam omnem, odiumquè deponeret, & Regum more Panormum accederet, vt eo loci Regalibus infulis ornaretur. Huiusce rei veritas iam habes apud laudatos auctores loco supra laudato. eademquè ex ore ipsius Regis rem omnem breui orationis anfractu proponentis

Alb. pic. de antiq. iure Eccl. Sic. c. 24. ad calcem partis secundæ.

ponentis

ponentis excipitur. *Tandem*, sic Rex habet, *Vrbs Panormitana depulsa terroris Henrici de Claramonte caligine, stimulo naturali compulsa iugum tyrannicum abiecisset, libertate adepta de nouo alios suos legitimos ambaxiatores ad nostram serenitatem transmisit, qui pro parte vniuersitatis prædictæ eidem Serenitati capitula obtulerunt, super quibus nostras responsiones fecimus.* In quarto Capitulo. *Inter alia priuilegia Vrbis Panormitanæ, & Cathedralis Ecclesiæ dictæ Ciuitatis sit confirmatum, approbatum, &, si necesse est, denuo concessum, vt prædicti Serenissimi Rex, & Regina, & omnes alij eorum successores sequentes vestigia eorum Serenissimorum prædecessorum debeant coronari, & recipere suum Sacrum diadema in eadem Ciuitate Panormi in loco solito, & consueto; nihil ominus dictam coronationem recipere per manum Reuerendi Archiepiscopi Panormitani, qui pro tempore erit, sicut mos semper fuit, ex vi priuilegiorum dictæ Ciuitatis, & ad consolationem dictæ Vrbis, & vniuersitatis dignentur dicti Domini Regales exequi dictam coronationem. Placet Regijs maiestatibus, quod coronatio Regalium fiat in Vrbe Panormi, pro vt fieri debet, & hactenus fuit consuetum; quam coronationem dictæ Maiestates celebrabunt quam citius poterunt ad totius Regni consolationem.* Hactenus ille. Et hinc obiter scias velim id, quod a Ranzano docetur, quod ita profecto magnum est, vt & peculiarē gloriæ materiē vrbi panormitanæ suppeditet, & eorū dicacitati silentiū opportunus indicat, cū autumēt, Regis priuilegio nescio quo Messanę fuisse concessum honorem illum, qui ex Rege regio diademate Panormi insignito proficiscitur, a Panormitana Vrbe cum Messana communicari, communemq; coronationem haberi oportere. Ego studium omne, operamque in hoc disquirendo diplomate collocaui. atquè vt ingenuè fatear, oleum, atquè operam perdidi. Non inueni. Nec inuenere eruditiores viri. Hoc dumtaxat me inuenisse autumo, quod testatur Ranzanus vir doctissimus, idemq; grauissimus auctor, cuius quidem auctoritas, vt alibi etiam dixi, non est ita facile vel refellenda, vel negligenda. *Arx*, inquit, *illa, quam supra docui in Vrbis postrema parte, quæ occidentem spectat, sita olim clarissimorum Regum Siciliæ, atque Imperatorum palatium magnificè, ac splendidè extructum, in multis sui partibus hetrusco marmore, auroque, ac gemmis eximiè exornatum. a partibus vero, quæ patent extrinsecus prealto muro, crebrisquè turribus munitissimus. Ciuitas ipsa inprimis opulenta, ac nobilis, & populosa, maiorumquè gloria clara; cumquè per tempora Normannorum Regum, quorum sedes in ea vrbe per multos annos fuisse supra docui, multo in honore habita esset, eo quoque dignitatis titulo pollere eam Reges ipsi voluere, vt nemo in Sicilia, atquè in ea Italiæ parte, quod Neapoli-* *In lib. annalium tēp.*

poli-

„ *politanum regnum nunc dicitur, iure, ac ritè regiam dignitatem consequeretur, qui non Panormi regia corona more maiorum donaretur.* Hæc ille. Consonat & Fazelus. *Ad quartum,* ait, *Angulum occiduum ædicula est vetus D. Mariæ Incoronatæ Sacra, veteri Panormitano templo, quod Gualterius diruit, cohærens. In ea priscos Siciliæ Reges vngi, ac regia insigniri corona mos erat. Quod quidem a Rogerio Rogerij Siciliæ Co-*

L.8 d.p.

„ *mitis filio initium cæpit, qui anno salutis* 1129. *cum Siciliam, Apuliam, Calabriam, & magnam lybiæ oræ partem possideret se indignum ratus tantum imperij sub angusto Ducatus, & Comitatus titulo continere, primus om-*
„ *nium Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Rex appellari, ac regia corona Panormi hoc loco insigniri se voluit; suamq; in ea vrbe, atque*
„ *futurorum Siciliæ Regum sedem constituit; edixitquè, vt Siciliæ* Reges, *eiusque Italiæ partis, quæ eo tempore Ducatus Apuliæ, & Principatus Ca-*
„ *puæ, & nondum Regni titulum habebat, Principes Panormi, & non alibi regio diademate inuestirentur; vt eius diplomate dato Panormi anno salutis* 1129. *die* 15. *Maij constat.*

Porro longè me Populorum acclamatio, Procerum, Dynastarumquè de Rege recens redimito lætitia digredientem reuocat, monetquè, vt Reges hic honore diadematis affectos percenseam numerando; sic .n. in regio veritatis solio sita Panormitana Maiestas non suspiciatur modo, sed ab vnoquoquè etiam mirumquantũ percolatur. Et licet attentè Martini Regis orationem perpendenti ea veritas constet, volens tamen paream, ac lubens, ne Panormitanæ maiestatis decus lateat neminem.

Ex m.s. antiq. penes D. Mariarũ de Caluellis.

Lubet hic Regum breuiter historiam contexere, nedum innuere, ex antiquissimo m.s. depromptum, quod & Papyrus ætate consumpta, & character suadet antiquior. sic planè quod desideratur perspectum tibi erit, ac exploratum satis. Siquis autem ampliorem velit, eum consulat iam hac de re typis excudentem opus, qui hanc sibi prouinciam summa cum sui nominis dignitate suscepit.

Anno itaquè a Virginis Puerperio 1068. tres ex Normannia Guiscardi Comitis filij sese in Apuliam conferunt. Aliberto alteri, alteri Guilelmo, tertio deniquè Rogerio nomen. Armis vt primum Tarento, sic dein pedetentim & Italia, & Brundusio, & Apulia, & Capua, & Calabria vniuersa ab Sarracenis oppressa trienniũ potiuntur. Iam victores in nostram traijciunt Siciliam, eamquè Sarracenis deuictis, ac funditus prostratis in suam vndecim annorum interuallo subijciunt potestatem. quodq; sibi iam vnanimes & vitæ percuiis, & sanguinis effusione comparauerant, absciderunt. Apulia quidem Aliberto, Guilelmo Capua, Calabria, & Sicilia

ob-

obtigit Rogerio. Hinc dux ille, alter Princeps, tertius deniq; comes nominatur. Aliberto, & Guilelmo demortuis Apuliæ, & Capuæ Rogerius hæres, qui cum etiam anno 1101. diem obiret suum binos liberos ex Aloysia Hierusalem Regina susceptos superstites reliquit. Simon Alter, alter Rogerius. eo denato bonorum omnium Rogerius hæres. Iam anno 1128. seu vt alijs placet 1129. Rogerius Comes Simonis frater primus omnium primũ Panormi diadema suscipit, & ab vnoquoquè Rex acclamatur, salutatur. anno vero secundo regni sui tum Ciuitatem, cum Cephaludensem construxit Ecclesiam.

Hæc inter scribendum vir quidam religiosæ familiæ. ab spectatæ virtutis viro quodam ipsi chronicon traditum m. s. Fratris Maraldi Carthusiani Cænobitæ, quod Proceres, Dynastas, Archiepiscopos ad Regiam Rogerij dignitatem spectandam confluentes affert in medium, summa ad me cum celeritate Neapoli transmisit. Vidi, legi, descripsi, atque id, cum in hunc locum percommodè cadat, adijciendũ integrum putaui, vt tanti Regis gloria, Reiq; publicæ panormitanæ decus magis, ac magis efflorerer. Illud itaquè sic habet.

Mortuo Guilelmo Apuliæ duce, & extincta prorsus linea Roberti Guiscardi, Rogerius filius Comitis nostri Eremi fundator, Ducatum Apuliæ occupauit; qua de causa a Pontifice fuit excommunicatus, & post reconciliationem cum Pontifice habitam per apostolicum diploma ei ducatum contulit. Itaquè ditionem habente Rogerio Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ, Sergium Ducem Neapolis in bello vicit, obtinuitq; etiam principatum Capuæ; & nihil faciens ducalem titulum, consilio, & sententia Satraporum, & Magistratus Regis titulo nuncupari voluit; ad cuius actus celebritatem quamplures fuerũt auiti Archiepiscopi, & Episcopi, varij Comites, & Milites, cũ quibus etiam Magister Radulphus a Crucifixo Eremi Magister voluit tantæ interesse solemnitati, & decurrente anno M. C. XXIX. Ind. VIII. Kal. Maij discessit vna simul cum Episcopo Melitensi, & Squillacino, & in nauigatione ob tempus, & pluuiam multa passi sunt incommoda, tandem ad Ciuitatem „ Messanæ appulerunt, vbi ab illius Ciuitatis Episcopo mira cum charitate recepti fuerunt; post tertium quoque diem iter " habuerunt Panormum versus, vbi inuenerunt apparatus quamplures occasione tantæ solemnitatis; & idibus Maij constituta die pro Rogerij coronatione comparauit suo in palatio indutus Regali vestimento auro contexto, capite cooperto paruo

Ex Chron. m. s. fol. Maraldi.

Cccc seri-

sericeo bireto, catena aurea ad collum, multiplici gemmarum textura, variata, & equo residens ad Maiorem Ecclesiam magna prælatorum, & procerum simul equitantium cohorte ductus fuit, vbi a Clero summo cum honore receptus est. Erat quippe templũ pretiosissimo, ac nitidissimo apparatu exultum; ita vt intuentium oculos summa admiratione afficiebat, ibiquè tantus diuersarum nationum concursus fuit, vt vix ad Ecclesiã pateret aditus. factis aliquibus cæremonijs a Prælatis, tandem Beneuẽtanus, Capuanus, Salernitanus, & Panormitanus regale diadema varijs contextum gemmis Rogerij caput ornarunt, eiquè sceptrum tradiderunt, & Regis titulo ab omnibus fuit acclamatus. & hymno dicto pro gratiarum actione, omni genere musicorum, tubis, cytharis, & symphonijs (ipsis, & Rege equitantibus) associatus fuit per vrbem, & ad Regiã ductus, quibus omnibus adfuere, Rogerius Archiepiscopus beneuẽtanus, Phi-
" lippus Archiepiscopus Capuanus, Romualdus Archiepiscopus Salernitanus, Petrus Archiepiscopus Panormitanus, Angelus Ar-
" chiepiscopus Barensis, Verterandus Archiepiscopus Tranẽsis, Arnulfus Archiepiscopus Cosentinus, Ioannes Sanctæ Seuerinæ Archiepiscopus, Gualterius Archiepiscopus Tarentinus, Ioannes Cã-
" nensis Episcopus, Hugo Messanæ Episcopus, Riccardus Caietæ Episcopus, Sigebertus Atinensis Episcopus, Trustinus Mazzarinus
" Episcopus, Petrus Rauellensis Episcopus, Rolandus Episcopus Syracusanus, Honorius Episcopus Troianus, Rogerius Episcopus Agrigentinus, Robertus Episcopus Auersanus, Angerius Catanensis Episcopus, Nicolaus Crotonensis Episcopus. Adfuit etiam Episcopus Grentinus, Tropetanus locrensis, Brisedianus, & Cassanensis, Raynaldus Calamontarius, Abbas Cassinensis, Vnfridus Abbas, Stephanus Abbas, Desiderius Abbas, & Radulfus a Crucifixo Magister Eremi. Ad fuerunt quoque Goffridus loritellus Comes Catanzarij, Riccardus Dux Caietæ, Ammianus Regis Conradi legatus, Rogerius Culchebret Comes Arenæ, Canzolinus Rogerij Cancellarius, Nicolaus Rogerij Prothonotarius, Anselmus Piperio Comes, Ranulphus Comes, Tancredus Filangerius, Guillelmus Culchebret de Arenis, Hugo de Claramonte, Rogerius Auenaculo, Goffredus Altauilla, Hugo Gaffreo, Fulco Catacensis, Vnfridus Bonellus, Petrus de Montorio, quamplures alij milites, & innumerus populus. Vita functo Honorio Pontifice in Pastorem vniuersalem fuit ad lectus Gregorius Diaconus Cardinalis dictus Innocentius II. qui noluit hanc coronationem pontificio confirmare diplomate, & quoniam aduersus

In-

Innocentium, Petrus Cardinalis schismate fuit in Pontificem creatus; dictus Anachetus II. Rogerius ad hoc fuit priuilegio confirmatus, qui multa multis concessit, & Magister Rodulphus obtinuit cõfirmationem gratiarum a Rogerio Comite eius Patre concessarum. Hactenus Chronicon.

Ego quidem, vt rem ingenuè fatear mi lector, fateor certe mira me triumphasse lætitia, atque incredibili exultasse gaudio, vbi sumpsi chronicon in manus, vbi legi, vbi vidi plura in eo disseminata, ac sparsa tum in Cardinali Baronio, tum in Pontificis Innocentij II. diplomate, tum denique in Alexandro Cælestino Abbate, dequo Vindicata Veritas Panormitana mihi scripta, ac Venetijs, mihi typis impressa iam meminit, qui quidem Abbas cum consulentium Dynastarum, Procerum, ceterorumq; sententiam referret, vt tendem deposito Ducis titulo regium regiæ dignitatis gradum Rogerius ascenderet, sic ait. *Vt ipse, qui tot Prouincijs Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, ceterisquè regionibus, quæ penè Romam vsquè habentur, Domino cooperante dominabatur, nequaquam vti Ducalis, sed Regij illustrari culminis honore deberet; qui etiam addebant, quod regni ipsius principium, & Caput Panormus Siciliæ Metropolis fieri deceret, quæ olim sub priscis temporibus super hanc ipsam Prouinciam* Reges *nonnullos habuisse traditur, quæ postea pluribus euolutis annis, occulto Dei disponente iudicio, nunc vsquè sine Regibus mansit.* Et paulo post. *Nam si regni solium, sic probatissimi quìquè, ac Primates inquiebant, in eadem quondam Ciuitate ad regendum tantum Siciliam certum est extitisse, & nunc ad ipsum per longum tempus defecisse videtur, valde dignum, & iustum, vt in capite Rogerij diademate posito regnum ipsum non solum ibi modo restituatur, sed in ceteras etiam regiones, quibus dominari cernitur, dilatari debeat.* Hæc ille. Plura hic habes, quæ suis sunt libranda momentis, at suo loco scilicet cum tertio libro de Primatu vrbis differetur, ad Rogerium redeamus.

Tom. 12. ad annum 1126. f. 174.
Inn. Pont. in suo dipl.
Alex. Abbas lib. 2. de reb. gestis Reg. Sicil. Regis f. 107.

Rogerius itaque anno 1130. rursus tum efflagitante populo, tum suadentibus Dynastis regio diademate insignitur. Vin' diem. docet & Alexander Abbas, & Falconis Beneuentani chronicon. *Anno igitur ipso prædictus Anacletus Cardinalem suum, Comitem nomine ad Ducem illum direxit, quem die Natiuitatis Domini in Ciuitate Palermitana in Regem coronauit. Princeps vero Robertus Capuanus coronam in capite eius posuit.* Id ex Chronicon, Nequè verò passus est, fortuna sibi obsecundante, Rogerius Regis Siciliæ dumtaxat nomine decorari; progressus quidem vlterius: voluit etiam vt Italiæ Rex communi omnium ore, omniumquè suffragijs & vocaretur, & habere-

tur. In ære campano characteres inscripti, quod Guza communiori vocabulo Panormitani vocant, id luculentissimè vel testantur, vel profitentur. In eo sic reperies. *Anno ab Incarnatione* 1136.*Ind.*14. *fusa Panormi. Rogerius Siciliæ, Italiæquè Rex Magni Comitis Rogerij filius me dextera Bion's fundi, ac D. Mariæ dicari iussit.*

Verum cum meum certe non sit Regum historiam, sed eos solum qui regium Panormi diadema suscepere; vel describere, vel prosequi, ab instituto reuocor meo. Iam eorum Chronologia lucem paulatim intuetur, itaquè intuetur, vt rebus plurimis multiplici varietate, ac difficultate irretitis viri industrij, ac naui opera lucem ferat. E vita igitur anno 1154.26.Feb. Rogerius excessit, qui Guilelmum filium ita corruptum, ac deprauatum moribus, vt iure malus vocaretur, ac Constantiam filiam superstitem reliquit. Hic itaque vel viuente, sed annuente Patre, Panormi ab Ioanne de Caluellis corona donatur. Rex sic habet. Sanctam itaquè Panormitanam Ecclesiam, quã ex generali voto diuinæ religionis intuitu amplectimur, & quadã speciali prærogatiua infra nostri pectoris claustra præcipua dilectione gestamus, tum quia & Regij diadematis nostri primitias in ipsa, & ab ipsa suscepimus. &c. Datum in Ciuitate Messanæ per manus Maionis magni Admirati Admiratorum anno dominicæ Incarnationis M.C.LVIIII. mense Iunio VII. Ind. De hoc late Geruasius Tornacæus Suessionensis. eum consule.

Ex lit. dat. Mess. 1164 mense Iun. 7. Indict.

In hist. Hugon. fal.

Guilelmo primo demortuo 1173. Guilelmus II. filius cognomẽto bonus Panormi ab Mamfredo de Caluellis 1176. diademate insignitur. huiusce imperio Montis Regalis templum toto orbe celeberrimum extructum, ac diuino annuente numine quicquid auri, argentiquè eius humi abdiderat Pater inuentum. Guilelmi hodierna luce cadauer iacet in regia Montis Regalis æde maxima, quod in marmoreo conditum tumulo ab Ludouico de Torres Archiepiscopo, ac demum S. R. E. Cardinali excitato hac inscriptione celebratur.

Guilelmo II. cognomento bono Regi Siciliæ, qui vixit ann. 46. templum hoc Virgini Dei Genitrici statuit, Cœnobium illi coniunctum extruxit, magnificentissimis donis, & vectigalibus ditauit, Montem Regalẽ a Lucio III. Pont. Max. Metropolim constituendam curauit. Siciliã tributis leuauit. Pacis, ac iustitiæ cultor fuit. Vt iustissima, sic ex sententia semper bella confecit. Sanctam Sedem apostolicam contra eius hostes omni ope, & consilio iuuit. Obijt anno sal. ∞ CXXCIX.

Post

Post hunc regni Siciliæ sceptrum, cum amplius ex superioribus Regibus proles regia non existeret, sumpsit Tancredus ex Simeone de Caluellis quamuis natus ex Pellice, cui iure successit Henricus, qui anno 1186. ex Andrea de Caluellis in Panormi Cathedrali templo regium diadema suscepit. Id ex eius diplomate iam habes. *Ex dip. dat. Pan. 1195 mense Iun. Ind. 14.*

Nos autem attendentes deuotionem dilecti filij nostri Bartholomæi venerabilis Panormit. Archiepiscopi, & omnium Canonicorum Panormitanæ Ecclesiæ; considerantes etiam dignitatem, & prærogatiuam ipsius Eccl. panormitanæ, quæ sedes est, & caput Regni nostri Siciliæ, & in qua ipsius regni coronam primo portauimus, vna cum dilecta Consorte nostra Constantia tarenos viginti septem mille, & ducentos singulo anno super dohana regia in augmentum præbendarum concedimus. Datum Pan. per manum Alberti Imperialis aulæ Prothonotarij 3. Idus Ian. 1195. *Ind.* 14. *Tom. 12. f. 373.*

Satis scio, vt Baronius testatur, eum primum appulisse Messanam, ibiquè summo cum honore susceptum, vt tamen diademate insigniretur, Panormum iter instituit, ac mutuis gratulationibus, atquè colloquijs cum Panormitanis Proceribus vltro, citroquè habitis corona donatus; vt ostenderet eam dignitatem, & gloriam Regiæ Panormitanæ Vrbi, ex qua suo iure euocabatur, deferendam. Qui plura de Henrico ardet cupiditate cognoscendi legat Arnoldum lib. quinto, cap. secundo.

Ex Henrico, & ex Constantia Moniali, de qua supra diximus satis, ortus Fredericus, qui cum quartum agitaret annum orbatus est Patre, septimumquè attingens Siciliæ sceptro ex Simeone de Caluellis exornatus. Duxit in vxorem Isabellam Filiam Ioannis Regis Hierusalem, indequè Rex Hierusalem appellatus. Ex ea Henricum, & Conradum suscepit. Et sicut nihil est, cur dubites, quin hic Panormi ante Basilicam sit ortus, ita etiam sit Panormi diademate insignitus. testis locuples est idem ipse Imperator. *In nomine Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Amen. Fridericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ &c. Habentes quoquè præ oculis, quod in ipsa Ecclesia Panormitana sacram vnctionem, & regium suscepimus diadema, quia etiam sicut ipsa Ecclesia prima est inter omnes Ecclesias Regni nostri & excellentia dignitatis suæ ceteris Ecclesijs præeminet, sic diuitijs debet excedere vniuersas &c. Data in Vrbe felici Pan. anno domin. Incar.* 1200. *x. Ian. Ind.* 14. & alibi. *Ex prio. dato Pan. an. 1200.*

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Fredericus Secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ &c. Inde est, quod nos attendentes qualiter venerabilis, & veneranda Sacrosancta Panormitana Ecclesia, quæ caput est, & sedes regni nostri & anti- *Ex dip. dato apud August. 1215.*

antiquitate sit nobilis & dignitate, & speciali prærogatiua inter omnes alias regni nostri Ecclesias prima, & merito principalis, quia tamen multa persecutione vallata non modicam sui iuris iniuriam partitur, ne nostro felici tempore, quod passa est hactenus patiatur; considerantes quod in ea sanctam vnctionem, & regium suscepimus diadema &c. Acta sunt hæc anno dominicæ Incar. 1215. *quarto nonas Apr. Ind.* 3. *apud Augustam.* & alibi.

Ex dip. dat. Pan. 1233 *Fredericus Secundus &c. Cum felix Ciuitas nostra Panormitana, in qua educati sumus, & regium suscepimus diadema, prima regni nostri sedes existat, & a progenitoribus nostris priscis regibus multis approbatis consuetudinibus fuerit approbata* &c. Dat. Pan. die 12. Oct. 1237. 7. Ind.

Carol. Sigon. in hist. de regno Ital. l. 18. Friderico itaque iam animam agenti testamentum conditur, ex quo Siciliæ, ac totius hæres imperij Conradus filius constituitur. *Conradum*, inquit, *si decedere contigerit sine liberis, ei succedat Henricus Filius noster, quo defuncto sine liberis, succedat Mamfredus filius noster. Conrado autem manente in Alemania, vel alibi extra regnum; statuimus prædictum Mamfredum Baiulum dicti Conradi in Italia, & specialiter in regno Siciliæ.* Maurely. lib. 2. f. 119 Bzou. ann. 1251. n. 1. *Successit itaq; imperio Conradus, qui Conradinum, seu Conradum II. Ex Margarita Leopoldi Austriæ Ducis filia suscepit; quiquè nihil Innocentij pontificio anathematis fulmine perterritus ad Siculos literas exarantis, ne alteri, quam Romani Pontificis dicto essent audientes, veneno confectus excessit è vita. Eius cadauer in mamertinam ædem maximam iam elatum, antequam terræ mandaretur, fato nescio quo, seu satius diuino disponente numine, ab excitatis ignibus absumptum.* rem omnem id distichon aperit eius tumulo inscriptum.

Georg. Gual.

Imperio præstans forma, Conradus, & armis,
Pro meritis cineres dat tibi, Zancla, suos.

Conradini igitur nomine Mamfredus Siculã prouinciam suscepit administrandam; de quo quidem cum fama percrebuisset iam mortem cum vita commutasse; Mamfredus, qui regnum affectabat, plura pluribus beneuolentiæ significationibus oppida occupauit. Euocatus a Pontifice, renuit. iusta ratione commotus ille Mamfredum ab Ecclesiæ Societate diremit, monuitquè tum Vicarium, tum Ciuitatis Mamertinæ populum Mamfredi sectatorem, vt se se Romanæ Ecclesiæ subiectos & recordarentur, & profiterentur. tandem cum hic in gratiam redijsset cum Pontifice, & Siculum, & regnum neapolitanum accepit, sed ad institutum

Bzou. an. 1251. nu. 210.

An-

Anno itaquè 1258. Mamfredus Panormi coronatur 10. Augusti Ind. 1. Constat ex eius diplomate. *Dum*, inquit, *Reges Siciliæ, & Imperatores progenitores nostri in panormitana Ecclesia honoris excellentis insignia in vita consueuerunt recipere, & post fata quiescere in Domino dormientes, vbi etiam cælesti præsidio clarum feliciter suscepimus diadema &c.* satis scio diuersis in historiæ suæ locis affirmare Fazelum a Mamfredo fuisse regium diadema susceptum anno 1256. sed reuera ex errore id asserit, cum ex m. s. antiquissimis penes me asseruatis, & ex alijs etiam diplomatibus diligentissimè perlectis deduco fuisse, vt dixi, anno 1258. regia corona insignitum. Præterquam quod literæ illæ ab eodem Mamfredo datæ 1258. 26. Aprilis. Ind. p. satis id apertè demonstrant, in quibus se Conradi secundi Regis Siciliæ Baiulum profitetur. Non id ergo temporis, vt Fazelus opinatur, salutatus est Rex. Verum vt omittam commissa inter Mamfredum, & Carolum Andegauiæ Ducem Sancti Ludouici Gallorum Regis fratrem, ac inter Conradinum, eumdemquè Carolum prælia, vt omittam Gallorum internecionem omnium pænè monumentis exaratam, qua de scatent libri, cum id instituti, ac probationis meæ ratio non postulet, ad Regem Aragoniæ Petrum deuenio, qui, cum Panormum appulisset, Panormi 30. Augusti 1282. ab Cephaludési Episcopo, cum apud Pontificem Panormitanus Archiepiscopus legationem obiret, regijs insignibus decoratur. Huiusce rei extat vel hodierna luce vestigium in ædiculæ S. Mariæ Incoronatę valuis, in qua Reges regium de more diadema susciperent. Ibi Petrum genibus innixum, Constantiam vxorem, Præsules, ac Dynastas adumbratos intuearis. atque hanc inscriptionem leges.

Ex dip. dat. Pan. eodē anno die ix. Augusti.

Dec. 1. l. 8. f. 178. & dec. 2. l. 8. c. 3.

Ex Ant. Chron. p. 3. c. 4. tit. 66. Suriti in anal Carnil. f. 67.

Hic Regi corona datur.
Filia Mamfredi Regis Constantia Petro,
Hic sua Consorti regia sceptra dedit.

Sponsus, vt est templi Deus, isque homo Virgine natus,
Sic Aquilæ geminum cernis inesse caput.

Cum is Diuorum altrix Regum, & Regia sedes,
Es Regni merito dicta Panorme caput.

Hunc anno 1286. 2. Feb. 14. Ind. sequutus Rex Iacobus de Aragona, qui a Petro, & Constantia matre procreatus ex Roberto de Caluellis regio Panormi diademate donatur. Plures hic victorias

terra,

terra, mariquè consequutus. Melitæ primam. Neapoli alteram. Tertiam, cum Carolum, & Caroli Regis filium profligauit, ac vicit, ac vtrumquè captiuum duxit in triumpho. Demum Augustæ vltimam, quæ Reginaldum Danellum nobilitate, ac virtute præstantem captum vidit. Autumat Surita, ac Iacobum de Aragona Mamfredi Aui insignibus, Aquila scilicet alas explicante vti voluisse. Ex huiusce quidem liberalitate Ecclesia Panormitana multiplex, nec vulgare consequuta beneficium.

Sur. in indic. regum Aragon. lib.2.

Historias consule.

Anno 1296. Fredericus tertius Iacobi frater Panormi ab Archiepiscopo Panormitano in æde maxima regijs insignitur insignibus. Haud me latet a plerisquè Historicis hunc secundum; non tertium appellari. Verum, ni me mea forte fallat, opinio, errant, nisi velint Fredericos omnes secundos nominare. Sed non recte, cum de regibus distincta, ac enucleata semper sit habenda cognitio. Ceterum sic ostenditur hunc tertium, non secundum esse dicendum. Fredericus .n. Secundus ex Henrico VI. Hic vero, de quo agitur, ex Aragoniæ Petro Rege ortus. obijt ille apud Firenzolam in Apulia 1250. hic apud Paternionem in Sicilia 1336. Ille in Metropolitana Panormi.

Ex lib. capit. regni de morte Freder. Secund.
Ex elogio in eius tumulo inscripto cōstat.

Qui mare, qui terras, populos, & regna subegit,
Cæsareum fregit subito mors improba nomen.
Sic iacet, vt cernis Fridericus in orbe Secundus,
Nunc lapis hic totus cui mundus paruit arcet.

Vixit an. 57. Imper. an. 32. obyt 1250. anno eius Imperij 33. Regni Hierusalem 28. & Regni Siciliæ 51.

Hic denique in Catanensi Ecclesia sepelitur.

Rex Fridericus.

D. O. M.

Fridericus III. Rex, Ioannes eius filius,
Ludouicus Friderici III. frater, & hæres
Maria eiusdem Friderici Coniux, Fridericus
quoque Infans Martini Primi, & Mariæ
Reginæ filius hoc vnico conduntur tumulo.

De hoc itaque Friderico Tertio Panormi coronato extant eius lite-

literæ, quæ licet ab alijs de Friderico Secundo afferantur, mihi tamen rectius de tertio proponuntur. *Considerantes*, inquit, *felicem Panormitanam vrbem, quam progenitores nostri diuæ memoriæ tamquam amænitate naturali conspicuam felicitate, ac fideli deuotione pollentem in Regni caput, & merito eligere decreuerunt* &c. *Dat. in fel. vrbe Pan.* 1325. *mense Ian.* 7. 9. *Indictionis* & alibi sic habet. *Fredericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, &c. Ecclesia tamen Panormitana vtpote specialis mater nostra benignius munificentiæ nostræ debet incrementa cognoscere, quanto vicinius ceteris noster oculus intuetur, & nostræ maiestatis præsentia frequentius illustratur &c. Dat. in Ciuitate Messanæ. XI. Apr.* 14. *Ind.* Cuius quidem diplomatis verba illa suo sunt pondere pendenda (*vtpotè specialis Mater nostra Ecclesia Panormitana*) quasi Rex edisserat, vel ea certè ratione præcipuam matrem appellamus Panormitanam Ecclesiam, tum quia nos sacro fonte lustrauit, cuius beneficio ius regni cælestis adepti, tum etiam quia sacro inunxit nos oleo, coronaquè donauit, cuius munere nos Rex Siciliæ salutamur.

Abbas D. Rocch. Piri in Cronol. Reg. Sicil. f. 25. Ex priuile. Vrb.

Anno 1321. Petrus II. quem Regina Eleonora 14. Iulij Mercurij die 1302. in ipso portus ore progenuit, regia corona Panormi de more decoratur. Extant & scriptorum, & Historicorum testimonia, sed alium ego testem nolo, quam Regem ipsum in suo diplomate sic loquentem.

Faz. d. 1. l. 8. Branc. f. 24.

Petrus Secundus Dei gratia Rex Siciliæ &c. Si Panormitanam Vrbem felicitatis titulo suæ fidelitatis merito insignitam, in qua prædecessorum nostrorum sedes, & gloriosa cunabula claruerunt; ipsi prædecessores nostri Reges, & Principes Priuilegijs, immunitatibus, & gratijs plurimis decorarunt. Nos etiam qui Dei nutu ab illis Regibus, atquè Principibus originem trahimus, atquè in eadem Vrbe ortum habuimus & sceptrum regni suscepimus &c.

Ex priu. dat. pan. 15 Dec. 1342.

Anno 1342. Ludouicus Petri II. filius Panormi in Regem vngitur, atquè vt Rex salutatur. huiusce veritatis testis locuples ipse est. *Noua*, ait, *felicis nostræ coronationis festiuitas, & ad regium fastigium nostra noua elatio gloriosa merito nos inuitat (quamquam etiam hoc nostræ clementiæ sit innatum) vt nouas gratias, atq; præmia cunctis nostris fidelibus, & præsertim benemeritis conferamus* &c.

Anno 1391. Martinus Rex XIX. de quo iam supra, Panormi coronatur. Id ita innuit Fazelus, vt probet. Sed ex responsione ad Panormitanos reddita liquet satis. *Placet*, inquit Rex, *Regijs Maiestatibus, quod coronatio Regalium fiat in Vrbe, Panormi*,

Dec. p. l. 8.

mi, pro vt fieri debet, & hactenus fuit consuetum, quam coronationem dictæ maiestates celebrabunt quam citius poterunt ad totius regni consolationem. Cum igitur nihil sit, quod huic Regis voluntati refragetur, quidnam obstat, quominus Fazeli sententiam sequamur? Ita vero Panormum martinus habuit in delicijs, vt eam miro honore semper affecerit, suisq; in literis de panormitana Vrbe quid non magnificum, quid non magnum, quid non regium exararit? Eue tibi illæ Panormi datæ.

1391. 15. Iuly. ex libro Proto. f.204. *Martinus Maria, & infans Martinus. Quoniam decet Panormitanam Vrbem tamquam Metropolim multis naturæ felicitatibus, priuilegijs, & largitionibus insignitam, quam in sedem eorum, & regni caput dicti Reges, & Principes elegerunt, vndiquè ad ipsius Vrbis delicias concurrentibus exteris, & aliarum Ciuitatum, terrarum, locorumquè incolis; eos solitum est benignè suscipere, & noua Ciuium multitudine dilatari* &c. Hactenus Rex.

Anno demum 1409. Martinus secundus Martini, de quo hactenus, Pater, ad quem Aragoniæ regnum ex mortuorum regum consanguinitate peruenerat, Siciliæ regnum suæ statuit potestati; vltimus Regum fuit, qui Panormi regio diademate insigniretur. Faz. dec. 1. lib. 8.

Dices quorsum hæc? Vt videlicet ab vnoquoquè noscatur non vnum dumtaxat, sed plures ab Archiepiscopo Panormitano Reges regio fuisse diademate donatos. Et licet oppositum, vt dixi, hisce verbis affirmet Albertus Piccolus (*vix vnum Fredericum Secundum ab Panormitano*, scilicet Archiepiscopo, *coronatum in toto Fazelo reperies*) tamen si scriptorum fuisset iste naturam, non inuidi ingenium imitatus, profecto id scribendi genus contra ius, fasque non vsurpasset. Quid enim sibi vult, mi Alberte, decreta illa Populi Panormitani ad Martinum Regem Decimonono supplicatio? *Inter alia priuilegia Vrbis Panormitanæ, & Cathedralis Ecclesiæ dictæ Ciuitatis sit confirmatum, approbatum, & (si necesse est) denuo concessum, vt prædicti Serenissimi Rex, & Regina, & omnes alij eorum successores sequentes vestigia eorum Serenissimorum Prædecessorum debeant coronari, & recipere suum sacrum diadema in eadem Ciuitate Panormi in loco solito, & consueto; nihilominus dictam coronationem recipere per manum Reuerendi Archiepiscopi Panormitani, qui pro tempore erit, sicut mos semper fuit ex vi priuilegiorum dictæ Ciuitatis, & ad consolationem dictæ Vrbis, & Vniuersitatis dignentur dicti domini regales exequi dictam coronationem.* Loco supra laudato.

Quid-

Quidnam itidem sibi vult tam liberalis, ac explorata Regis respõsio? *Placet regijs maiestatibus, quod coronatio regalium fiat in Vrbe Panormi, prout fieri debet, & hactenus fuit consuetum; quam coronationem dictæ maiestates celebrabunt quam citius poterunt ad totius regni consolationem.* Quid, inquam sibi vult, Alberte, & huiuscemodi suplicatio, itidemquè & responsio? nisi certè id, quod negas? Præterquãquod vel idem ipse Fazelus, qui totus, vt opinare, tuus est, meus, meus, inquam, est, qui, cum habuisset de Martino XIX. Rege sermonem affirmat, hunc, sedatis iam Claramontanorum tumultibus. aduolasse Panormum, Panormi coronam regiam de more suscepisse. Si.n.eã de more suscepit, ab Archiepiscopo illi impositam Panormitano fuisse intelligendus est Fazelus; nisi forte velis in vnaquaque Regis coronatione Archiepiscopum Panormitanum coronantem nominari, quæ sanè assertio tum historiæ leges oppugnat, tum doctrinam profitentes expugnat viros. *L.p.dc.8.*

PANORMVS itaquè lætitia exultet, ac gestiat tantam Regum gloriam ita propriam ac suam esse, vt partem aliquam noluerint cũ ceteris Siciliæ ciuitatibus Reges communicare. extant Regum literæ non fictitiæ, non corruptæ, & ab Bonfilio allatæ licet non integræ. Ad Martinum Martini Ducis montis Albi filium, ac Mariam Coniuges Panormum obsidentes Mamertinorum instituta legatio, qui Andreæ Claramontani Motycani Comitis defectione occasionem nacti obnixè Regem obsecrarunt, vt Messanæ regijs insignibus ornaretur, quamuis Bonfilius Siculæ scriptor historiæ, ductusquè legibus suo sibi marte perscriptis id minimè fateatur, verecundeturquè contra omnes historiæ leges id non exscribere, cum patriæ officiat suæ. Rex itaquè sic respondit. *Nos sicut scitis hanc nostram felicem, verius infelicem Ciuitatem Panormi obsedimus, tenemus obsessam; & quia infidelis noster Andreas de Claramonte cum aliquibus suis contra voluntatem nostram detinuit, & nunc etiam detinet, & occupat &c. Placet regiæ maiestati si Ciuitas Panormitana per vim armorum capiatur, Messana habeat dignitatem coronationis.* *T.p.hist.sicil. lib.10. f.352.*

Verum iam Claramontanorum seditione sedata Coronationis dignitas Panormo non recessit; recte hic vulgatum illud cadit.

Inuida felici semper Messana Panormo, posthac,
Alphonso iudice, victa sile.

CAPVT III.

De gloria, quam ex Regibus Panormi corona donatis Panormus assecuta.



ENim vero de panormitana maiestate nihil hactenus dictum, quamuis de ea nonnihil hactenus à nobis fortasse conscriptum, cum laudum ita sit Panormitanæ Vrbis fæcunda Maiestas, vt ex ea semper noua laudationum argumenta nascantur. Et quidem si Panormitanæ Vrbi desiderarentur cętera, quæ ad eius laudem amplificandam desiderarentur, hæc profecto tam magna, tamquè ingens ex Regibus hic corona donatis profecta laus ad panormitanæ Vrbis laudes velut cumulus accederet. Quare de panormitana Vrbe tam singulari affecta beneficio, ac tam præclaro insignita priuilegio, iure possumus mantuanum illud vsurpare.

Virg. Egl. prima.

Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Atquè hæc non vulgaris videbitur esse Panormi laudatio, si ad ea, quæ subscripsero, lector animum diligenter adiecerit. licet enim inter præclaras Panormi laudes, laus illa sit omnino recensenda, quæ ex Regibus Panormi ortis, educatisquè proficiscitur, id tamen laudationis genus primas habet, cum profecto Ciues sibi Reges fortunæ obsecundantis aura pepererit, Reges vero hic corona donatos ex ipsa Regum electione susceperit. Illam itaquè gloriam vrbi panormitanæ fortuna contulit, hanc Regum voluntas, ac Imperatorum electio procreauit.

Et certè quicquid fortuna confert, haud id gratulatione excipiendum. Magnum.n. non est, nec felicitatem parit, ait Arist. cum penes ipsam sit, vel id seruare, vel demere.

L. de bon. for.

Hor. *Fortuna nunquam perpetuò est bona.*

Cecinit lyricus. & rectè.

Sil. Ital. *..... breuis est magni fortuna fauoris*

Hinc fortunam orbi insidentem finxit antiquitas.

Tib. l. pri. *Versantur celeri fors leuis orbe rotæ.*

Et Menander.

Menan. *Quam varia res est, & erratilis fortuna.*

Vt

Vt ſatis apertè demonſtraret,bona omnia,a fortuna ſumma cum liberalitate collata,non magni æſtimanda. Qui enim nunc imperat, nunc paret,vt Darius, nunc eget, vt Beliſarius, & cæca illa cum ſit deprimendam effert,efferendumquè peſſundat.

Sed viden, ait Plautus, *fortuna humana fingit, arctatquè vt lubet,* — Plaut. in duob. capt.
Me,qui liber,fueram,ſeruum fecit, è ſummo infimum;
Qui impetrare inſueueram, nunc alterius imperio obſequi.
O fortuna potens quam variabilis, — Virg. de fortuna.
Tantum iuris atrox quæ tibi vendicas,
Euertiſquè bonos, eligis improbos,
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit,
Iuſtos illa viros pauperio grauat,
Indignos eadem diuitijs beat.

Et poſt.

Nec quos clarificat, perpetuo fouet,
Nec quos deſeruit, perpetuo premit.

Id autem quod de fortuna dictum hic,eſt non minus egregiè,quã eleganter Sabellicus expreſſit. *Sapienter*, inquit, *feciſſe videri poſſunt, qui fortunam volucrem, cæcam, variamquè finxere. nihil certè hac vna (ſi quid illa eſt) inconſtantius, nihil magis variabile, nunc blanda, & indulgens, nunc ſæua, & infeſta, nec vllis infeſtius iraſcitur, quam quos indulgentiſſimè fouit; fitquè ex matre ſubito Nouerca, ex Nouerca mater. nec ſi quæratur cauſa, alia reddi poſſit, quam quod ita libeat, quodquè incertæ ſint res humanæ.* hactenus ille. Fortuna itaquè cum rerum mortalium ſit moderatrix, quæquè ſuſque dequè mortales agat,qui ceteris vel præeſt, vel diuitijs affluit, tantam ſibi felicitatem non tribuat, cum non ex fortuna blandiente,ſed ex virtute dominante germana felicitas oriatur. Ea igitur dicenda vera gloria eſt, quam quis non fortunæ, ſed virtutis obſequio comparat ſibi.Si quid ergo dignitatis Vrbs Panormitana eſt ex natali Regum die conſecuta,qua ea eſt prudentia, non id ſibi, ſed lenocinanti fortunæ tribuit ſuæ; quam verò ex Regibus hic diademate donatis comparauit, virtuti, ac felicitati ſuæ prorſus adſcribit. Haud .n. Reges,ac Imperatores hanc dumtaxat vnam inter cæteras Siciliæ Ciuitates elegiſſent, in qua ſolum regijs inſignibus ornarentur, niſi regiam loci præſtantiam, ac Imperatoriam Vrbis dignitatem cognouiſſent;quæ quidem adeo ingens viſa omnibus eſt,vt hic,& non alibi

Sab. de ſub. mutatione fort. l. 7. c. 8.

Lib.8. dec. prima. In pri. dato 1129. Pan.

alibi corona insigniri sit regio diplomate sancitum. Fazelum consule; qui de Rogerio sic habet. *Primus*, inquit, *omnium Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Rex appellari, ac regia corona Panormi hoc loco insigniri se voluit, suamquè in ea Vrbe, atquè futurorum Siciliæ Regum sedem constituit, vt Siciliæ Reges, eiusquè Italiæ partis, quæ eo tempore Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, & nondum regni titulum habebat, Principes Panormi, & non alibi more Christianorum eo loci regio diademate inuestirentur.* hæc Fazelus. Secutus sanè Rogerius eorum Principum, ac Dynastarum suadentium sententiam, auctore Alexandro Cæleſtino Abbate, qui non solum se se tandem regio nomine collustraret, sed vt regia se corona Panormi insigniret. *Vt ipse*, ait Abbas, *qui tot prouincijs Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, ceterisquè regionibus, quæ pæne Romam vsquè habentur, Domino cooperante, dominabatur, nequaquam vti ducalis, sed regij illustrari culminis honore deberet. quin etiam addebant, quod Regni ipsius principium, & caput Panormus Siciliæ Metropolis fieri deceret, quæ olim sub priscis temporibus super hanc ipsam Prouinciam Reges nonnullos habuisse traditur, quæ postea pluribus euolutis annis, occulto Dei disponente iudicio nunc vsquè sine Regibus mãsit.* Hactenus ille. Verum.n. verò cum id forte Rogerio tantæ vrbis dignitati vel mediocre, vel impar visum esset beneficium, induxit animum in eam omnes regiæ munificentiæ thesauros liberaliter effundere, vt ea Vrbs, quæ tanta in terrarum orbe gloria exornabatur, gloriosis etiam diplomatibus exornaretur, & gloriosissima Vrbium Vrbs communi ore celebraretur. Concilio.n. Principum, ceterorumquè Dynastarum conuocato sanctum est, annuente, ac obsecundante Rogerio, vt non modo Panormus Siciliæ Metropolis, sed Prouinciarum etiam omnium, ac nationum, quæ Rogerij dicto essent audientes, Metropolis haberentur. *Nam si regni solium*, aiunt ij, *in eadem quondam Ciuitate ad regendum tantum Siciliam certum est extitisse, & nunc ad ipsum per longum tempus defecisse videtur, valdè dignum, & iustum, vt in capite Rogerij diademate posito, regnum ipsum non solum ibi modo restituatur, sed in ceteras etiam regiones, quibus dominari cernitur, dilatari debeat.*

Lib.2. init. laud. a Philippo Par.

Abb. Cæle. loc. sup. lau.

Hinc animaduertant omnes velim, quod si Vrbs Panormitana nulla quidem alia, quam certe hac vna laude floreret, ita quidem floreret, vt omnes regni Ciuitates vel incredibili gloria præstantes longè, multumquè superaret. Nequè.n. vulgaris laus est, quæ ex Regum ore proficiscitur, quæ Regum voce sancitur, quæ Regum auctoritate firmatur. adeo.n. de Panormitana Vrbe verba faciunt Reges, vt eam vnam ob regium diadema susceptum in amore, ac

delitijs

delitijs habere fateantur, ac varijs insignire priuilegijs, illustrare nominibus glorientur. Neque hoc mirum planè videatur, quam .n. vnam Vrbem ad regium diadema in ea suscipiendum vnanimi conspiratione delegerunt, eamdem certè & diplomatibus honestare, & laudibus extollere iure quidem optimo voluerunt.

Sanctam, inquit Guilelmus Rex, *Panormitanam Ecclesiam, quam hoc generali voto diuinæ religionis intuitu amplectimur, & quadam speciali prærogatiua intra nostri pectoris claustra præcipua dilectione gestamus tam quia & regij diadematis nostri primitias in ipsa, & ab ipsa suscepimus*: & alibi. Ex pri. dat. Mess. 1159. Mese Iun. VII. Ind.

Et si vniuersæ Regni nostræ Ecclesiæ in iudicandis Clericis, & adulterijs coercendis priuilegio gaudeant principali. Venerabili tamen Panormitanæ Ecclesiæ illud tanto clementius duximus indulgendum, quanto & in Vrbe regia fundata dignoscitur, in qua thronus, & solium nostræ residet Maiestatis, & quod eam quodam familiari affectu diligimus, & beneficiorum nostrorum exhibitione fouemus. Ex pri. dat. Pan. 14. Ap. 1. Ind.

Omitto Ludouicum Siciliæ Regem, qui ex accepto Panormi diademate ita visus exilire gaudio, vt noua sibi comparata gloria nouis etiam Vrbem Panormitanam amplificare muneribus regia quadam magnanimitate decreuerit: *Noua*, inquit, *felicis nostræ coronationis festiuitas, & ad regium fastigium nostra noua elatio gloriosa meritò nos inuitat, (quamquam etiam hoc nostræ clementiæ sit innatum) vt nouas gratias, atque præmia cunctis nostris fidelibus, & præsertim benemeritis conferamus*. Taceo Fredericum tertium, qui acceptæ haud immemor coronæ sic locupletandam Ecclesiam Panormitanam, sic laudibus efferendam Vrbem putat, vt nihil locupletius suspiciatur, nihil celebrius prædicetur, nihil dignius in toto terrarum orbe videatur. *Ecclesia*, ait, *Panormitana, vtpotè specialis Mater nostra benignius munificentiæ nostræ debet incrementa cognoscere, quanto vicinius ceteris noster oculus intuetur, & nostræ maiestatis præsentia gaudet, frequentius illustratur. &c.* Sileo demum Henricum VI. Romanorum Imperatorem, ac Siciliæ Regem, qui ob comparatam suscepti diadematis dignitatem dignissima, verissimaquè nomenclatura Panormitanam Vrbem gratus illustrauit, vt ea, quæ Regibus hic corona donatis, ac inposterum in hac dumtaxat Vrbis luce donandis gloriabatur, semper etiam vt Vrbs solum regia regio nomine gloriaretur. *Inde*, sic habet, *est, quod nos attendentes deuotionem dilecti fidelis nostri Bartholomæi venerabilis Panormitani Archiepiscopi, & omnium Canonicorum Panormitanæ Ecclesiæ, considerantes etiam dignitatem ac prærogatiuam ipsius Ecclesiæ Panormitanæ, quæ sedes, & caput est*

Ex priuil. 112. apud Branc.

Ex pri. dat. Mess. 1280 11. Apr. 14. Ind.

Ex pri. dat. Pan. 1191 Ind. 14.

regni


regni nostri Siciliæ, & in qua ipsius regni coronam primo portauimus.

Triumphet itaquè Vrbs Panormitana & hac tam magna, tamq; inaudita dignitate glorietur, cum inter ceteras regni Ciuitates hoc dignitatis genere sola præcellat, cum sola tantis Regum prærogatiuis, ac tantis Imperatorum encomijs insigniatur, amplificetur, exornetur. Eo quidem maior, eo præclarior, eo mirabilior est gloria, quo quidem ex ea nulla ciuitas potest partem aliquam excerpere. Tota, tota, quanta, quanta est, quæ quidem maxima est, tota, inquam est Panorme tua; quam profecto tibi non lenocinans fortuna concessit, sed tua tibi virtus, tua beatitudo, ac felicitas adscripsit.

CAPVT IV.

De priuilegijs Vrbi Panormitanæ concessis.





NON hic priuilegia fingimus, non vana prædicamus, non priuilegio priuilegium opponimus. Ita scribimus, vt ex primæua papyro exscribamus. Vidimus, omnia, omnia legimus, sed omnia in hunc locum transferenda non duximus. delectus est habitus. nobiliora proponentur, quamuis cetera nobilissima, Proponentur quidem pauca. quæ videlicet Fredericus Imperator II. quæ Conradus, quæ Mamfredus, quæ Iacobus, quæ Fredericus III. pronepos Frederici II. ac Corradi nepos. Quæ Petrus, quæ Ludouicus, quæ Martinus, & Maria Regina, quæ Alphonsus, quæ Carolus V. Imperator, quæ Ioannes, quæ denique Philippus II. Siciliæ Reges augustissimi Panormitano Senatui, Vrbiquè concesserunt. In hisce Regum diplomatibus laudandis Alphabeticus ordo seruandus, vt eorum dignitas luce clarior elucescat.

Priuil. 130 f. 83. Et Alphonsus quidem, cui cordi erat Panormitanæ Reip. incrementum, statuit, vt si quod forte cuipiam priuilegium concedatur, quod vrbis panormitanæ priuilegijs officiat, nullum omnino sit, ac irritum, etiamsi luculentam eorum priuilegiorum faciat mētionem.

Priuil. 142 f. 108. Atq;, vt ad peculiaria deueniamus, cum in plebæis panormitanis esset orta seditio, qui patritios viros æquo animo ferre non possent, ab vniuerso Siciliæ regno ad Alphonsum Regem decreta supplicatio, vt plebæis in seditione commotis tandem, ea qua est hu-

humanitate,volens,ac lubens ignosceret. Annuit,itaquè annuit,vt plurima,nec vulgaria vrbi panormitanæ beneficia contulerit. Cura videlicet capitis digna & regno,& Rege.

Hic idem Rex ea,qua erat auctoritate decreuit Panormum Vrbē habere oportere vnum a Rationibus Magistrum, qui superioris Senatus rationum libros diligens, prudensq; recognosceret. atq; id profecto ea de causa Rex affirmat; Panormus enim est Regni caput. *Priu. 126. n.9.f.71.*

Carolus Rex Siciliæ vt summā, peculiaremquè Senatoriæ dignitatis glotiam vnicuique proponeret,Panormitanæ Vrbis Senator & dici, & appellari, idq; perpetuis literarum monumentis consignari voluit,vt tanta dignitas regiæ vrbis dignitati responderet. *Priu. 7 f.6 an. 1172.*

Carolus V.Imperator,cum Panormum 1535. 12. Sep. ex Africa triumphator accessit in æde Metropolitana maxima tamquam in Siciliensium omnium Ecclesiarum Principe,& Metropoli ad iura omnia tum panormitanæ vrbis, tum Siciliæ Regni seruanda se se Sacramento lubens, ac volens obstrinxit, vt iure vulgatum illud percrebuerit. *In lib. pri. f. 159.*

Felici tantum Cæsar iurauit in vrbe.

Conradus vt suam itidem in S. P. Q. P. beneuolentiam declararet, a superioribus Regibus haud degener regia liberalitate, ac munificentia vnico diplomate non pauca,quæ tum ad Ciuiū liberalitatem,ad Senatus gloriam, ad Regiæ vrbis dignitatem promouēdam faciunt,omnino videtur contulisse. *Priu. 5.n. 2.f. 5.*

Fredericus II.ita vnice patriā dilexit suam,vt omnino decreuerit Prætorē,aut Iudices,si forte animaduerterint, quibus imminet cura seruandi priuilegia,negligentes, ac desides de patrocinij sede deijci,atq; tanta honoris gloria sine vlla interposita mora spoliari. *Priu.178. in statut. vniuers. f. 135.*

Fridericus III. cum Prætorem animaduerteret, qui dominātibus Gallis prętorij nominis dignitatem,non auctoritatem amiserat,quique Baiulus appellabatur, vt in auito prætoriæ nuncupationis solio collocaret,Prætori Prætoris nomen summa cum volūtate restituit. ad quem cum aliquid literarum daret ea vsus inscriptione est. Prętori Iudicibus,& Iuratis &c. *Priu.47. f.33.*

Fredericus,quisnam sit is ex diplomate non deducitur; secūdum tamen esse crediderim. Diploma 32. suadet, in quo Baiulo, ac Iudicibus iubet,vt sinant Senatores esse iuris sui.Quod si Tertius,regij characteres nō Baiuli,sed Prætoris vocē vsurparent.Fredericus, inquam,quem cum mascula panormitani populi virtus non lateret, ad panormitanæ vrbis præfectum perscripsit, vt repente è vestigio Regiæ Maiestati in agro Drepanitano oppugnatæ suppetias ferret; *Priu. 22. fog 25.*

Triu. 50. f. 34. itaque certè tulit, vt fuerit libertatem assecuta, qui plane de beneficio gratus & gratias publico diplomate panormitanis egit, & beneficij non immemorem sese futurum spopondit.

Triu. 9. f. 17. n. 2. Iacobus Rex Aragonum, qui panormitanam vrbem mira quadam beneuolentia complexus statuit, vt, si quid forte Regni sanctiones, ac decreta sancirent, quæ panormitanæ vrbi infesta viderentur, essent prorsus irrita, nulliusq; momenti; quo facilius ea Resp. diutius staret, quæ Reges tulit, fouit, acerrimequè defendit.

Triu. 147. f. 120. nu. 2. 3. Ioannes, cum Panormi dignitatem secum ipse perpenderet, Regniquè gloriam in vna Panormi vrbe constitutam animaduerteret; volens, ac lubens omnes omnium diplomatum sanctiones, legesque firmauit: vt ea ratione Panormitanæ Reip. supra ceteras Regni Ciuitates firmaretur imperium. Triu. 147. f. 121. Qui planè Rex, vt Panormitanam Vrbem electa hominum manu refertam videret, sanxit, vt qui quinquennium Panormum colerent & omnibus Ciuium diplomatibus fruerentur, & non secus ac si Panormi nati essent, haberentur. vt prudens hac ratione populos alliceret, qui & vrbis pulchritudine, & priuilegiorum dignitate commoti Panormum conuolarent.

Triu. 114. f. 56. Ludouicus inter cetera hoc vrbi Panormitanæ diploma concessit, vt qui semel Ciuitate donatus omnibus omnium ciuium priuilegijs, ac muneribus, nulla Regia approbatione perfruatur. Quasi vero quod Panormus facit, non infectum, ac ratum Rex habet.

Martinus Rex, & Maria Regina, vbi sunt ab hisce Panormitani maiestatis absoluti, non pauca vrbi Panormitanæ beneficia contulerunt. Tr. 117. f. 59. Primo omnium vrbis priuilegiorum confirmatio. Secundo Regum inauguratio in æde tantum Metropolitana maxima semper fiat. Tertio vt omittam cetera, læsæ maiestatis absolutio.

Triu. 90. f. 48. Petrus, Rex sicut itidem, & Alphonsus Reges, cuius diploma in lib. actorum Curiæ ann. 8. 9. Ind. extat 1460. fol. 62. decreuerunt Vrbis Panormitanæ Senatores Populi suffragijs creari, vt Primores, vrbisquè Plebæi suos sortirentur Senatores, qui Rempubl. diligentissimè administrarent. Enim vero si hoc priuilegium vigeret, quod hodierna luce abolitum est, vrbs Panormitana in toto terrarum orbe sibi similem non haberet. Cuius vero incuria deperditum hoc sit, me latet. In eum certe, si scirem, acriter inueherer, cum magna Panormitanæ Vrbi pars dempta sit gloriæ. Nobiles suis, plebæi itidem Senatoribus gloriarentur suis, nobilesque a popularibus nobilitatis nota semper insigniti dignoscerentur. Hoc deleto diplomate nemo est, qui se ex antiquissima, nobilissimaque familia procreatum non iactet; quorum planè si paulo altius origo repeta-

tur

tur vel in publicos tabelliones, vel in Sutores, vel certe in opifices, vel aurifices offendas, qui cum suffragante fortuna diuitias sibi compararint nobiles & nominari,& haberi neruos omnes industriæ contendunt suæ. Sed illud lyrici dictum sua veritate non caret.

Quamuis superbus ambules pecunia
Fortuna non mutat genus.

Laus illi ciuitati tribuatur, quæ suos ipsa creat PP. conscriptos, qui profecto ad ciuitatem administrandam sic elaborant, vt vitam potius, sanguinemquè profundant, quam de rectæ vrbis, populiquè administrationis loco deijci patiantur. Quod rectum, quod gloriosum est, omnino celebrandum. Hæc scripsi, vt Senatus P. Q. Panormitani desudet industria, quo tanto hoc iterum priuilegio Vrbs Panormitana perfruatur. Sic certe Felix vndiquè appellanda.

Sed illud eiusdem Regis diploma omitti hoc loco non potest; cum enim is Panormum Regiam Vrbem, Regniquè caput esse cognosceret, omnibus omnium Ciuitatum Siciliensium moderatoribus mandauit, edixitque, vt quas ipse, ceteriquæ Reges pro Republ. Panormitana sanctiones, ac decreta statuerunt, vel sanguinis effusione seruarent. Prudentissimus enim vero Rex, rectè, omnino enim est serpentis aduertenda prudentia. *Priu. 95. f. 49.*

Demum Philippus Hisp. ac Siciliæ Rex, vt vrbis Panormitanæ dignitatem, gloriamque amplificaret, non pauca certe diplomata cōcessit, quæ hoc loco exponere, ne multus sim, operæ pretium non duxi. Illud summatim, ea enim is omnia, aliaquè perplurima, quæ Reges diuersis temporibus, ætatibusque Panormo contulerunt, rata quidem sic habuit, vt vrbis maiestatem, vt Regis amplitudinem declararit. *in lib. pri. a f. 161. vsq; ad f. 170.*

Atquè hæc pauca primoribus, vt aiunt, delibata sunt labijs, si enim omnia exscribere mecum ipse statuissem, præterquam quod & labor in exscribendo non exiguus, & in legendo non vulgaris, nunquam certè operi posuissem modum, rectè illud. Ex Vngue Leonem. Ex Linea Apelles.

Id vnum pace tua, mi lector, vltimo mihi loco, vt omittam omnia pro Panormo vrbe, quod ad præcipuam regiæ vrbis ornamentum, quod ad singulare capitis decus, quod ad vnicam Siciliæ Metropolis dignitatem amplificandam facit, recensendum putaui. Panormi enim cum inter plebæos, patritiosquè esset olim coorta discordia, plebæique inflammatis animis in nobiles raperentur; vniuersæ Siciliæ Regnum suplices ad Alphonsum Regem oratores ablegauit, vt qua esset humanitate, vrbi Panormitanæ *Priu. Reg. Alph. 142 f. 108. n. 2.*

volens ignosceret, omniaquè eiusdem facinora in ea seditione perpetrata voluntaria obliuione deleret. annuit ille. rectè illud hic cadit.

Et Regum solium, & Regni Caput vna Panormus,
Hinc Triquetra illæsum tentat habere caput.

CAPVT V.

Vrbis, Ecclesiaquè Panormitanæ primatus demonstratur.

MEVM quidem, cum nihil mihi sit veritate vel amabilius, vel antiquius, in huiusce operis calce meum, inquam, duxi, quid hac de re sentiendum sit aperire, vt inde Panormitanæ maiestatis gloria gloriosior existat, & posthac vnicuiquè iudici, arbitroue nullus vnquam hac de re, ni me mea forte fallat opinio, dubitandi relinquatur locus. Vt igitur Panormitanæ Ecclesiæ dignitas luce clarior elucescat, illud in primis, ex quo totius ædificij surget augmentum, & incrementum, pro certo constitutum velim, quod
ad an. 39. Cardinalis amplissimus Cæsar Baronius in annalibus affirmat suis,
Lege edictū Const. magni in tom. Concil. Ecclesiæ dignitatem a dignitate loci, in quo fundata est, & ab auctorum institutis, decretisque desumi. Nequè profecto alia de causa Romana Ecclesia, enascente Christi Domini fide, ceteris anteposita est, nisi tum quia ipsa Vrbs Roma vel sub Ethnicorum superstitionibus erat totius orbis caput, Imperij domicilium, Vrbiumque Regina; tum etiam quia Apostolorum Princeps Petrus Ecclesiarum germanus institutor, habito ab ipso humani generis assertore rerum omnium, Hominumquè principatu, eam vrbem tum sibi, tum successoribus suis certum, perpetuumquè delegit pari ratione domicilium. Et in quo tandem loco ait S. Maximus Episcopus,
Max. ep. tom. 5. in nat. Apost. Petri, & Pauli. martyrium pertulerunt? in Vrbe Roma, quæ principatum, & caput obtinet nationum, vt scilicet vbi caput superstitionis erat, illic quiesceret sanctitatis.

Sic Ioannes Magnus vir summæ eruditionis, ac doctrinæ Vpsala, inquit, vt erat Metropolitana Regni ciuitas, sic facta est sedes Archiepiscopi. Quasi vero id in pauca perstringeret eam Vrbem totius Regni appellandam esse Metropolim, in qua non Proceres, non

Dynastæ,

Dynastæ, non viri nobilitate florentes, vel literarum gloria conspicui, sed in qua primum Archiepiscopus sedem collocauit suam. Et idem infra, & quidem ad rem. Alexander Papa tertius Stephanum primum Archiepiscopum in Vpsalensem Metropolim mittere dignatus est, vt ibi primatum haberet vera Christiana Religio, vbi olim omnium Aquilonarium Regnorum incolæ præcipuam Idololatriæ sedem venerabantur.

Card. Iacobat. de concil. l. p. nu. 265.

Quod autem id vel ab Apostolorum etiam iudicio, diuino sic inspirante numine, ortum habeat, iam liquet, licet enim olim Vrbs Hierosolyma in vniuersa Palæstina, Syria, vicinisquè prouincijs iure omnibus anteiret, vt quæ Iudaicorum Regum sedes, legum, & prophetarum gymnasio exornata, admirabili Salamonis templo ab omnibus terrarum orbis Principibus exculto, decorata, Princeps Populorum, summorumque consensione Pontificum Illustris, vni tamen Cæsareæ nuper conditæ, & nulla Ethnicorum superstitione contaminatæ coacta est cedere. Cessit, inquam, quod non Hierosolymis, sed Cæsareæ Romani Præsides eidem Prouinciæ per id tempus iura dicentes, sicut & Antiochiæ Proconsules residerent. Quare ea tempestate facta est Cæsarea Palestinæ caput, Antiochia vero Syriæ, vt ex Iosepho colligitur, Metropolis magnitudine simul, aliaquè felicitate sine dubio tertium inter omnes, quæ in Romano orbe versantur, obtinebat locum. Ea Vrbs, ait Paulus Aemilius, Syriæ caput est. Viginti Prouincias illa sedes sacra iurisdictione regebat. Ex his quattuordecim suos Pontifices Metropolitanos habebant cum suis quinque suffragantibus. Bosius. Antiochia sub vno Patriarcha, viginti Prouincias, duodecim Metropolitanos, centum quinquaginta tres Episcopos habebat. Quamobrem cum Petrus, suffraganeis Ioanne, & Iacobo, Iacobum Fratrem Domini Hierosolymis Archiepiscopum (licet aliter alij opinentur) consecrasset, ipse Antiochiæ, quæ inter ceteras orientales vrbes facile princeps habebatur, primam Cathedram conscendit. Atque hoc ipsum est, quod Octo frigiensis lib. 3. c. 2. quod Lancellottus libro primo in canonicis institutionibus, quod Corius parte prima Mediolanensis historiæ docent, vbi ab Apostolis & Sacerdotes, & Episcopos præpositos, vbi antiquitus Paganorum flamines, vbi vero Archiepiscopos, vbi Archiflamines præfulserant, vt in pari dignitate impar religionis cultus, religioquè succederet. quamuis omnes Sacerdotes maiores vulgatiori nomine Episcopi etiam dicerentur. Atque vt rem omnem breui orationis anfractu, &, vt satius, vnico verbo complectar, confirmant hæc latini scriptores, qui eam vrbem

De bello Iudaico lib. 3. c. 22

lib. 4. de rebus gestis Franc.

dis 67. cap. Porro. Eusebius Eccles. hist. l. 2. c. 1.

Octo frig. Lancel.

Regni

Regni Caput, ac Metropolim appellandam profitentur, a qua tamquam ab omnium regula iura petuntur. Sic de Corduba Prouinciæ Bethicæ Regia Plinius. Sic de Roma Ouidius. Sic de Persepoli Curtius. Sic de Carthagine, & Capua Liuius. Sic deniquè de Rauenna Paulus Aemilius. Quod nos siculi hodierna luce communi vocabulo Magnæ R. C. residentiam vocamus.

Plin. l. 3. c. 1.
Ouid. fast. 1
Curt. l. 5.
Liu. l. 33.
Paul. Aemil. lib. 2.

Iam vero quid nobis tandem de panormitana vrbe sentiendum? quid iudicandum? Est ne Siciliæ vniuersæ dicenda Metropolis, necne? Facessat hinc omnis animi affectio, quæ oculorũ mentis aciem perstringit. abeat fucata verbis oratio, cum non sit hic verborum lenocinijs locus. Sedeat hic tamquam in solio veritas suo. Enascens veritatis lux omnem mendacij disiectura caliginem.

Metropolim itaquè constituit loci dignitas. maxime. Sed quænam vrbs vrbe Panormitana vel dignior, quæ dignissimos fouet viros, vel præclarior, quæ illustres alit, vel nobilior, quæ tantum vna totius Siciliæ nobilitate gloriatur. Res ipsa loquitur. veritas iubar prodit suum. Sarraceni Principes, Christiani Reges, ac Imperatores confitentur. De hisce quidem omnibus nihil est, cur dubites. Nam vt omittamus Summos Pontifices, de quibus fortasse suus erit dicendi locus, non solum & Reges, qui vel vsuram lucis in Panormitana vrbe acceperunt, vel Regni diadema de more susceperunt, & Imperatores auitam vrbis Panormitanæ dignitatem iusta iudicij lance librantes Regijs characteribus tantam vrbem collustrantes, sed vel etiam ipsi Sarracenorum Principes, ac Christianæ fidei luce destituti Dominam, ac Metropolim Siciliæ tum propter naturalem ipsius amænitatem, tam propter fæcundam vbertatem, vetustatemque nominarunt. Huiusce rei probatio sic explorata, qui callet Histrias, est, ac certa, vt ea nihil certius, apertius nihil. In diplomate enim penes secretum Troinæ asseruato hæc prima tibi fronte legenda obijcient sese. *Erat autem* PANORMVS *Ciuitas diues, & populosa, totius Siciliæ caput, & principalis sedes*. & in calce itidem hæc. *In crastino autem Ciues Sarraceni postquam nullo modo virtuti Normandorum posse se resistere viderunt, communicato consilio, missis, & remissis nuncijs, & pactionibus, quales in eadem vrbe tenebant, confirmatis*, PANORMVM VRBEM REGIAM *totius Regni Dominam, Metropolim Duci, atquè Comiti viris inuictissimis fratribus regendam, & tenendam tradiderunt*.

lib. 1. Hist.
lib. 2. Sic. antiq. c. 3.

Neque vero hic abs re est vel Polybium testem producere Panormum vocantem, Isaaco Casaubono Interprete, *Ceterarum caput*. vel Philippum Cluuerium hæc de Panormo habentem afferre:

Vrbs

Vrbs est omnium Siciliæ maxima, ac splendidissima, Regni caput, ac sedes Præsidis, quem Hispaniarum Rex huc cum titulo Viceregis mittit. Vel denique Georgium Graun hæc de Panormo vsurpantem e longinquis orbis terræ partibus euocare: *Panormus*, ait, *Vrbs Siciliæ maxima, & Princeps est hodie, ac Sedes regia.* Sed ad Reges. De hisce nullus plane est ambigendi locus. Et quidem Rogerius nonne Panormi suam, atquè futurorum Siciliæ Regum sedem constituit? Nonne Vilelmus primus Panormum Regiam vrbem vocat, in qua thronum, ac solium suæ residet maiestatis? Nonne Henricus Sextus Panormitanam Ecclesiam appellat sedem, & caput Regni Siciliæ? Nonne Fredericus Secundus ait, *Sicut ipsa Ecclesia prima est inter omnes Ecclesias Regni nostri, & excellentia dignitatis suæ ceteris ecclesijs præeminet, sic diuitijs debet excedere vniuersas?* Nonne idem ipse alibi Ecclesiam Panormitanam non solum antiquitate, & dignitate nobilem, & inter alias Regni Ecclesias primam, & merito principalem, sed etiam sedem, & caput Regni? alibi, Ecclesiam Panormitanam sedem Regni? & alibi denique primam Regni sui sedem appellat? Nonne Fridericus Tertius hoc dicendi genere insignit Panormitanam Ecclesiam. *Ecclesia*, inquit, *Panormitana, vtpotè specialis Mater nostra benignius munificentiæ nostræ debet incrementa cognoscere, quanto vicinius ceteris noster oculus intuetur &c.* Nonne Mamfredus hoc nomine illustrat Panormitanam Ecclesiam? *Panormitanam*, ait, *Ecclesiam inter alias Regni Ecclesias eò volentes amplius honorare, quæ caput earum in Regno esse dignoscitur.* Nonne, Carolus Andagamensis Comes, ac Siciliæ Rex Panormitanam vrbem sic extulit? *Nos autem, qui Ciuitatem eamdem speciali prærogatiua diligimus, & fouemus, eo quod Caput, & Sedes Regni nostri existit.* Taceo Fidericum Tertium sic de Panormitana Vrbe loquentem. *Considerantes*, inquit, *Felicem Panormitanam Vrbem, quam progenitores nostri diuæ memoriæ tamquam amœnitate naturali conspicuam, ac deuota felicitate, ac fideli deuotione pollentem in Regni caput, & meritò eligere decreuerunt.* Omitto Regem Alfonsum, qui hæc de Panormi Vrbe sic habet. *Cogitantibus itaquè diù nobis in nostra Felici vrbe Panormi, quam vnam in dicto Regno Siciliæ vltra farum habemus primariam.* Sileo demum Carolū V. Romanorum Maximum Imperatorem, semper Augustum sic de Regia Panormitana Vrbe differentem, *Dicta*, inquit, *Ecclesia Panormitana est regalis prima sedes, & Corona Regis, in qua sunt multi Reges sepulti, & Imperatores cum vxoribus &c.* Cum itaquè nullus Panormitana Vrbe vel dignior, nullus vel celebrior, nullus vel augustior sit locus, quem vt demonstratum satis est, & Sarraceni Principes,

In Ciuitat. orbis terræ tom. 1. f. 1. Faz. dec. p. l. 8. ex pri. dat. pan. 15. Ap. 5. Ind. ex pri. dat. Pan. 3. Id. Ian. 1195. Ind. 14. ex priuil. dat. Pan. 1200. 10. Ia. 14. Ind. ex priu. dato Pan. 1211. mense octob. ex priu. dat. apud Neurib. 1216. men. Decemb. dat. Panor. 1233. 12. octob. dat. Messſ. 1280. dat. Pan. 1256. 17. Aug. dat. Neap. 19. Octob. 1277. ex priu. dat. Panor 1325. mens. Ian. 7. 9. Ind. ex priu. dat. Neap. 1445. 15. Iul. 8. Ind. dat. in Ciu. Gran. 9. Decemb. 15. Ind. 1526.

& Reges,

& Reges,& Imperatores Christiani Regiæ maiestati congruum,opportunumquè delegerunt, iure quidem in Panormitana primum vrbe,quam in Mamertina Ciuitate, de qua sola est controuersia, Archiepiscopos fuisse collocatos constat; vt omnibus luculentissimè pateret hanc vrbem totius Siciliæ dicendam esse Metropolim,quam Archiepiscopali dignitate florentem suspexit antiquitas. Et quidem quis est,qui dubitet, quin prior certè Archiepiscopatus gloria Panormus, quam Messana præfulserit? a Guilelmo Siciliæ Rege nullus certè dubitationi hac de re relictus est locus. vel ipsæ Regiæ literæ loquuntur. Proferantur. Leges in ijs eodem die, ijsdemque planè characteribus Panormitanum Antistitem Archiepiscopum,Messanensem vero Episcopum appellari. Integras eas proferam, vt luculentius veritas constet. Sic itaque Rex habet.

In nomine Dei æterni,& Saluatoris nostri Iesu Christi Amen. VV. diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Reges gentium, & principes nationum ea demum ratione iustè regnant,&c. & post paulo. *Ideoquè Sanctam Panormitanam Ecclesiam principalem Regni nostri sedem, & coronæ, siue coronationis nostræ primum domicilium amplificare in temporalibus nobis a Domino commissis studentes concedimus, donamus, offerimus in perpetuum habendum possidendum,donandumquè sibi viro venerabili* HVGONI *eiusdem sedis digno* ARCHIEPISCOPO, *successoribusque tuis canonicè intrantibus Broccatum feudum &c. Dat. in felici Vrbe Panormi per manus Maionis magni Admirati Admiratorum ann. Dominicæ Incarnationis* 1157. *Mense Decembri 6. Inditionis. Regni vero Domini VV. Dei gratia Magnifici,& gloriosissimi Regis Siciliæ,Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno VI. feliciter Amen. Ego Ioannes Barensis Archiepiscopus subscripsi. Ego Bernardus Catanensis electus interfui. Ego G. Agrigentinus Episcopus interfui. Ego Herueus Tropeæ Episcopus interfui. Ego Gislibertus Pactensis electus testis sum. Ego Simeon Comes Mytilenæ testis sum. Ego VV. de Periolo testis sum. Ego Robertus Malecoueñ. testis sum.* EGO ROBERTVS MESSANENSIS ECCLESIAE EPISCOPVS *interfui &c.*

Aperte & constat idipsum ex eo munere ab Rege Rogerio tum Episcopo,tum Catanensi ecclesiæ collato. ex eo enim liquido elucescit Archiepiscopali gloria Panormum floruisse, episcopali vero dignitate insignitam fuisse Messanam. Quæ satior, quæue illustrior ex ipsis testibus probatio? Id igitur est huiusmodi fideliter exscriptum.


Sigillum factum a Rogerio Comite Italiæ, Calabriæ,& Siciliæ, & datum

tum Deo dilecto Episcopo Catanensi Domino Mauritio,& Sanctæ Dei Ecclesiæ Cataniæ,& eiusdem fraternitatis conuentui mense Decembri Ind.5. Ego existens cum maximo triumpho in Palatio meo Messanensi &c. vigilato vna cum meis Baronibus, & duobus Sanctissimis Episcopis Domino primo, & Domino Guilelmo Mauritio Episcopis, & Deo dilectis &c. EGO PETRVS PANORMITANVS ARCHIEPISCOPVS. *Ego Guilelmus Messanæ, & Troynæ Episcopus subscripti &c.* deprompum hoc exemplar ex actis Episcopalis Ciuitatis Catanæ 2. Maij 3. Ind. 1545. Et demum semper inuenies vel in Cancellaria Romana ordinis seruantem dignitatem, vel in Doctoribus, vt Barbosa, vel in historicis, vt Dionysio Tornacæo Archiepiscopum Panormitanum Messanensi fuisse præpositum, vt inde inferat, & merito Ioannes Paternio Catanensis Metropolicæ dignitatis decus in Archiepiscopum Panormitanum cadere. *Archiepiscopus, inquit, Præsulquè Ecclesiæ Panormitanæ in Regno maior, & dignior alijs Archiepiscopis, & Præsulibus semper extitit, eaquè Ecclesia Sedes, & corona Principum semper fuit. Quis enim in dandis suffragijs, in Consilio Regis, & in consessu sedet prior, nisi Felicis vrbis Antistes?* quasi vero breuiter innuat Metropolitano dumtaxat, qui Panormitanus Antistes est, iste conceditur locus. Sed vt vnde defluxerat, eodem nostra reuertatur oratio. Si igitur eadem ipsa tempestate Panormus Archiepiscopo illustrata, Episcopo vero insignita Messana: satis id innuit Panormum nuncupandam esse Metropolim, cum idem perinde sit, vt tum ex cap. nulli dist. 99. tum ex Hostiensi probat Cardinalis Iacobatius, Archiepiscopus, ac Metropolitanus. Huc accedit quod à felicissima Panormitana Vrbe omnium siculorum iura petuntur. Hic olim Reges, hic Imperatores placidissimè totos integros annos, nisi bellorum clangentes euocarent tubæ, commorabantur. Hic Regum Vicarij, quos Proreges appellamus, domicilium collocare, non illecebris irretiti, vel allecti blanditijs, vt falsò asserit in sua Historia Bonfilius, sed loci amænitate, vrbisquè maiestate concitì, vt ceterorum Proregum, Regumque vestigijs insisterent, consuescunt. Hic denique sacer Quesitorum Magistratus iura dicit, non quidem, sicut obloquitur Albertus Piccolus, vt vrbem in officio contineat, sed vt Regiam Metropolicæ vrbis dignitatem suæ præsentia maiestatis amplificet.

De episcop. diuis. tit. 1. c. 7.
In præfat. Vgon. Falcandi.
Io. Pater. in suis alleg.
Iacob. de concilijs l. 1 nu. 265.
De antiq. iure Eccl. sic. c. 12.

CAPVT VI.

Quæ Vrbs Vrbium Caput appellatur, Metropolicæ Sedis gloria insignitur.



SED progrediamur vlterius. Non ea vel Vrbium, vel Regni Caput appellanda Vrbs est, quod, quicumquè illi sint, ex ea, quæ ad Orientem vergit, regione proficiscentes ad eam primò Siciliæ appellunt plagam. Sic profectò Regni Caput vel Lilybetana Ciuitas, vel Vrbs inuictissima Drepanitana, vel quæcumquè alia Siciliæ ora videtur appellanda; cum eorum altera cuicumq; ex Africa, Tunetoquè soluenti primò offerat sese; sed ea reapse Vrbs, vt dixi, & Metropolis, & Caput nuncupanda, quæ ex loci amplitudine tantam sibi dignitatem vendicat; quæquè etiam Vrbium generatim appellatur Caput. Metropoles itaquè Vrbes huiusce nominis titulo insigniebantur antiquitus. Lege Paulum Aemilium l. de Reb. gestis Francor. de Lutetia; Lege Valerium Max. de Roma. Lege Illustrissimum Franciscum Gonzagam in prima Chronicorum parte de Neapoli. lege demum Sozomenum. de Roma itidem, quam Vrbium, ac Imperij caput, & pietatis Metropolim vocat. Huiusce profectò, ni fallor, plurimorumquè etiam sententiam secutus Ioannes Candidus, cum vtrumquè coniunxit, dum ait Aquileiam & Metropolim, & caput esse Canorum. quod ita planè verum est, vt non solum ab Aegesippo Hierosolyma, qua Iudeæ caput, qua Metropolis vocetur, sed etiam ab Augustino Capharnaum, quæ Ciuitas ceteris Galileæ Ciuitatibus præemineret, quasi Metropolis, & Caput appelletur. taceo Pipini edictum, qui Moguntiacum semper fore Francorum, & Germaniæ Caput, atquè Metropolim lege decreuit. Omitto Ioannem Magnum. *Belisarius*, inquit, *deinde vndecim millium hominum exercitum ductans ad Euxinum Vrbem contendit, quam satis constat in Pago Piceno præstantiorem esse, quippe quam Romani Metropolim vocant.* Et quid profectò est aliud Regni, vrbiumquè Caput appellari, quam vrbem esse primariam, ac Vrbium Metropolim? Stet igitur eam Vrbem, quæ princeps est, & Caput, Metropolis nomine decorandam, cum idem sonet caput, ac Metropolis. *Vienna Austriæ*, sic habet Rouerus Pontanus, *Metropolis Prouinciæ, & caput. Compostella,*

Paulus Aemil. l. 10. Val. Max. l. 7. c. 1. Franciscus Gonz. Sozomen. l. 2. c. 7. Eccl. histor. l. primo. De excit. Hiero li. 4. De Cons. Euangel. l. 2 c. 25. Hist. goth. l. 12. c. 12. l. 3. rerum mirabil.

ait


ait Lucius Marineus, *Ciuitas est totius Prouinciæ caput, & aliarum Ciuitatum Metropolis.* Age verò ad Vrbem Panormitanam propius accedamus, & in eius quidem rei probatione nec diutius immorandum, nec insudandum, cum ex superiori capite & ab Historicis nec plane siculis, & ab Imperatoribus, & a Regibus non solum Caput, sed ab Sarracenis etiam & Caput, & Metropolis habeatur. At inquiet ille diuini iuris interpres, nihil tibi cõfectum est hactenus, tuo te iugulas gladio. tota hæc probatio mea est, cum Vrbs etiam Mamertina Regni caput appelletur. quod si Regni caput, quid ni etiam Siciliæ Metropolis appellanda? Consiste amabo te; non est, cur hoc nomine glorieris. nihil id planè creat laudis. non enim Regni caput appellatur, vel quod Regum Sedes, thronus, ac solium sit, vel quod in ea Reges vncti, coronatique; sed quod, vt innui, ex Oriente soluentes primo Messanam prospiciunt, Messanam appellunt. at vero ita quidem Panormus Regni caput appellatur, vt & etiam Regum sedes a Petro secundo, a Carolo V. Imperatore Maximo, Regum thronus a Vilelmo primo; Regum solium ab eodem itidem Vilelmo, ceterisque Regibus appelletur, & in qua Reges sacram vnctionem, regiumque diadema susceperunt; vt ex his omnibus luculenter appareat iure Panormum in Siciliæ caput, atque in Regni Metropolim fuisse delectam. atque huc ea D. Antonini ratio spectat, qui eam vrbem vrbium caput, ac Metropolim vocat, in qua Reges vnguntur, coronantur. *Rex*, inquit, *habet Episcopum, siue Archiepiscopum, in cuius Ciuitate est sedes Regni. Dicitur autem sedes vel Metropolis Regni, non in qua moratur: sed in qua inungitur & coronatur.* hactenus S. Antoninus, & hac de re nos etiam hactenus.

l. 19. de rebus Hisp. memor.

Ex priu. dat. 1340.
Ex priu. 1526.
Ex priu. dato Pan. 15. April. Ind. 5.
In summa conf. p. 1. c. 3.

CAPVT VII.

Quæ Vrbs Regiæ Vrbis nomine collustratur, Metropolitana totius Regni, Prouinciæuè dicenda.





HAVD certè dubitandum est, quin Reges, ac Imperatores, qui sedem Regiam in aliqua Regni vrbe collocarunt, eam ceterarum omnium vrbium vrbem, caput, ac Metropolim voluerint omnino constituere, vt eam vnam omnes tamquam Matrem præcipua quadam beneuolentia complecterentur, fouerent, vene-

rarentur. Hoc enim ea Reges appellatione designarunt, hoc Reges
expresserunt. Quorsum enim ea noua noui nominis dignitas? quor-
sum ille præsentia Regiæ Maiestatis illustratus est locus? quorsum
tot priuilegijs exornatus, ac tot, ac tantis affectus encomijs? nisi
quia, vt ea Vrbs, quam ij vel Regiam, vel sedem Regiam nomina-
runt, ab vnoquoquè Metropolis & cognosceretur, & haberetur?
l. 2. Et quidem Strabo, cuius planè hac in re non contemnenda videtur
auctoritas, quæ facilè mihi munit viam ad id luculentissimè demon-
strandum; de Media sic habet. *Media*, inquit, *est in partes duas diui-
sa, quarum alteram maiorem vocant, cuius Metropolis Ecbatana, magna
Ciuitas, & Medici Imperij caput, qua nunc etiam Parthi Regia vtuntur.*
Quo profectò quid vel illustrius, vel aptius exemplo? Vna, eadem-
què vrbs vno quidem in loco & Metropolis, & caput, & Regia nun-
cupatur, vt nemo sit, qui dubitet, quin ea Vrbs, quæ vel Regiæ, vel
capitis nomine insignitur, *M*etropolis titulo illustretur, ac ceteris
iure præferatur? Accedat & huc, ne vel inopes, vel ieiuni in eius rei
probatione videamur, Antonius Bonfinius, qui Mediolanum Galliæ
lib. 6 dec. 1. Principum Regiam, & Metropolim, & Galliæ gentis caput, qui Si-
l. 9. dec. 1. cambriam Prouinciæ Metropolim, & Regiam Sedem Chabæ Regis
l. 4. dec. 2. Vngarorum. qui Cracouiam, (quam ille Craciouiam appellat) Po-
loniæ Sedem Regiam, ac Metropolim, qui denique Neapolim Vr-
l. 10. bem & Metropolim, & Regiam sedem vocat. Accedat & Bernar-
l. 3. dus Iustinianus, qui Venetam Vrbem Metropolim, ac Patriarcha-
rum sedem nominat. Accedat & octo Frigiensis, & Diodorus; ille
De reb. gest. Frid. & l. 6 Chron. Ratisbonam Boiorum Metropolim, & Regum, & Ducum sedem.
Hic Sabam Metropolim vocat, ac Regiam. Accedat denique &
lib. 4. de orig. l. 3. c. 16. Cato, qui Felsinum, quæ Bononia est, Metropolim appellat, quam
Plinius Principem autumat esse Ciuitatem; vt silentio prætermit-
In Marcel. tam Plutarchos, Paulos Aemilios, Strabones, Roueros Pontanos, ac
lib. 3. de reb. gest. Franc. Ioannes Curopolates, quorum primi Mediolanum amplissimam, ac
populosissimam Galliæ Vrbem testantur, quam Galli *M*etropolim
l. 16. appellant. Alteri Regiam Sedem dicunt *M*ediolanum extitisse,
l. 3. rer. memorab. quod longè Princeps totius esset Italiæ. Tertij Pelam *M*acedonum
*M*etropolim, & Philippi, Alexandriquè Patriam, Regiam etiam se-
dem fuisse confitentur. Quarti Vlysiponam Regiam Regum Lusita-
niæ & Regni *M*etropolim appellant. Vltimi denique Achrim vo-
cant Vrbem totius Bulgariæ *M*etropolim, vbi condita est Regum
Bulgariæ Regia, vt tandem aliquando huiusce dicti veritas eluce-
scat eam Vrbem *M*etropolis nomine exornandam, quæ vel capitis,
vel Regiæ Sedis nomine insignitur. Iam quod Vrbs Panormitana,

cum

eum Regni caput appelletur, Metropolis sit, supra demonstratum satis. nunc ad id, quod reliquum est, apertè probandum, ac demonstrandum accedamus. nihil enim hæc apud cordatos habet quæstio difficultatis. tota igitur huiusce argumenti ex superius recensitis petenda probatio, cum non modò Fazelus eam vrbium Siciliæ maximam, Principem, Sedem Regiam; Ioannes Paternio Catanensis Primam Regni Sedem, Hippolytus Ariminensis Leontinus Regum Sedem, Regnique caput, Georgius Grauh, vrbem principem, sedem Regiam, sed etiam tum ipsi Sarracenorum Duces, Vrbem Regiam totius Regni Dominam, ac Metropolim, tum ipsi Christiani Imperatores, ac Reges: Vilelmus Vrbem Regiam, thronum, & soliū Regiæ maiestatis. Henricus Sextus Sedem, & caput. Fredericus Secundus primam, ac principalem Regni Sedem. Carolus Andagauensis Comes, ac Siciliæ Rex Caput, ac Sedem Regni sui. Carolus denique, vt de ceteris Sileam, V. Imperator regalem primam sedem, & coronam Regis appellat. Quod si ad pleraque alia adijciamus animum, nonne Panormum Vrbem Regiam, ac Sedem Regum regiam extitisse comperiemus? Et quidem Robertus nonne sibi Panormum vrbem totius Imperij sui caput, ac Regiam delegit, reliquam verò omnem Siciliæ partem Rogerio Comitis titulo concessit habendam? Nonne etiam Rogerius cum iter in Siciliam ex Italia instituerer, appelleretq; Messanam eo loci persistere non est passus, quippe qui ad Regiam properaret, in qua regale diadema suscipiendū decreuerat? Nolo hic in eorum refellenda assertione diutius immorari, qui profectò vt de Panormi dignitate nonnihil detrahāt, Panormitanæ dignitatis amatores se præbent, cum verè, dicam id, quod sentio, hostes sint, ac fucatis, mellitisque dictionibus, vniuscuiusque aures obtundunt Rogerium nunquam concessisse Messanam, sed rectà ad Regiam vrbem Panormum conuolasse. quod vel ea ratione dictum intelligo, non vt quidem Panormitanę Maiestatis gloriam amplificarent, cum maior illi ex ipsius historiæ veritate proficiscatur, sed ne ea veritatis luce Messanensis figmenti caliginem dissipari, ac Messanam ab vnoquoquè cognosci nunquam nec Regiam vrbem, nec Regni caput, nec Siciliæ Metropolim extitisse pateretur. si enim vt fabulantur, caput est Regni Messana, cur Messanæ regium sibi titulum nō vindicauit Rogerius? cur ceteri se Reges regijs insignibus Messanæ non exornarunt? cur eorum corpora Messanæ sepelienda non testati? quid hoc causæ est? dicant vel ipsi Mamertini. tacent? Pace eorum dixero. nisi quia Panormus regni caput est, Siciliæ Metropolis, ac Regum sedes? Atq; huc spectat, ni fallor, eorum

pr. dec l. 8.
In suis al-leg.
In sua Hip-pomadri.
In ciuit. orbis terræ tom. 1. f. 1.
In priu. ser. apud Troin.
Ex priuil. dat. Pan. 14 April. Indic. 5.
Ex priu. dat. Pan. 3. Idus Ian.
Ex priuil. dat. Pan. 1200. 20. Ian. 14. Indit.
Ex priuil. dat. Neap. 19. Octob. 1277.
Ex priu. dat. in Ciu. Pan. 9 die. 15. Iul. 1526.
Gaufrid. l. 2. c. 46.

eorum Dynastarum, Procerumque consilium, qui cum longè, lateque propagatos Rogerij ditionis fines animaduerterent, ac indignum rati Rogerium Comitis nomine diutius persistere non oportere, Rogerium monuerunt, vt tandem aliquando suæ gloriæ consuleret, ac Regiæ dignitatis culmen ascenderet. *Vt ipse*, sic aiebant, *qui tot prouincijs Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ, ceterisque regionibus, quæ pœnè Romam vsquè habentur, Domino cooperante, dominabatur, nequaquam vti Ducalis, sed regij illustrari culminis honore deberet*; *qui etiam addebant, quod regni ipsius principium, & CAPVT PANORMVS Siciliæ Metropolis fieri deceret, quæ olim sub priscis temporibus super hanc ipsam prouinciam Reges nonnullos habuisse traditur, quæ postea pluribus euolutis annis, occulto Dei disponente iudicio, nunc vsquè sine Regibus mansit.* hæc ex Abbate Cælesino. Ratum id habuit Rogerius; sanctumque prorsus est, vt Panormi, & non alibi tum ipse, tum ceteri ad regij honoris fastigium eueherentur. *Nam si Regni solium* (Sic ijdem illi prosequebantur) *in eadem quondam Ciuitate ad regendum tantum Siciliam certum est extitisse, & nunc ad ipsum per longum tempus defecisse videtur, valde dignum, & iustum; vt in capite Rogerij diademate posito, regnum ipsum non solum ibi modo restituatur, sed in ceteras etiam regiones, quibus dominari cernitur, dilatari debeat.* Hactenus Abbatis oratio. Sciant itaque velim omnes, quod etiam supra monui, PANORMVM non modo Siciliæ Metropolim, sed Prouinciarum etiam omnium Rogerij imperio obtemperantium Metropolim, Regiamque constitutam, vt de Rogerio Fazelus iure perscripserit, *Panormi*, (Rogerius scilicet) *anno 1129. Idibus Maij in Regem Siciliæ vngitur, & coronatur, vrbemque ipsam Regiam constituit.* Lege Procopium, in quo plura de Panormo, quamq; vnam Theodoricus Regiam statuit suam. Lege Istrogothorum historiam, in qua tum Ecclesiæ Toletanæ Rodericus Antistes de Vandalis sermonem haberet Panormum Insulæ Regiam Ciuitatem appellat, eamque vnam efferata barbarorum immanitas a belli clade seruauit immunem; indignum enim ijs videbatur in eam vrbem ferro, flammisquè sæuire, quam Regiam elegerunt, quam præsentia honestarunt, quam ædificijs insigniuerunt, quam pomarijs, piscinis, ac omni omnium deliciarum genere decorarunt. Vt videlicet quæ tot vna priuilegijs aucta suspiciebatur, a nefaria belli tempestate fœdanda nullo modo videretur.

Alex. Cælesin. Ab. lib. 2. f. 107

Ex dip. dat. Pan. 1129. 15. Maij.

l. 8. d. 1.

l. 3. belli pun.

cap. 13.

CA-

CAPVT VIII.

Quæ Vrbs primæ Sedis titulo euehitur, Metropolicæ sedis titulo declaratur.

HOC ita PRIMAE SEDIS nomen vrbis dignitatem amplificat, vt ab eo in Metropolicæ sedis apice, fastigioquè collocetur. perinde enim est prima Regni sedes, ac Regni Metropolis. Neque id assentationem olet, cum in toto hoc opere veritatem sectari mihi sit animus. Ea igitur veritas breuissime sic ostenditur. Imperator Constantinus Magnus Christianæ Reip. propugnator acerrimus; vt testatur Eusebius, ad quemdam Antistitem cum scriberet, atque ad Arelatense concilium inuitaret inter cetera sic habet ad rem. *Tibi etiam per literas significandum putauimus, vt accepta Rheda publica a clarissimo viro Latroniano conductore, duobus alijs item Episcopis ex secunda sede, quos tu ipse maximè deligendos iudicaueris, tibi in societatem ascitis &c.* Consistas mecum hic, amabo te mi lector, & aduertas velim primo ab Imperatore eum Antistitem luculentissimè Metropolitanum eo loquendi genere declarari (*Quos tu ipse maxime deligendos iudicaueris*) si enim erat ij Antistiti facultas pro arbitratu suo secundæ sedis Episcopos euocandi, quid prohibet, quo minus quispiam asserat fuisse Metropoliten, cui dumtaxat vni vt omnium Antistitum Principi perscripsit Imperator. Accedit huc & secundo, quod ab eodem ipso Imperatore illum tacita quadam oratione comprobari esse primæ sedis Antistitem: nam si alios secundæ sedis Episcopos appellat, haud obscurè declarat eum primæ sedis Antistitem, ac Metropolitanum existere, qui suffraganeos suos ad generalem Synodum ex voluntate posset & euocare, & eligere. Atque hoc dicendi genus a D. itidem Augustino in suis epistolis vsurpatum lego, in quibus Pręsulem nescio quem sacris institutum ordinibus a Tigesitano PRIMAE SEDIS episcopo asseuerat. *Quem*, inquit ille, *iste Syluanus manifestissimum traditorem pro magno commemorat in epistola, qua scribit a secundo Tigesitano primæ sedis Episcopo Episcopum tunc ordinatum.* Quare Ambrosius Morales Toletanum Archiepiscopum Regiæ vrbis, & Primæ sedis Episcopum, qua nuncupatione Metropolitæ distinguntur, vocatum tradit.

lib.10.Eccl. his.

Ep.164.

lib.9.c 20. Chron. Hisp.

tradit. Plura in hanc sententiam ex grauissimis petita scriptoribus ipse possem afferre, sed ne molestia lectores afficiam, lubenter omitto; vt ad instituti nostri rationem nostra reuertatur oratio, probetque, an Panormus Primæ sedis nomine decoretur. Est hæc probata superius assertio, sed ne quis forte sit, qui vel non ita facile det manus, vel eam impudenter inficias eat; non grauabor hic eam breuiter innuere, scriptorum testimonijs stabilire, & Regum, Imperatorumque auctoritate confirmare. Et quidem vt silentio prætermittam Sarracenos, qui Panormum Siciliæ Caput, & principalem sedem nuncuparunt, vt merito ijdem ipsi Principes Dominam, ac Metropolim Siciliæ vocitarint, venio ad alios. Fazelus, qui Panormitanus non est, *Panormus Vrbium*, ait, *Siciliæ maxima, & princeps est hodie, ac* SEDES REGIA. Ioannes Paternio Catanensis, *benignitate*, sic habet, *Principum in suo iure confirmata, auctaque est, at* PRIMA SEDES *statuta Regni*. Georgius Graun, *Panormus*, inquit, *Siciliæ maxima, Princeps, ac* SEDES REGIA. Sed vt omittam hosce, ceterosque omnes mihi toties recensitos: effare, amabo te, quidnam sibi vult vel ea Metropolitanæ Ecclesiæ præforibus inscriptio grandioribus exarata characteribus: *Prima sedes, Corona Regis, & Regni caput*, vel id Regum, ac Imperatorum loquendi genus? Alphonsi sic de Panormitana vrbe loquentis: *Itaque diu nobis in nostra Felici vrbe Panormi, quam vnam in dicto Regno Siciliæ vltra farum habemus* PRIMARIAM: Caroli V. Imperatoris Augustissimi. *Cum autem dicta Ecclesia Panormitana sit* PRIMA SEDES, *& Corona Regis*. Friderici Secundi, *Nobilis Panormitana Ecclesia* PRIMA SEDES *Regni nostri*. & alibi *Ecclesia Panormitana prima est inter omnes Ecclesias Regni nostri*. Et alibi demum *Ecclesia Panormitana non solum antiquitate, & dignitate nobilis, sed etiam inter alias Regni ecclesias prima, & merito principalis*. Quid, inquam, sibi vult hoc Regum, ac Imperatorum loquendi genus? vt posteris scilicet omnibus declararent Panormitanam Ecclesiam sicularum omnium Ecclesiarum Matrem, atque Metropolim? Quorsum enim eo nomine collustrarunt? Quod si Reges, atque Imperatores nihil plane eloquuntur, nihil certe innuunt, quod altum quid non sapiat, quod dignum non existat, quod vel suspiciatur, vel notetur; iam in hisce omnibus de Panormitana Vrbe præconijs quid non altum, quid non egregium, quid non fecundum, fœtumque mysterijs? vt certe si quis rectius animaduertat ex dictis hactenus multiplices rerum probationes in vna laudatione contineri. Atque hæc quidem, quæ dicta sunt hactenus Vrbi, Ecclesiæque Panormitanæ

In priu. assertr. pæne Secre. Tro. de quo tot. es. l. 8. pri. dec.

In suis alleg.

In ciuit. orbis terræ.

ex priu. dato Calatan. 15. Iul. 8. Ind. 1445. ex priu. dato Gran. 9. Dec. 15. Ind. 1526. Ex priu. dato apud spiream 9. Maij Ind. 3. Ex priuil. dat. Pan. 1200. 10. Ian. 14. Ind.

normitanæ communia, nunc de vtraque distinctius, ac breuius agendum.

CAPVT IX.

Totius Siciliæ Panormitanam Vrbem esse Metropolim ostenditur.

AGE vero demonstrandum breuiter nobis est Panormitanam Vrbem in Sicilia semper extitisse Metropolim, & Caput. quæ plane res, si ad id, quod dixero, diligenter attendatur, sic constat, vt vllam certè probationis lucem non desideret.

Verum, vt ingenue fatear, cogor amicis id efflagitantibus aliquando morem gerere, cum instent, vrgeant, vt huiusce rei probatio luculenter existat. In duas ergo partes, Siciliam vniuersam antiquitus fuisse distributam Auctores autumant. Alteri Syracusana, alteri vero Vrbs Panormus præfuit, Illi Græcæ vrbes, huic Carthaginienses paruere. Græcarum ergo illa, hæc Carthaginiensium Metropolis. Liquet vtrumque. Et primo quidem Tullius, ac Diodorus Siculus mihi munit viam. *Vrbem*, inquit Cicero, *Syracusas maximam esse Græcarum vrbium, pulcherrimarumque omnium sæpe audistis.* Diodorus vero, vbi prælium ob Ducetij ex Corintho fugientis aduentum ad Agrigentina vrbe commissum exposuit, de Syracusis sic habet. *Ipsæque vrbes in Sicilia Græcæ summam Imperij, & rerum administrationem sponte penes Syracusios esse permisere.* Quid hoc dicendi genere vel clarius, quid hoc ad rem nostram & aptius & congruentius? Apud ergo Diodorum perinde nomen illud sonat, Vrbium Sicularum, ac Græcarum Vrbium, cum is ad libri secundi calcem, qua vrbium Sicularum, qua Vrbium Græcarum Principem vrbem Syracusas appellet. Cic. in ver. 6. Diod. sicul. lib. 12.

Quod si hac de re paulo exactius ratiocinari, vel Diodoro Duce, velimus Syracusas non omnium Sicularum Vrbium id temporis Principem extitisse, cum Trinacria dumtaxat vna post ab Syracusano exercitu funditus deleta sub Syracusanæ vrbis ditione non fuerit. *Hinc cum Syracusani*, ait Diodorus, *cunctas Siculas vrbes suo Imperio subdidissent, Trinacria dumtaxat excepta, hanc quoque bella adoriri statuerunt. Valde enim opes Trinacriorum suspectas habebant, veriti ne quando Siculorum gentis cognatæ imperium ad se transferrent.* De qua lib. 12.

plane Diodorus & illustria & præclara subscribit. *Hæc urbs multos & magnæ virtutis viros semper habuit. Ideoque principatum inter vrbes Siculas semper obtinuit; viris enim ad gerenda imperia idoneis, & celsos ob fortitudinem spiritus habentibus plena erat. Ideo cunctas è Syracusis, & socijs vrbibus copias contrahunt, easque in Trinacrios educunt. At hi externo Sociorum præsidio destituti, præter ceteras vrbes, quæ Syracusis parebant, ingens certamen commiserunt, & animose, fortiterque sese periculis obiectantes heroicè dimicando vniuersi oppetierunt. Maior enim pars sauciorum, quod captiuitatis ignominiam subire nollent, vltro se vita abdicarunt. Syracusani ergo tam illustri de his, qui inuicti hactenus fuerant, victoriam adepti, incolis in seruitutem redactis, vrbem solo æquarunt.* hæc ille.

Deleta ergo Trinacria totius Siciliæ Imperium Syracusani affectantes maximam, ornatissimamque classem terra, mariquè compararunt, vt id, quod secum animo cogitarent, facili negotio consequerentur. *Syracusani,* sic prosequitur idem ibidem, *re vt dictum est, feliciter gesta triremes extruxerunt, & numero equitum conduplicato, terrestribus etiam copijs operam dederunt. Vt vero magnam vim pecuniæ conficerent, ampliora subditis per Siciliam tributa imperarunt. Id propterea ab ijs factum, quod totam Siciliam suo Imperio paulatim subiungere meditarentur.* Hæc Diodorus. Verum eos hæc fefellit opinio, ij .n. de Atheniensium aduentu commoniti ad sese tuendos copias, viresque collegerunt. Hunc itaque finem nullo vnquam tempore neque Gelon, eiusquè fratres, neque ceteri Tyranni, qui bonam Siciliæ partem occuparunt, consequi potuerunt. Et licet Agatocles Siciliæ Rex voluerit a quouis appellari, vt Siciliam sub eius Imperij potestate versantem eo nomine declararet; hæc tamen Siculi Regis nomenclatura tantum Agatocli laudis creat, quantum sibi Lybici Regis nomē affert dignitatis; cum is, vbi aliquam Lybiæ oræ partem secundo Marte deuicit, Lybiæ Regis nomine decreuerit & nominari, & haberi. Quam dissonum, quamque sit hoc rationi contrarium non est, cur nostra dictione proferatur. Nunquam ergo Vrbs Syracusæ in Sicilia vniuersa dominata est, nunquam totius Siciliæ principatum obtinuit, nunquam siculi omnes eius Imperio paruerunt. Lege Diodorum Siculum. imo verò, cum Atheniensium classis in Siciliam aduentaret, Syracusani de hostium aduentu facti certiores in omnes Siciliæ vrbes Oratores, non Duces, qui cogerent imperio, ablegarunt, vt vrbes, populique in vnum congregati Syracusis suppetias ferrent. *Syracusani,* ait Diodorus ibidem, *quamprimum intra fretum esse classem Atheniensium cognouerunt tres summa potestate*

lib. 13.

lib. 13.

testate Duces creant Hermocratem, Sicanum, & Heraclidem; qui conscriptis militibus per legatos Siciliæ vrbes sollicitant, atque rogant, vt pro communi omnium salute arma secum capessant. Athenienses enim prætextu belli Syracusanis inferendi nihil aliud constitutum habere, quam vt totam suæ potestati insulam subijciant. Ad quod Agragantini, & Naxij in Atheniensium societate permansuros respondent. Camarinæi, & Messenij se a bello vacaturos protestantur, responso de socialibus armis in aliud tempus reiecto. Himeræi & Selinuntij, cumque his Geloi, & Catanæi auxilia promittunt. Siculorum equidem vrbes & si beneuolentia quadam ad Syracusanorum partes inclinabant, quietem tamen amplexæ, quo tamen belli moles recasura esset, dubijs animis præstolabantur. hactenus Diodorus. Et nos de Syracusana vrbe Græcarum Vrbium Metropoli cum Diodoro hactenus.

Age vero quid de Panormo? Huic bellicis hisce, alijsquè siculis inimicæ tumultibus, in cuius Rep. nullus vnquam Tyrannus fuit, nunquam interturbata pax est. Pacis, ac otij Panormus semper sectatrix. bella gerebat, cum res postularet; masculamquè Ciuium virtutem, non propugnacula hostibus obijceret. Quare cum Panormum Hermocrates primum, deinde vero Dionysius agros ferro, flammisque vastatum venirent, non suis sese mænibus occlusit, sed inimicis obuiam ita processit, vt signa contulerit, ac sanguinolentum vtrinquè fuerit certamen exortum. Itaque ad hanc vsque diem Siciliæ caput vnicum, ac Imperium non fuit. Diod. l. 13.

Licet ergo id temporis Panormus & suis vallata propugnaculis, & maris vtrinquè circumclusa fluctibus extiterit munitissima, fuit tamen Vrbium carthaginiensium caput. *Hinc* PANORMVM, ait Polybius, *Siciliæ profecti* (videlicet Romani) *quæ præcipua Carthaginiensium Ciuitas erat, eam magna vi obsidere aggrediuntur.* Rectè quidem orator ille in Collegio Panormitano Societatis Iesu in studiorum lustratione 1630. ante P. S. Q. P. cum orationem haberet, quæ postmodum, me rem perurgente, a S. P. typis excussa tamquã singulare Panormitanæ gloriæ monumentum, & argumentum, hac de re sic habuit. *Quid autem de Panormo dicendum, quæ non solum omnium prorsus diplomatum, ac tabularum perpetua conclamatione Siciliæ caput est, non modo Apuliæ, Capuæ, & ipsius Italiæ Regum, honorificentissimo nomine solium extitit, non solum cum erepto Arabibus sceptro Siciliæ imperitauit, & Africæ, non modo Carthaginiensis factionis, auctore Polybio, Princeps fuit, sed quod præcipuum est, sola vniuersæ Siciliæ iura dedit, sola sicularum vrbium nulli paruit. Quamuis enim Syracusanæ magnitudinis nomen inter prima terrarum orbis imperia concrepuerit, & centum*

lib. 1. l. 4. post. dec.
P. Io. Baptista Giattinus.
Faz. lib. 7. d. 2. cap. 3.
Pol. lib. 1.
Diod. lib. 3. cap. 2.
Ex Timæo apud Diod.
Ex Thucid. lib. 6.

Dio d. l. 22. Pol l. 1. alijque. Ex Cic. in ver.

viginti millia peditum duodecim Equitum, rem admirante, Diodoro, sola confecerit; quamuis lecticas suas ex Elephanto candidissimas Agragantini ferant in medium, nullus tamen in hac insula populus de Siciliæ totius Imperio gloriatur. sed cum in duas esset diuisa partes Insula, Græcorum altera Syracusis, altera Carthaginiensium Panormo vt præcipuis viribus obtemperauit, neque decursu temporum vel a Romana Rep. vel Imperatoribus Sicilia fuit vni Ciuitati subiecta, sed Romano parebat vniuersa præsidi; Resp. vero Panormitana sui iuris Prætori suo. Cum autem in vnius Regni corpus vrbes Sicilienses coaluere, PANORMVS, *quam illi sortem, aurea soli fertilitas, situs maiestas, ciuium præstantia ipsa pœne natura destinarat, sortem, inquam, capitis reliquis imperantis prudenti hominum consilio est assecuta.* Hæc ille.

Iam hic me hortatur orator, vt mihi de Panormo non vt Carthaginiensium, sed vt totius Siciliæ capite habeatur oratio. quæ plane dignitas non Sarracenorum, sed Orientalium Imperatorum tempestate sic in Panormum cadit, vt hæc ab hisce Regiæ vrbis gloria decoretur.

lib. 20.

Et quidem, vt ordine progrediamur, Carolus Magnus Imperator, cum ex Hierosolyma, vt Turpinus affirmat, Panormum venisset, in Siciliæ Regia Siciliæ Regis baptismati lætus interfuit; vt iure cecinerit Gottifridus Viterbiensis,

Carolus hic Siculum recreat baptismate Regem.

Ex quo certe deducitur Regnum Siciliç ante Sarracenos Regum extitisse domicilium, & Panormum Regiæ nomine collustratam. Quod si Regia Regum est, Siciliæ, vt patet, Caput est.

Anast. Faz. l. 6. d. 2. Sigon. Anast. in Mart. Reginal. l. 1. Zinar. l. 3.

Recte autem ante Sarracenos, vt dixi, Regum sedes fuit; Sarracenorum enim in Sicilia Regnum post Carolum Magnum duxit exordium; cum Sarraceni in Sicilia ante nonum sæculum non regnarint, licet in ea septimo iam, scilicet 650. Orientis Imperatore Constantio Heraclij nepte posuerint pedem, quem repente è vestigio ab Olympio Exarco Martini Pont. Max. oratione compulso deturbati retraxerunt. Imo vero cum sentina illa Sarracenorum exhausta funditus non fuisset, vel ipse tandem Constantius accessit, qui cum variè Regnum diuexaret, diuino permittente numine in Syracusarum balneis excessit e vita.

Anastas. in Adeodato.

Neque vero Constantini Filij cognomento Pagonato in Sicilia dominati, qui licet Syracusas expugnarint, siculorum tamen virtute compulsi Alexandriam, ex qua ad deuastandam Africam egressi, confugerunt.

Neque demum Arabes illi ex Africa venientes in Sicilia Sedem collo-

collocarunt, qui tametsi persæpe Siciliam inuaserint, semper tamen vel eiecti, Nicephoro, vel coacti, Platina auctoribus, vt proprijs vrbibus a Bonifacio Corsicæ Comite fortiter obsessis suppetias ferrent. *Niceph. in a. 764. Plat. in Eug. II. & Greg. IV.*

Verum cum malæ consuetudinis corruptela iuuenum animos, moresque deprauaret, & Deo Opt. Max. per summum scelus iniuriæ dies, noctesque conflarentur, Siciliam sacra Sarracenorum manus inuasit, eoque permittente occupauit. Consonum plane fuit, vt barbaris late dominantibus Siciliæ Regnum seruiret seruitutem, quod peccati, scelerisque tyrannidem, quæ barbara quidem est ait Chrysost. non omni contentione diffugit. *D. Chrysf. in Matth.*

Multiplex est sententia quo anno Siciliæ Regno potiti fuerint Sarraceni. Leo enim Ostiensis affirmat ann. 820. Michaele Balbo Imperatore. alij postremo eiusdem Balbi anno, qui Leonem Isauricum interemit. plerique 830. aut 844. qui vsque ad 1071. in Sicilia perstiterunt. Sed ex hac opinionum multiplicitate nullus datur coniecturæ locus aliquem videlicet Sarracenorum Regem Panormi sacro fonte lustratum, cum hæc tempora Caroli Magni aduentui non respondent. is enim 815. diem obijt suum. *Ostien.*

Stet igitur Siciliam antiquitus & Regni nomine fuisse honestatam, & Panormum Vrbem Regis præsentia insignitam; quam plane dignitatis gloriam consequi semper studuit Rogerius; ea tamen ratione, qua Innocentius Pontifex summa illi voluntate concessit, *Cum integritate scilicet*, vt ipsius Pontificis verbum vsurpem, *Regij honoris, & dignitate Regibus pertinente.* *Octa frig. lib. 5. c. 32. & aliq.*

Atque hoc dicendi genus ita Panormitanæ Maiestatis dignitatem amplificat, vt exprimi scribendo vix possit. paulo enim altius repetenda Regum origo est, & ad Gothos, ac Vandalos referenda. licet enim illi Italiæ Reges extiterint, inter quos Theodoricus, extincto Odoacre recensetur ann. 493. Sicilia tamen occupata nō hic idem modo Theodoricus, qui triginta quattuor regnauit annos, Siciliæ Rex voluit haberi, sed loci maiestatem, felicitatem, ac dignitatem, sicut & Reges ceteri, auspicatus Panormi Sedem suam, soliumque collocauit, quæ validissimum Gothorum est facta præsidium. *Leon. Aretin. de bel. Ital. aduer. Gothos.*

Vandali vero in Sicilia non regnarunt. at perspectum quidem, ac exploratum satis est eorum tempestate 440. quæ ante Gothos fuit, Siciliam Regni nomine & nominari, & haberi. ij enim laudato iam anno, Africa deuicta non in Siciliam modo ferro, flammisque armati ad eam deuastandam Prospero, & Cassiodoro auctore traiecerūt, sed Panormum etiam Regni Regiam, Principem, & Caput arte, & natura *Prosp. Cassiod. in Chron.*

natura munitissiamm, graui obsidione cinxerunt. Qua de re sic præclare Rodericus Archiepiscopus Toletanus. *Africa*, inquit, *conculcata in Siciliam* (Gothorum scilicet classis) *nauigauit, vt eam pari exterminio laceraret, & direptionibus iam peractis obsedit* PANORMVM *eius insulæ* REGIAM CIVITATEM. hæc ille. in qua plane obsidione diutius perstitisset, nisi fuisset a Cassiodoro fortiter, strenueque reiecta.

Rod. Tolet. c. 14. Ado Vien. in Chron. Faz. l. 8. d. 1.

Iam orationis nostra vela contrahantur. demonstratum itaque satis, ac luculenter hactenus est Panormum & vrbis Regiæ gloria fuisse florētem, & Regum semper præsentia collustratam. reliquum nunc est, vt breuiter videamus, an hoc Regiæ vrbis nomen Panormo fuerit, & ab auctorum consensione, & ab siculorum consequētium Regum auctoritate collatum. sic enim apertè constabit Panormum vrbem totius Siciliæ dicendam esse Metropolim, & Caput.

A Regibus exordiamur. Et Rogerius quidem; de quo persæpe iam dictum, qui, vt cum Fazelo loquar. ann. 1129. *suam in Panormo vrbe, atquè futurorum Siciliæ Regum sedem constituit, edixitque, vt Siciliæ Reges, eiusque Italiæ partis, quæ eo tempore Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ, & nondum Regni titulum habebat Principes* PANORMI, ET NON ALIBI, *more Christianorum eo loci Regio diademate inuestirentur.* hæc Faz. Quasi vero eo dicendi genere (*Suam in Panormo vrbe, atque futurorum Siciliæ Regum sedem constituit &c.*) Rex Regibus ea qua erat auctoritate, iura perscribat, vt Panormum Vrbem Regiam appellent, habeant, ac meritis afficiant honoribus; quæ sicut antiquorum Regum, ita etiā consequentium Regia Panormus; quiquè ad Regiæ dignitatis apicem euehendi, Panormi euehantur est necesse. hæc dumtaxat vna Siciliæ Regia. Vnde (sic concludit Fazelus egregiè) ceteris scilicet ab eo recensitis Regibus Regis dicto audientibus, *Panormus deinceps prima Regni Siciliæ sedes est appellata.*

l. 8. d. 1.

Ex priu. dat. Pan. 12 Oct. 1233.

Fridericus II. Rex sic honorifice de Panormitana Vrbe loquutus ad rem. *Cum Felix Ciuitas nostra Ponormitana* PRIMA REGNI NOSTRI SEDES *existat &c.*

Ex priu. dato Neap. 19 Octob. 14. Ind. 1277.

Carolus Siciliæ Rex Comes Andagauensis de eadem cum loqueretur sic habuit. *Nos autem qui Ciuitatem eamdem speciali prærogatiua diligimus, & fouemus, eo quod* CAPVT, ET SEDES REGNI *existit &c.*

Ex priuil. dat. Pan. 7. Ian. 1325

Fredericus III. Siciliæ itidem Rex, cum de Panormo vrbe orationem haberet, ea sic vsus. *Considerantes Felicem Panormitanam Vrbem, quam progenitores nostri diuæ memoriæ tamquam amænitate natu-*

rali

rali conspicuam, & deuota felicitate, & fideli deuotione pollentem REGNI CAPVT *& merito eligere decreuerunt.*

Alphonsus demum Aragonum, & Siciliæ Rex, vt ceteros silentio prætermittam, cum de Panormitana Vrbe verba faceret, continere sese non potuit, quin eam Principis vrbis nomine decoraret. *Cogitantibus, inquit, diu nobis in nostra felici vrbe Panormo, quam vnam in dicto Siciliæ vltra Farum Regno habemus* PRIMARIAM, &c. Vt ex his liquido elucescat, ab Regibus omnibus hanc vnam Panormi Vrbem merito fuisse delectam, vt in ea Reges Regio diademate ornarentur, & totius Siciliæ VRBS REGIA, REGNI SEDES, SICILIAE PRINCEPS, AC REGNI CAPVT, & vocaretur, & haberetur. Consentaneum planè fuit, vt ea dumtaxat vrbs hoc nomine insigniretur, quæ Reges suis honestabat insignibus, & in Regio maiestatis solio sola collocabat. Consentaneum, inquam, fuit, vt Reges naturæ, & natura Regibus respõderet, qui sicut eam diplomatibus illustrarunt, sic illa in monte Panormitanæ vrbi finitimo Regium caput mira quadam arte depinxit, vt, quæ vrbium, ac Siciliæ Regia dicebatur, Regni Regiã suo Regij capitis stemmate natura fateretur. rectè Anonymi illud hic cadit. *Ex priuil. dat. in arce noua Neap. 15. Iun. 1445. 8. Ind.*

Concha vbi Trinacriæ caput Aurea tollit in Vrbes,
Regium Orethæo spectat ab amne caput,
Respondet caput hoc capiti; Natura Panormo
Extulit augustum, nobile stemma, caput.
Gestiat hoc tanto Naturæ vrbs Regia dono;
Vnica Naturæ stemma PANORMVS *habet.*

Quid Auctores? a recensioribus ad antiquiores paulatim ascendamus, qui profectò cum Panormitanam Vrbem scribendo nominarunt, vniuersæ Siciliæ primatum contulerunt.

Franciscus Bertelli in vrbium Italarum theatro sic ad rem. *Palermo è la maggior Città di Sicilia, e sedia del Re, la quale è posta in luogo ameno appresso la riuiera, che gl'antichi, come testifica Herodoto nel 7. lib. nominauano il lito bello.* Et post paulo. *Fu poi questa Città nell'anno di nostra salute 826. sotto l'Imperio di Michele Balbo con tutta Sicilia occupata dalli Sarraceni d'Africa, e da loro fu fatto seggio Regale, e Metropoli adornandola altresi di nobili edificij, i quali per la maggior parte si veggono ancora in piedi così dentro, come fuori della Città.* Et demum sic concludit egregiè. *In processo poi di tempo molti Re di Sicilia accrebbero Palermo talmente con magnificenze di fabriche, ed altresi con la loro presenza, che si può al presente annouerare tra le più famose Città d'Italia, ed anteporre a molte.* hæc ille. *Paduæ impres. anno 1629.*

In descrip. Insul.Sicil. f. 15. Thomas Porcacci de Panormo Vrbe hęc breuiter. *Hauui la Città di Palermo grandissima di tutte l'altre di Sicilia, ed oggi sedia regale, della quale molto haurei, che dire.*

In descrip. Sicil. f. 46. F. Leander Albertus ab horum omnium sententia non abhorret, cum enim Panormitanæ felicis vrbis delitias stylo feliciore describeret, de Panormo sic habet. *Questa Città meriteuolmente e cognominata felice per li grandi ornamenti a lei donati dalla potente natura; imperoche ella è posta in luogo opportuno, oue possano passare i Mercadanti tanto per terra, quanto per acqua. Ha l'aria piaceuole, e bene edificata, e con belli edificij ornata, sicome in parte dimostraremo. Ha magnifico popolo, ed è la stanza quasi di tutti i Signori, e Baroni dell' Isola, e del Vicerè, e del consiglio Reale; ed anticamente etiamdio era la stanza del Re, e degl' Imperadori per la vaghezza del luogo.*

In præfat. ad Sicul. Omitto nunc Philippum Cluuerium in extrema fere septemtrionis plaga apud Vstulæ ostia natum Panormitanæ Vrbis præconia celebrantem. *Ipsa hinc*, ait, *Vrbs Panormus Thucydidi, Polybio, Ciceroni, Diodoro, Straboni, Melæ, Plinio, Silio, Frontino, Ptolomæo, duobus itinerarijs Romanis, Procopio, Stephano, ac Scholiastæ Apollonij memorata, vulgo nunc incolis dicitur* PALERMO *omnium totius Siciliæ maxima ac splendidissima* REGNI CAPVT, *ac sedes Præsidis, quem Hispaniarum Rex huc cum titulo Viceregis mittit.*

lib. 1. Sic. antiq. c. 2.

In Ciu. Orbis terræ tom. 1. Sileo Georgium Graun, (quem ego primum vidi, legique in D. Petri de Blasijs celeberrimi Iurisc. Bibliotecha, qui sicut inter primos V. I. D. in Panormitana vrbe versantes recensendus, ita in eorum numerum, qui literas humaniores profitentur, merito coptandus. Vtrinque Cæsar.) sic de Panormo loquentem. *Panormus Vrbium Siciliæ maxima, & princeps est hodie, & sedes Regia sita in campestri solo, & in ora, quam lib. 7. teste Herodoto, pulchrum litus vocabat antiquitas.* Et infra id, quod nunc asseuerat Sarracenorum Regum auctoritate confirmat. *At vero*, sic habet, *anno salutis* 515. *Iustiniano imperante a Gothis veluti & omnis Sicilia occupata, eorum facta est præsidium validissimum. Quibus post annos deinde circiter quattuordecim a Belisario Iustiniani Cæsaris Præfecto magna vi erepta imperio restituta est, vt Procopius tradit. Salutis postmodum anno* 826. *Michaele Balbo imperante a Sarracenis, qui Africam incolunt, cum omni Sicilia capta, eis in Regiam Ciuitatem adoptata est.* hæc Graun.

lib. 1. c. 33. f. 213. mihi Taceo Octonem Frigiensem in Antonini Pizzuto sicut medendi arte præclari, ita eruditione, ingenioque pręstantis Bibliotheca mihi diligentissime perfectum, qui cum primum de textoria arte Panormum inuecta, Corintho, Thebis, Athenis Rogerio secundo

marte

marte deuictis ratiocinaretur, sic concludit. *Inde ad interiora Græciæ progressi Corinthum, Thebas, Athenas antiqua nobilitate celebres expugnant, ac maxima ibidem præda direpta Opifices etiam, qui sericos pannos texere solent; ob ignominiam Imperatoris illius; suique Principis gloriam captiuos deducunt. Quos Rogerius* IN PALERMO *Siciliæ Metropoli collocãs artem illã texendi suos edocere præcepit &c.* hactenus Octo.

Prætermitto Fazelum, qui de Panormitana vrbe cum scriberet, sic exorditur. *Panormus vrbium Siciliæ maxima, & Princeps est hodie, & Sedes Regia.* *L.8. d.1.*

Prætereo Alexandrum Cælesinum Abbatem, qui cum extensos Rogerij longe, lateque dominantis fines enarraret, suggessisse non paucos Proceres, ac Dynastas affirmat *Vt ipse Regij illustrari culminis honore deberet: qui etiam addebant, quod Regni ipsius principium, & Caput* PANORMVS SICILIAE METROPOLIS *fieri deceret, &c.* *lib.2.*


Procerum vero, ac Dynastarum aduocato consilio sanctum est, vt Rogerius Panormi ad Regium Regiæ dignitatis culmen eueheretur. *Nam si Regni solium*, inquiunt, *in eadem quondam Ciuitate ad regendum tantum Siciliam certum est extitisse, & nunc ad ipsum per longum tempus defecisse videtur, valde dignum & iustum, vt in capite Rogerij diademate posito, Regnum ipsum non solum ibi modo restituatur, sed in ceteras etiam regiones, quibus dominari cernitur, dilatari debeat.* Non solum ergo ob auitam, Regiamque vrbis Panormitanæ dignitatem Siciliæ vniuersæ Metropolis, sed regionum etiam, ac prouinciarum vt alibi dictum est, omnium, quæ Rogerij ditioni, potestatique sub actę, Panormus Metropolis cõstituitur. Et vero, ne D. Antonini sentẽtia omittatur, ea Regni sedes Regia, ac Metropolis nominanda est, *nõ in qua Rex moratur*, sic autumat ille, *sed in qua inũgitur, & coronatur.* *D. Anton. in sum. Confess. p.2 c.3.*

Omitto demum Hugonem Falcandum, qui cum ad Panormitanam Regiæ Vrbis maiestatem describendam accederet, hoc magnificum dicendi genus vsurpauit. *Ad te mihi veniendum est vrbs famosissima totius Regni Siciliæ* CAPVT, ET GLORIA, *quam etsi dignè laudare non valeo, tacere tamen omnino non possum.* *In hist. Siciliæ.*

Multus essem, si ceteros huiuscemodi loquendi genus vsurpantes vellem percensere numerando. Scatent libri. Non est, cur in hisce laudandis vel nostra desudet industria, vel nostra elaboret oratio. Polybius sententiam confirmat, nostræ dictionis periodum claudit, qui Panormum vocat βαρυτάτην πόλιν. Isaaco scilicet Casaubono interprete. CATERARVM CAPVT. *lib.1. hist.*

CAPVT X.

Alexandri Quarti Pont. Max. diplomatis dictum expenditur. exponitur. pro Panormo vrbe vt Siciliæ Metropoli demonstratur.



Ex lib. iurium municipalium & consuetud. Fel. Vrb. Pan.

ALEXANDER *Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis Filijs Panormitanis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex sinceræ deuotionis affectu, quo nos, ac Romanam Ecclesiam matrem nostram filiali deuotione honorare, & venerari ducimini, procedit, vt vos speciali prærogatiua fauoris, & gratiæ prosequamur. Hinc est, quod nos vestris deuotis supplicationibus inclinati,* OMNES HONORES, LIBERTATES, PRIMITIAS, ET IMMVNITATES *a claræ memoriæ Regibus Siciliæ per priuilegia, vel alias rationabiliter vobis indulta auctoritate apostolica vobis in deuotione Ecclesiæ persistentibus confirmamus. Nulli ergo* &c. Datum Neapoli 14. Kal. Febr. Pont. nostri ann. primo.

*S*atis scio verbum illud in hoc diplomate a *SS.* Pontifice vsurpatum, *Primitias*, a plerisque, qui vel linguam latinam non callent, vel certè vocabuli vim non attingunt, legi correpta penultima. non rectè. demonstratur hic error. discrimen enim aliquod ab his inter hasce voces (*Primitias*) vel correpta, vel producta penultima afferendum. Si nullum, non mediocre in latino sermone certamen orietur. nunquã enim huiusce vocis, ac vocabuli vis innotescet. & vero aliud sonat vox, *Primitia*, correpta, ac *Primitia* producta penultima. Illa primitias, quæ tantum Deo, rebusque sacris sunt referendæ, hęc primitias, quæ primatum Regni, vel vrbis adsignificat, innuit satis.

Quod autem Primitiæ, correpta penultima debeant Deo, ceterisque rebus ad ipsum attinentibus omnino referri, non est, cur mea dictione demonstrem. Sacræ literæ apertissimè testantur. Exod. XXII. *Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre Domino.* & XXIII. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini tui.* Lege D. Hieronymum in Gloss. super Malac. 3. Ea itaque res, quæ sacra Deo non est, primitias habere non potest. Liquet igitur Primitias, producta penultima ad rem non sacram attinere. Cum ergo summus Pontifex habeat cum Panormitana vrbe sermonem, vrbisque *omnes honores, libertates, Primitias, & immunitates a claræ memoriæ Regibus*

D.Hier.

Siciliæ

Siciliæ per priuilegia, vel alias rationabiliter indulta confirmet, Panormitanam Vrbem esse ceterarum omnium Primam, Principem, Metropolim, & Caput apostolica auctoritate confirmat. Priuilegia vero ab Regibus, & Imperatoribus de Primatu Vrbis vrbi Panormitanæ collata ita sunt omnibus explorata, & certa, vt nemo sanæ mentis sit, qui non hæc aperta oratione fateatur. Iam eorum hactenus sparsim, passimque plura laudauimus, ex quibus, & præsertim ex cap. IV. huiusce rei petenda probatio.

CAPVT XI.

Ecclesiam Panormitanam esse Ecclesiarum omnium Siciliensium Metropolim conuincitur.

DE Metropolitanæ Panormi, Siciliæque Ecclesiæ primatia in primi libri calce dixi non pauca, quæ rem ita planè demonstrant, vt lectores in suspicionem vocent, ne aliorum dictis facili negotio habeant fidem, sed potius ad germanam, certamquè sententiam tandem aliquando ferendam moueantur. Eæ vero rationes non ridiculæ, non futiles, non pueriles, sed veræ, verisque innixæ fundamentis, quas nemo sanæ mentis ire inficias potest. Eas, amabo te, mi lector, consule. Vbi eas attente perlegeris, has & adijce.

Satis scio a plerisquè Metropolicæ Panormitanæ Ecclesię dignitatem ab Præsulum in Panormitana Vrbe existentium antiquitate probari; Metropolitana enim dignitas cum Præsulatus dignitate coniuncta vel est, vel ab ea certè non distat. Optimum sanè consilium. Legatur D. Rocchus Pirrhus in Panormitana notitia; cuius rationum momenta Albertū Piccolum sic vrgent, vt isti merito respondendi nullū relinquant locum; nisi forte argumenta, vt assolet, eludat Albertus. Bonus profecto Athleta, nō veritatis propugnator.

Huiusce igitur probationis alia mihi ineunda est via, alio orationis meæ conuertendus est cursus. Insistendum est tum Præsulum, ac Pontificum, tum Imperatorum, Auctorumquè vestigijs, qui Panormitanam Ecclesiam totius Siciliæ Metropolim esse vnanimi consensione confitentur.

Præsulum, ac Pontificum proponitur auctoritas.

Hac de re præclariora mihi, quæque omnium subiecta sint oculis breuissime proponentur, vt tandem aliquando veritatis dies elucescat.

Enim vero Panormitanorum, qui Panormi sunt nati, Præsulum auctoritas, quamuis sua fide non careat, hoc tamen loco proponenda mihi non est, ne quis asseueret eorum orationem non ex veritatis, sed ex affectionis animi fonte profectam. Exteros laudo, eorumque dicendi genus ea, qua par est, ratione perpendo.

Illustriss. D. Don Cæsar Marullus Messanensis summæ auctoritatis, summæque integritatis Panormitanus Archiepiscopus, in sua Diæcesana Synodo Panormi habita 13. Iunij 1586. & a Pontifice Max. approbata sic parte quarta exorditur egregiè. *Gloriosa B. Virginis assumptioni Sacra Ecclesia nostra Cathredalis consecrata, vt cunctarum Ecclesiarum Prouinciæ, vrbis, & Diecesæos Panormitanæ Mater est, & ceteris ministeriorum numero, & dignitatibus præstat, ita sibi famulantes ministros doctrinæ, sanctitatisquè facem ceteris præferre exposcit.* Hæc ille. Nihil hoc dicendi genere vel luculentius, nihil vel apertius, nihil vel diuinius ad id comprobãdum potest afferri. Non hoc loco Panormitanus quispiam, sed Præsul spectatæ virtutis, sed Messanensis eloquitur, cum profecto sermonem si Panormitanus haberet, suspicioni quidem esset, cum omnibus amore potius patriæ succensus, quam veritate compulsus loqui videretur. Metropolicam Panormitanæ Ecclesiæ dignitatem detegit Messanensis. O magna vis veritatis. Inde, inquies, ea ex illius ore profluxit oratio, (vt cunctarum Ecclesiarum Prouinciæ, Vrbis, Diæceseos Panormitanæ Mater est) vt suam amplificaret gloriam, non autem quod reapse Præsul ita sentiret. Apagesis hoc verbum? noli eum gloriæ sectatorem habere, qui honoris contemptor semper est habitus. Neque enim ea dicenda vera gloria est, quam quis falso arrogat sibi. secutus sane veritatem cum & Imperatores, & Põtifices, de quibus suo loco, & Præsules prædecessores suos secutus sit duces, qui Panormitanam Ecclesiam Siciliensium omnium Metropolim declararũt. Legerat enim tam in Ioannis Paternionis Catanensis, sed Panormitani Archiepiscopi rescriptis non Panormitanam modo vrbem, sed Ecclesiam esse & Regni Caput, & Siculorum Principem, quam in Hugonis Panormitani Antistitis tumulo illud inscriptum elogium, *Hugo Præsul primus S. Christinam exaltauit*, ac sese ab eorum opinione non abhorrere consentaneum putauit. Neque enim ea vox, *Primus* perinde se habet, ac id, quod falso innuit Albertus Piccolus, Hugonem scilicet extitisse primum Panormitanæ Vrbis Antistitem. Sed illud vtrumquè & rectius, & germanius. Alterum, quod Hugo Primus ex Præsulibus S. Christinam Panormum Vrbem adeuntem præcipuis affecit honoribus, quare vox illa, *Primus*, Antistitis

De antiq. iure Eccl. Sic. f. 151.

tistitis

tistitis gloriam, non dignitatem ab hoc Antistite designat illatam, cum ex publicis tabulis, & scriptorum auctoritate sit certum Hugoni præcessisse Rogerium, Petrum, Gualterium I. Alcherium, Nicodemum, Humbertum, aliosque Archiepiscopali gloria, ac dignitate florentes, vt quam verax hæc est Archiepiscoporum series, tam certè non recta Alberti Piccoli de Hugone videatur interpretatio. Alterum, ea vox, *Primus*, idem sonat, ac Præsul totius Siciliæ primus, ac proinde Metropolica dignitate conspicuus. Vbi enim Archiepiscopus est, ait S. Augustinus, ibi Metropolitanus est; cumque id temporis nulla totius Siciliæ Ciuitas ab Panormo Vrbe posset Archiepiscopo gloriari, congruum est, vt asseratur Panormitanam Ecclesiam Archiepiscopo insignitam in Metropolicæ dignitatis apice fuisse constitutam. Hinc merito Hugo noster ab Rogerio Rege Siciliæ Archiepiscopus appellatur. Rogerij diploma præstolatur. Hocce est.

Faz. in summa Eccles. D. Rocch. Pyr. in Pan. not.

Rogerius in Christo Deo pius, potens Rex, diuinis liberalibus donis copiosè nobis impensis tunc præcipuè respondemus, cum venerabiles Dei domos ab eo ditati dicamus, adaucti per ipsum augemus, protecti, & prouecti ab eo prouectui dare contendimus. Sanctam itaque ECCLESIAM PANORMITANAM, *quam & hoc generali voto diuinæ Religionis intuitu amplectimur, & quadam speciali prærogatiua intra nostri pectoris claustra præcipua dilectione gestamus, tum quia & Regij diadematis nostri primitias in ipsa, & ab ipsa suscepimus, tum etiam quia in eius reuerenda Sede residentem* HVGONEM SICILIAE VENERABILEM ARCHIEPISCOPVM *virum & in spiritualibus eximium, & in temporalibus laudatum nimis diligimus, more solito beneficijs nobis diuino munere præstitis semper ditare pariter, & dotare duximus. &c.* hæc Rogerius. Præclara sanè probatio, mi Alberte, sed præclarior confirmatio, quæ cum etiam in hunc locum cadat, eam enim supra cap. 5. satis innui, omittenda non est. Vilelmus Rex cum eumdemmet Hugonem Archiepiscopum Broccato feudo Regia liberalitate donasset, voluit, vt plures & Archiepiscopi, & Episcopi, & Comites, & Dynastæ interessent, Regi morem gesserunt. Regis ergo sermonem audiamus, *Ideoque* sic Rex habet, *Sanctam Panormitanam Ecclesiam principalem nostri Regni sedem, & coronæ, siue coronationis nostræ primum domicilium amplificare in temporalibus nobis a Domino commissis studentes concedimus, donamus, offerimus in perpetuum habendum, possidendum, dominandumquè tibi viro venerabili Hugoni eiusdem sedis digno Archiepiscopo, successoribusque tuis canonicè intrantibus &c.* Accepimus Regem, accipiamus & testes, qui in hoc

In tab. Eccles. Pan.

Ex dipl. dat. Pan. 1157. Mens. Decemb. 6. Ind.

sese

ſeſe diplomate ſubſcripſerunt. Primus.*Ego Ioannes Barenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi*. Alter. *Ego Bernardus Catanenſis electus interfui.* Tertius. *G. Agrigentinus Epiſcopus interfui.* Quartus. *Ego Heruæus Tropeæ Epiſcopus interfui.* Quintus.*Ego Giliſbertus Pactenſis electus teſtis ſum.* Sextus. *Ego ſylueſter Comes Marſic. teſtis ſum.* Septimus.*Ego Simeon Comes Mytilenę teſtis ſum.* Octauus. *Ego VV. de Periolo teſtis ſum.* Nonus. *Ego Robertus Melecouen teſtis ſum.* Decimus tandem, vt omittamus ceteros, Ego ROBERTVS MESSANENSIS ECCLES. EPISCOPVS *interfui.*

Quot pro Panormitana Eccleſia in vno diplomate mira diplomata? Regum verba ſunt plena ſententijs, ſunt fœta myſterijs. Et ex his liquido exiſtit Panormitanum Archiepiſcopum eſſe verè Siciliæ Archiepiſcopum, cum in vno, eodemque priuilegio & Archiepiſcopi Panormitani gloria, & Epiſcopi Meſſanenſis auctoritas eluceſcat.

Video Albertum Piccolum terga vergentem, ac de more clamitantem illud Rogerij priuilegium vel corruptum eſſe, vel mendax, cum profecto quæ Panormitanę dignitatis gloriam amplificant, vel deprauata, vel ſuppoſititia, vel falſa nulla ductus ratione confirmet. Quare cap. 7. de antiquo iure Eccleſiæ ſiculæ ſic habet. *Falſos eſſe Panormitanos in Nicodemo ſuo ſuppoſititio Archiepiſcopo. Eorumdem in Gaufrido Malaterræ corrumpendo detecta fraus.* Aſylum optimum. Quid ſi, mi Alberte, priuilegium proferam a Comite Rogerio in tua ipſa Mamertina Ciuitate Mauritio Catanenſi Epiſcopo collatum, manuque Petri Panormitani Archiepiſcopi, ac Guilelmi Meſſanæ, ac Troinæ Epiſcopi firmatum, eritne vel fugæ, vel inuentioni quis locus? Ecce tibi.

Ex actis Ciuitatis Ep. Catanæ.

Sigillum factum &c. quod iam in cap. 5. calce laudatum. ſic concludit.

EGO PETRVS PANORMITANVS ARCHIEPISCOPVS.

Ego Vilelmus Meſſanæ, ac Troinæ Epiſcopus ſubſcripſi. hæc ſatis.

Ceterum quod ſuppoſititius ſit a Panormitanis Nicodemus Archiepiſcopus, prӕterquā quod Abbas D. Rocchus Pirrhi hoc figmentum in ſua Panormitana notitia f. 87. & ſeq. luculentiſſimè, eruditiſſimeque confutat: fingi poteſt, conuinci non poteſt, cum non modo Albertum Piccolum, vel quemlibet alium fictitium ſcriptorem primæ notæ ſcriptores, ſed & etiam, quod caput eſt, Calixti II. Pontificis Max. literæ ad Petrum Archiepiſcopum Panormitanum perſcriptæ ſic vrgeant anno 1122. vt nullus reſpondendi

detur

detur locus. Legistin' vnquam, mi Alberte, Pontificios hosce Calixti characteres? negas. profero. attende. vide, an corruptus a Panormitanis etiam sit hic locus. Ecce tibi Pontificis diploma.

Calixtus Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Petro Archiepiscopo a nobis de Squillatina Ecclesia in Panormit. translato, eiusque successoribus canonice instituendis in perpetuum. Iustis votis assensum praebere &c. Paulo post sic habet, *Omnem dignitatem, quae à praedecessoribus nostris Sanctae memoriae Alexandro II. Gregorio VII. & Paschali II. R. E. Pontificibus, praedecessoribus tuis Panormitanis Archiepiscopis* NICODEMO, *& Alcherio, & per eos Panormitanae Ecclesiae concessa dignoscitur; nos quoque auctoritate Apostolica damus tibi, & per industriam tuam Ecclesiae ipsi concedimus, & decreti huius pagina confirmamus, &c.* Quid ad haec Alberte? eritne hoc etiam diploma fictitium? eritne mendax? eritne fabulosum? Pontificum libros scrutare, atque euoluito, videto, legito. atque de Nicodemo sententiam, quam falso concepisti, deponito. Iure igitur Panormitanus Archiepiscopus vel totius Siciliae Archiepiscopus, vel Siciliensium Praesulum PRIMVS appellatur, cum reapse sit Siciliae Metropolitanus; solus enim hic Rogerij tempore in Sicilia vniuersa Archiepiscopali dignitate floreret.

At insurgit Albertus Piccolus, qui hoc Panormitani Siciliae praesulis primi nomen pati aequo animo non potest, ac Rogerij literas in Fazelo exaratas opponit. sic habent. *Cum ego Rogerius Comes Siciliae, & Calabriae essem in Ciuitate Messanae venit ad me Robertus Messanensium Episcopus obsecrans, & petens a me, vt darem illi terras ad operandum circa Ciuitatem Troinae, quarum auxilio tam ipse, quam Clerici sui seruientes Ecclesiae sustentari possent. Ego vero quoniam semper in animo proposueram Ecclesiam Messanae magnis possessionibus ampliare, multisque donis, & oblationibus ditare, eo quod eum post acquisitionem Siciliae, translata sede Episcopatus a Troina in Messanam, primum Episcopum erexeram, praedicti Episcopi precibus aures inclinaui.* Hęc Rogerius. Putat ergo Albertus Piccolus sese vibrato hoc vnico diplomatis telo oppositas inimicorum acies & confodisse, & dissipasse, & victoriam retulisse. Sed non est, cur moueamur. Ratiunculae sunt istae, non argumenta. incautum circumueniunt. deludunt. cautum in scopulos non allidunt. Et primo quidem Rogerium Rogerio opponamus, qui planè Messanensem Ecclesiam praecipuis ditare muneribus, non Siciliae Ecclesijs constituere secum animo moliebatur; cum profecto si id forte cogitasset Messanensem Ecclesiam Siciliae Regiam decreuisset, in eaque Regium diadema Christianorum more suscepisset.

Dec. p. l. 2. cap. 2.

pisset. at vero cum Panormitanam Ecclesiam, vt dictum satis, ac sæpe est dignitate nobilem, antiquitate perillustrem apertissimè cognosset non solum in ea dumtaxat vna tam sibi, cum ceteris etiam Regibus Regijs infulis illustrari honorificentissimo diplomate decreuit, sed etiam cum de Panormitana Ecclesia sermonem haberet,
Ex priu. dat. ann. 1086. sic illustrat. *Ego Rogerius Dux Ducis Roberti Filius Sanctæ Mariæ Panormitanæ* MAIORIS SICILIAE ECCLESIAE *do, & habere concedo &c.* Quod perinde est, ac ego Rogerius Panormitanam Ecclesiam Siciliensium Ecclesiarum Matrem, Metropolim, ac Primam & statuo, & voco.

Sed dicta, indicta. ad rationem propius soluendam accedamus. Porro, vox illa, *Primum Episcopum*, eo loci non adiectiui, sed aduerbij vim iure sortitur; quæ perinde sonat, ac, nunc primum Ego Rogerius Episcopum Messanæ constitui. Quod si adiectiui significationem habeat, non est, cur in respondendo laboremus. Nam vox illa, *Primum Episcopum*, Messanæ, non Siciliæ primum innuit satis; cum Panormi latitantem Nicodemum Archiepiscopũ inuenerit, eumque expulsis Sarracenis in pristinæ dignitatis gloriam restitutum in Panormitana vrbe suspexerit. Merito autem Rogerius tantam animi significationem in Robertum Messanensem, ac Troinensem Episcopum præsetulit; is enim eum nouis amplificare muneribus deberet, quem ipse primo, deuicta Sicilia, Episcopali dignitate florentem Messanæ collocarat, vt nouum Episcopum noua beneficiorum magnitudine locupletaret.

Nequè dicas velim Rogerium ita in Ciuitatem Mamertinam fuisse affectum, vt, vbi primum Troinæ locum adeptus, ac Episcopum constituit, vniuersæ Siciliæ præfecerit. Futilis profecto ratiocinatio, vana argumentandi ratio, ab illa certè non dissona, qua tantum ciuitas Mamertina gloriatur; App. videlicet Claudium præcipua quadam liberalitatis virtute pollentem Regni Caput declarasse Messanam. Vtraque planè ratio non absimilis. Qui enim App. Claudius Messanam præficere toti Siciliæ potuit, si Siciliam vniuer-
lib. 1. sam Romani ea tempestate non occuparint. Romani enim ab Mamertinis acciti Polybio auctore, Messanam ingressi non modo Hieronem Regem eijecerunt, sed ad Leontinos vsquè excurrentes agros vastando, depopulandoquè regressi edita hostium clade
lib. 2. Messanam. Quare Appius, Eutropio teste, deuictis vtrisquè hostibus triumphauit. Cum ergo App. Claudius vel solum Messanam, quæ non deuicta bello, sed suapte sponte Romana arma ad sese tuendum deprecata est, vel certe simul Leontinorum ditionem possideret,

fideret, vel Messanam Messanæ, vel Messanam Leontinis finibus præfecit, itaque sui ipsius, ac Leontinorum Caput fuit. Qui enim Siciliæ caput esse posset, cum cetera membra non possideret, quibus caput istud præsideret. *Caput*, inquit Augustinus *dici non potest, vbi corpus nullum est, cui sit caput.* Ad rem igitur. Si ergo Rogerius, vbi primum Troinam victor inuasit, ac primum Troinæ Episcopum constituit, hunc Episcopum toti Siciliæ præficere secum animo statuit, cum sicut totius Siciliæ ius non haberet, ita nullam habuit potestatem, nullumque dominium, ac nullum eius Sanctiones, deliberationesque sortiuntur effectum. Ridicula habita fuit Annibalis nundinatio, qui cum Romam obsideret argentarias illius tabernas, quas spe tantum, vel etiam indignatione sibi comparauerat, publica Præconis voce venditabat.

In Ps. 139

Lege Florũ l. 2.
Liu. l. 36.

Dicamus itaque Panormitanam Ecclesiam Siciliensium Ecclesiarum omnium Primam, Matrem, & Metropolim, ac Pontificem Adrianum huiusce nuncupationis IV. sequamur ducem, qui cum ad diuersos id temporis Episcopos literas exarasset Ecclesiam Panormitanam vniuersæ Siciliæ Metropolim in plenitudine dignitatis instituendam esse decreuit. Sic igitur.

Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Agrigentino, Mazariensi, & Melitensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ne in aliqua Prouincia fidelibus Christianis Sanctorum ministeriorum plenitudo deesset, sanctorum Patrum sanxit auctoritas, vt in singulis Prouincijs aliqua Metropolis haberetur, quæ alijs dispensatione Regiminis, & auctoritate officij præsideret; hoc siquidem Prouinciæ siculæ deesse videntes, Panormitanam Ciuitatem, QVAE SOLO NOMINE VSQVE MODO METROPOLIS *habebatur, in plenitudine dignitatis Metropolim decreuimus statuendam.* Adstipulatur tanto Pontifici Pontifex itidem Max. Alexander III. qui profecto ad exornandam Panormitanam vrbem huiusce diploma sic ratum habet, vt laudet sua approbatione, consensuque Adriani sententiam; & qui fortasse de tanta vrbis, Ecclesiæque dignitate ignarus ambigeret, eam de Pontificis voluntate commonitus & probe calleret, & sine fuco, fallacia, & dolo more maiorum, vt aiunt, aperte prædicaret; quamque nonnulli siue maleuolo obscurare silentio, siue de ea quidem praue, nequiterque interpretando detrahere sunt ausi, citissimis orbem terræ peragrantem passibus in nostræ tandem vrbis luce tamquam in solio veritatis, vt ipsa *solium Regum est*, versantem, degentemque venerentur. Huc spectat & illud, quod cum 1206. Ciuitas Mamertina alienæ appetens gloriæ diligentiam omnem, studiumque na-

Adrian. IV. in lit. dat. Beneuenti 1154.

Ex priuil. Guil. 1.

In D. Gregor. decr. lib. 1. de off. leg. tit. 30. cap. Quod translationẽ continetur.

uaſſet, vt Panormitanam Eccleſiam Meſſanenſi ſubijceret, ſubiectamque declararet Pontifex, cumque Apoſtolicus legatus a latere id, quod Mamertinæ Ciuitati erat inoptatis, pro Mamertina Ciuitate ſanxiſſet; præter Meſſanenſium expectationem, vbi id ab Innocentio III. reſcitum eſt, hoc reſponſum elicuit. *Licet in Regno Siciliæ generalis ſit tibi commiſſa legatio, ad ea tamen ſine ſpeciali mandato noſtro non debuiſti manus extendere, quæ in ſignum priuilegij ſingularis ſunt tantum ſummo Pontifici reſeruata.* Et infra ad rem nihil aptius, nihil clarius. *An exiſtimas, quia vices noſtras tamquam legato tibi commiſimus exequendas, quod Panormitanam Eccleſiam poſſes ſubijcere Meſſanenſi, vt illam præficeres iſti, conceſſo ſibi priuilegio primatiæ?* Hæc Pontifex. Anacleti, Pelagij, Clementis Maximorum Pontificum, Siciliæ Metropolim Panormitanam Eccleſiam ſtatuentium decreta legantur; quod profecto, vt rectè innuit Ioannes Paternio Catanenſis, ea ſuadet auctoritas; in dandis enim ſuffragijs, in Conſilio Regis, in conſeſſu ſedet primus omnium felicis vrbis Antiſtes.

d. qq. Prouinciæ. an. Domini 582. diſt. 101. Peruenit 80. d. in illis.

Video iam contra inſurgentem, reſpondentemque Albertum Piccolum nomine, non re Eccleſiam Panormitanam eſſe totius Siciliæ Metropolim; cum ex ipſa ipſius Pontificis Adriani oratione conſtet apertiſſimè dicentis: *Quæ ſolo nomine vſque modo Metropolis habebatur.* Miror planè Albertum Piccolum, qui literas profitetur, id dicere. Decretum, Alberte, perpendamus Adriani, vt ea plane res tua interpretatione pœnè obſcurata in veritatis lucem vera, germanaquè explanatione proferatur.

In ſuis alle gat Barboſa. cap. 31. de antiq. iure Eccl. Sic. f. 150.

Ne in aliqua prouincia fidelibus Chriſtianis ſanctorum miniſteriorum plenitudo deeſſet, Sanctorum Patrum ſanxit auctoritas, vt in ſingulis Prouincijs aliqua Metropolis haberetur, quæ alijs diſpenſatione regiminis, & auctoritate officij præſideret. Quidnam verbum illud ſibi vult, *Diſpenſatio regiminis*, niſi auctoritas? Quid *auctoritas officij*, niſi poteſtas? *Hoc ſiquidem Prouinciæ ſiculæ deeſſe videntes*, (Metropolim ſcilicet) *Panormitanam Ciuitatem, quæ ſolo nomine vſque modo Metropolis habebatur, in plenitudine dignitatis*, (quæ videlicet antea ſic fuit imminuta, vt pœne deſideraretur) *Metropolim decreuimus ſtatuendam.* Et quis plane eſt, qui dubitet, quin plenitudo dignitatis & poteſtatem innuat, & auctoritatem, qua multis conflictata Sicilia calamitatibus Eccleſiam Panormitanam fuiſſe penitus ſpoliatam nemo eſt, qui non fateatur, nemo, qui dubitet. Quod ſi receſſit auctoritas, poteſtas non receſſit. Exemplo ſit Patriarcha Conſtantinopolitanus, quem verum, germanumque Patriarcham agnoſcunt omnes, omnes fatentur; niſi forte quis delirus id neget; & tamen is poteſtate pollet,

non

non auctoritatem exercet. Quod si, Alberte, ista tua interpretatio hunc non expugnat, Adriani itidem decretum, sanctionemque de Panormitana Vrbe non impugnat. Recte igitur S. Pontifex. *Quæ solo*, inquit, *nomine vsque modo Metropolis habebatur*. Sedatis enim tempestatibus, fideique Castris Panormi firmatis potestati successit auctoritas iam sublata, iam abrogata. Quare vt Adrianus ad Pontificum voluntatem sese conformaret, a quibus dissentire non poterat, innueretque orbi terrarum Panormitanam Ecclesiam inter tot, tantasque clades, inter tot hostium excursiones, inter tot, tantasquè omnium iacturas nihil de Metropolicâ dignitate passam esse detrimenti, imò iam in pristino suæ dignitatis gradu collocatam concludit egregiè. *In plenitudine dignitatis Metropolim decreuimus statuendam.* Quæ quidem omnia hactenus exarata Fredericus II. breui orationis anfractu sic innuit, vt demonstret. *Attendentes* sic præfatur Imperator, *quod venerabilis, & veneranda Sacrosancta Panormitana Ecclesia quæ caput est, & Sedes Regni nostri & antiquitate sit nobilis, & dignitate, ac speciali prærogatiua inter alias Regni nostri Ecclesias Prima, & merito principalis sit: quia tamen persecutione multa vastata non modicam sui iuris* (hoc est vt ego interpretor Metropolicæ dignitatis, & auctoritatis) *iniuriam patitur, ne nostro felici tempore, quæ hactenus passa est, iterum patiatur, considerantes, quod in ea sacram Vnctionem, & Regium suscepimus diadema &c.* In priuil. Pan. 1211. 11. Octob.

At insurgit Albertus Piccolus, qui literas Apostolicas supra recitatas sub Innocentio III. profert suas, vt de Metropolica Panormitanæ Ecclesiæ dignitate vrbi detrahat, & densissimas veritati tenebras offundat. Cum enim a summo Pontifice reprehensum legatum, vt primatis prærogatiuam Mamertinæ contulit Ecclesiæ, inficias ire non posset, obiecto præposteræ interpretationis clypeo enititur, contenditque id, quod contra ius, fasquè ab illo factum, infectum non esse; itaquè sibi persuadet totam machinam ea interpretatione non secus ac si proditorio quodam cuniculo penitus labefactatam oportere corruere. Albertum ergo audiamus. *Verisimillimum est legatum cum ex publicis monumentis, actisq; cognouisset Messanensem Ecclesiam & antiquissimis temporibus vnicam fuisse Siciliæ Metropolim, & post exactos Sarracenos restitutis in integrum Ecclesijs, multo etiam plusquam Panormitanam, ad Archiepiscopale decus euectam esse, iure diuisa per Adrianum Prouincia, & Panormitana in Metropolem erecta, primatis dignitatem Messanensi deberi censuisse, quæ & prima Prouincia, primaque Metropolis diceretur. Quamuis autem Innocentius legatum reprehendat, quasi ad ea manus extenderit, vt ille loquitur, quæ*

in signum priuilegij sunt tantum Summo Pontifici reseruata, non tamen, quod a legato non rite factum est, Pontifex abrogasse legitur. Scilicet quia, vt verbis iurisconsultorum loquar, pleraque facta iam sustinentur, quæ alioqui fieri re integra neutiquam liceret. Accedit, quod eius solum culpæ reus legatus arguitur, quod commissis sibi Apostolicæ Sedis vicibus plus nimio sibi arrogasse visus esset, non autem quod nullo Messanensis Ecclesiæ merito Primatum illi decreuisset. atqui si legatus non modo in mandatæ iurisdictionis leges peccasset, sed Panormitanæ quoque sedis iustiorem causam per iniuriam læsisset an non eum Pontifex hanc quoque ob culpam expressim obiurgasset? an non omnia legati acta rescidisset.

Multa congeris, mi Alberte, quæ probationis lucem maximopere desiderant. Et quidem qui ostenditur Messanensem Ecclesiam antiquissimis temporibus vnicam Siciliæ extitisse Metropolim? Proferendi auctores, proferendæ itidem & publicæ tabulæ. de veritate res est. Auctorum, ac tabularum veritate veritas stabilitur. nullas ego hactenus vidi. Meapte sponte faterer, si vidissem. Nos vero nostram Panormitanam Ecclesiam, vt dictum satis, antiquitate nobilem, fama nobiliorem, scriptorum, Regum, Pontificumque literis nobilissimam, omniumque primam non probamus modo, sed demonstramus. Verisimillimum de tua, Alberte, id asseris, nos id tamquam certissimum certissimis temporum notis, Regumque diplomatibus designamus, itaque planè designamus, vt semper ædes Panormitana maxima omnium prima primatis fuerit insignita priuilegijs. hoc enim sonat id ab Henrico VI. Imperatore, a Friderico, a Guilelmo Primo, ac Secundo Regibus generatim in suis vsurpatum literis, *Ecclesiæ Panormitanæ, quæ sedes est, & Caput Regni.* Idipsum docet alibi Fredericus II. Imperator, *Sicut ipsa Ecclesia*, Panormitana scilicet, *prima est inter omnes Ecclesias Regni nostri*. Et alibi grauioribus verbis id innuit. *Panormitana Ecclesia, quæ caput est, & sedes Regni nostri*. & post. *Inter alias Regni nostri Ecclesias Prima, & merito Principalis est*, vt hinc planè perspicias in probanda Metropolica Panormitanę Ecclesiæ dignitate non commentitium a me quid, non suppositi tium, sed Imperatorum, Regum, annorum, mensium, locorumque notis aperte distinctas afferri, omnesque facile deprehendant quisnam rectius scribat, quis verius loquatur, quis apertius concludat. Sed hæc obiter. ad rem propius demonstrandam accedamus. Opinaris itaque Alberte id, quod a legato non rite quondam factum est, omnino consistere. ea ductus ratione quod Pontifex factum illud abrogasse non legatur. miror enim vero. Tu quid scriptites. iam vides. Quidnam enim in legatis auctoritas inest, si de rebus a

In lit. datis Pan. 1129 13. Maij. Dat. Mess. 1155. & dat. ibid. 1194. Mense Iunij. & dat. Pan. 1200. Item 1211 11. Oct.

Ponti-

Pontifice sibi reseruatis, nulla a Pontifice auctoritate muniuntur. Dicendum planè est factum infectum, cum omnino requiratur, quæ desideratur auctoritas, nec sanè generalis, sed vt Iurisconsulti loquuntur, singularis, & expressa. *Excedunt*, inquit Io. Franciscus de Pauinis I. V. & Sacræ Theologiæ D. & causarum Sacri Palatij dignissimus auditor, *legati, & quicumque alij apponentes manus ad ea, quæ Papa sibi in signum priuilegij singularis tantummodo reseruauit*. Quare Doctores vnanimi consensione confitentur legatum ijs de rebus Pontifici reseruatis nihil posse decernere; quod si quid statuat Sanctionem illam non iuridicam nihil prorsus auctoritatis habere. Verum hoc ego loco quæro abs te, si summus sibi Pontifex reseruat, ne, qui famosos libellos, vel contra vrbis moderatores, vel contra Regiæ Maiestatis ministros cænosis characteribus, styloque lutulento impudens, imprudensque conscripsit, ab excommunicatione soluatur, & sciens, volensque a latere legatus absoluat, exemptusne ab hac Ecclesiastica censura dicendus? Scio te dicturum, vt propositum tueare, pleraque facta iam sustinentur, quæ alioquin re integra neutiquam liceret. Hoc te, mi Alberte, non tuetur asylum. de tegit, non te tegit hæc vmbra, cum Petrus Andreas Gambarus hac ipsa de re disputans asseueret. *Quando*, inquit, *Lex reseruat absolutionem ab excommunicatione Papæ, non potest legatus a latere absoluere*. Quamobrem si contra hoc decretum a quopiam quid fiet, ineptè, turpiter, iniuriaque factum; itaque planè vt vel tacente Pontifice infectum esse credatur. Quod itaque dictum hac de re est, de illo legati a latere Panormitanam Ecclesiam Messanensi subijcientis errore sentiendum; par enim vtrobiquè ratio præliatur. Ea vero regula, *Pleraquè facta sustinentur, quæ alioquin re integra neutiquam liceret*, tunc certè sortitur hanc vim, cum forte qui ceteris auctoritate præstat, edicit, vt in Siciliæ V.G. Regno hæc consuetudo seruetur, qui postea, si oppositum sanciat, vim habet legis. Quod profecto de illo, cui nulla plane demandata prouincia, imo denegata potestas reipsa est, nullomodo asserendum. repugnat enim lex.

Rub. Gloss. circ. cap. 4. Io. Fran. de Pau. de Visitation. q. 10. p. 1. nu. 17. & 36. & in consi &c. post translation. cum se. de offic. ord. &c. sicut vnire de exces. Prælat. Conc. Trid.

Petr. And. Gamb. de auctor. legati a lat. li. 2. tit. de var. ord. nominibeorumquè dilia-ctis potest. nu. 214.

Sed vt verè dicam id, quod sentio. Fecisset vtinam Princeps ille Deus, vt huiusce legati factum non tam acerbè a Pontifice acceptum, ac reprehensum fuisset. Et nos quidem præter cetera nec leuiora, hoc etiam haberemus argumentum, quo Primatum Ecclesiæ Panormitanæ supra ceteras omnes Siciliæ Ecclesias, nemine repugnante, ostenderemus. Quid enim addi mi Alberte, antiquiores Codices, atque in hisce tabulis apostolicas literas scrutator, atquè euoluito. Tu quidem non Panormitanam Ecclesiam subijcere Messanensi,

ſanenſi, ſed Panormit. Eccl. ſubijcere Meſſan. ſcriptum inuenies. Iam, amabo te, quid ni potius ita legendum interpretere, vt ex pun-ctatis illis literis hoc conficias, Panormitanæ Eccleſiæ ſubijcere Meſſanenſem? Ita ne vero tantum tibi tua illa puncta ſuffragantur, vt non quid ipſius Epiſtolæ ſeries poſtulet, ſed potius quid tibi tua iſta mens, ac diuinus Pythius, quem geris in corde, ſuggerit, id tibi tu tandem affirmandum opinere? Atqui reſiſte. demonſtrabo ego quænam ſit potior lectio, tuane iſta conficta; quæ in recentiores codices Doctorum errore ſubrepſit, an mea, quam ex hiſtorijs, atq; ipſius diplomatis ratione deduco. Subdit enim Pontifex. *Vt illam præficeres iſti.* Sane (illa) PANORMITANA eſt, quæ remotior. (Iſti) *Meſſanenſis*, quæ propinquior; quoniam eo loci deuentum, vt de grammaticæ regulis diſceptandũ ſit. Panormitanã igitur legatus Meſſanenſi præfecit. Ad hæc. vel ipſe Pontifex aperta oratione teſtatur ſe factum non eo improbare, quod male, & iniquè ſit in Gualtherium affectus, quæ quidem ſuſpicio minimè cadere in Pontificem potuiſſet, ſi legatum argueret ſuum, propterea quod Gualtherium Meſſanẽſi Epiſcopo ſubieciſſet. Mitto, quod legatus, vt loquuntur hiſtoriæ, nimia beneuolentia, quam nauabat in Gualtherium fuit adductus, vt ipſum a Troiana ad Panormitanæ Eccleſiæ culmen eueheret. Vide igitur quam ſibi hæc cohæreant, vt, quem plus nimio quam par fuerat, diligebat, eum ſuo beneficio iam deuinctum tam inſigni iniuria afficeret, atquè in Meſſanenſis Epiſcopi poteſtatem adiudicaret.

Auctorum ſententiæ exponuntur.

Eſſent hic Imperatorum, Regumquè proponenda de Panormitana æde maxima diplomata, quæ cum ſupra, ac præcipuè cap. 5. laudaui, repetenda non duco. in ijs enim ſemper illud ab Imperatoribus, ac Regibus vſurpatum. *Eccleſia Panormitana prima eſt inter omnes Eccleſias Regni noſtri.* Vel. *Venerabilis, & veneranda Sacroſancta Panormitana Eccleſia inter alias Regni noſtri Eccleſias Prima, & merito principalis.* Vel. *Conſiderantes etiam dignitatem, & prærogatiuam ipſius Eccleſiæ Panormitanæ, quæ ſedes eſt, & Caput Regni noſtri Siciliæ.* Vt ex his, alijſquè, quæ, ne multus ſim non laudo, diplomatibus, luculentiſſimè deducatur Reges, ac Imperatores in ea ſemper fuiſſe ſententia Panormitanam Eccleſiam Siciliæ vniuerſæ eſſe Metropolim. Sed videndum, & quidẽ breuiter, an horum etiam veſtigijs auctores inſiſtant, & an ex eorum fontibus hæc veritatis vnda poſſit hauriri.

In priu. Pan. 1211 11. Octob. Frid. Imp. Ex priuil. Pan. ab Henr. Imp. 1195.

Nolo hoc ego loco vel Gaufridum Malaterra, vel Octonem Frigienſem, vel Alexandrum cæleſini cænobij Abbatem, vel Georgiũ

Graun,

Graun, vel Philippum Clauerium omnes exteros homines, aliosquè in medium proferre, qui profectò hāc loci dignitatem sic innuunt, vt omnem omnino adimant difficultatem. Vno dumtaxat vtar Michaele Maclero eruditissimo viro, qui eam Ecclesiam scribit esse Metropolica dignitate donandam, quæ in Vrbe Metropoli erecta est. Quod si Panormus ex cōsona Auctorum, quos sparsim, passimq; laudauimus, conspiratione Metropolis appellatur, Siciliæ etiā Metropolis Panormitana Ecclesia appelletur est necesse. Quidnam ergo hac ipsa de re hic sentiat audiatur, statuaturque quid tandem nobis de hac disceptatione sentiendum. *Dicti sunt*, ait Maclerus, *Archiepiscopi Metropolitani a Ciuitate principali Metropoli dicta non primaria significatione, sed translata. Siquidem apud Romanos, dum infidelitatis atque paganicæ superstitionis regna manebant, Metropolis Ciuitas habebatur, si Budæo doctissimo Romanę vetustatis scrutatori credamus, ex qua coloniæ deductæ in longinquas oras in noua consurgebant oppida, vt* Μάτροπολις *ad* ἀποικίαν. *scilicet Coloniam, vt Mater ad filiam respectum habere videatur. Quod & Suidæ placet Metropoleos deriuanti* ἀπο τῆς μητέρος αἱ πόλεως. *Scilicet Matre Ciuitate, & qui huic Ciuitati præerat Metropolitanus dicebatur. Sed in hac acceptione, atque vsurpatione Metropolitani nomen Archiepiscopo competere minime potest, quod populis pastor in longinquas terras, exteraq; regna deductus præesse non posset, quales erant illæ hominum Coloniæ, quæ a Metropoli Ciuitate in longissimas oras exeundo migrauerant. Sed per translationem illas apud Christianos Metropoles Ciuitates appellare solemus, quæ tamquam Matres rerum ad minores Ecclesias sibi subditas in eadem prouincia constitutas spectantium iuridica pietate satagunt.* Hæc ille. Sic ergo liceat rationem cōficere. Si ea Ecclesia dicenda Metropolis, quæ in Vrbe Metropoli constituta, Panormitanam Ecclesiam, quæ in vrbe Metropoli, vt probatū satis, atq; in vrbe itidem Regia, vt Vilelmus Rex ait, fundata dignoscitur, Siciliensium Ecclesiarum omnium Metropolim dicendam esse quis iure inficiabitur? Germana probatio: vt merito Panormitani Archiepiscopi Cathedræ marmorea illa tabula vetustissima sit affixa hisce characteribus illustrata PRIMA SEDES METROPOLITANA.

Mich. Macl. lib. 5 par. 2. de Monar. Eccl. c. 3.

Bud. ad l. obser. ff. de off. Procon. annot. 1.

Suid. verbo Metrop.

Huc accedit & vnanimis Auctorum cōsensus, qui de Panormitano Archiepiscopo sermonem cum habent, semper illi primam primi loci dignitatem Metropolitano cōferendam optimo quidem iure designant. Geruasius Tornacæus. *In Sicilia, inquit, tres Archiepiscopi Panormitanus, Montis Regalis, Messanensis*. cōsonat & Barbosa; ceterique omnes, quos omitto, qui primi loci dignitatem, etsi nunquā

in præfat. Hug. Falc.

disputent

disputent de secũdo, Panormitano Archiepiscopo omnium primo, omniumq; Metropolitano semper adscribunt. Hinc in publicis comitijs primus sedet Felicis vrbis Antistes. Demum vt Alberto Piccolo, omnibusq; respondendi adimatur locus, sententiam illam hac de re Messanæ prolatam 1556. in medium afferendam operæ pretiũ duco, quæ a S.T.D.& Magistro Panormitanæ Ecclesiæ Cappellano D. Marco Gezio spectatæ virtutis, doctrinæ, ac sapientiæ viro mihi oblata. Sic exorditur.

Die 7. Iun. 14. Ind. 1556. *Quia fuerunt congregata tria brachia Regni videlicet Ecclesiasticum, Militare, & Demaniale intus maiorem Ecclesiam Messanensem ad effectum præstandi homagium, & iuramentum fidelitatis, & Vassallagij in manibus Illustriss. Domini D. Frederici Henriques tanquam Procuratoris Regiæ Maiestatis inuictiss. D. N. D. Regis Philippi, & ex parte Reuer. Bartholomæi Centelles Vicarij, & Procuratoris Reuerend. Archiepisc. Messanensis prætenderetur, & fuerit facta instantia coram Excellentia Illustriss. Proregis, quod debuisset in sedendo præcedere procuratorem Reuerendiss. Archiepiscopi Panormitani, & discusso negotio in Sacro Regio Consilio visis prius antiquis rollis, & notamentis cõseruatis penes officium Prothonotarij, in quibus apparuit dictum Archiepiscopum Panormitanum præcedere prædicto Archiepiscopo Messanensi; fuit votatum, accordatum, & cõclusum per dictum Sacrum Regium Cõsilium, quod præcedat Reuerendiss. Archiepiscopus Panormitanus, & quod prædictus de Centelles tamquam procurator Archiepiscopi Messanensis sedere debeat apud, & post procuratorem dicti Archiepiscopi Panormitani. Vnde vt in futurum appareat: de mandato suæ Excellentiæ factus est præsens actus per me Alphonsum Roys Regium Prothonotarium. Redactus & registratus in officio Prothonotarij.*

Hæc habui de primatu Vrbis, Ecclesiæque Panormitanæ, quæ scriberem. Multa prætermisi, sed consulto. Hæc vero ita clara, itaq; perspecta, vt interpretationis lucem nõn desiderent.

Satis scio a plerisque in hoc opere de Panormitana Maiestate mihi vni confecto plura desiderari. rectè. Et quidem desiderantur non pauca. fateor. Sed vnus scriptor, nõ multiplex. Solus ipse libros euolui; legi. disposui. Pauca hæc. multa. Qui scriptoribus æmulantur. Scribant. Luci scriptitationes proponant suas. horum certè arcana sapientia.

Ceterum Senatus Illustriss. secundam hanc operis mei partem tibi sacram vigilijs elucubratam, laboribus absolutam tua auctoritate promoue, virtute defende.

Laus Deo, & Beatissimæ Virgini, Dei Genitrici, Mariæ.